CARTORAL DE CARLEMANY

1

817, desembre, 22. Borrassà

Deposicions testificals rebudes en presència de Nifridi, bisbe de Girona, en causa del mateix contra Guadall, sobre l'acte de fixació dels termes de la vila de Bàscara, en ocasió d'haver el comte palatí Ragonfred donat possessió de la mateixa a la seu de Girona en mà de l'aleshores bisbe Gualaric.

Cart. pp. 79b-80b. Ed.: DORCA, *Mártires*, p. 314; VL 13, ap. 1, pp. 221-222. Reg.: B 1.

Condictiones sacramentorum atque exordinationes de missos gloriosissimos domno nostro Ludouico imperatore Nifridius Gerundensis episcopus Christianum item episcopum seu et iudices qui iussi sunt de ipsos missos dirimere causas, idest Adroarius, Cirella, Adaulfus, Calbus, Peruasius, Sculpiliarius et Romulus seu et Magnentio saione uel in presentia aliorum multorum hominum qui cum ipsis ibidem aderant. Iurauerunt testes prolati quos profert aduocatus Uuadalarico episcopo idest uicarius dicens in faciem Godaldi pro causa unde intentio uertebatur in testes. Hec sunt nomina testium qui iurare debent et iurant, idest Argemirus, Uitales, Cauatus, Ualerius, Maurilio, Auripino, Segontio et Condesindo qui iurauerunt: Dicimus per Deum Patrem omnipotentem et per Ihesum Christum filium eius et per Spiritum Sanctum qui est in Trinitate unus et uerus et ad locum uenerationis Sancti Andree que fundata est in uilla Borraciano in territorio Bisuldunense, super cuius sacrosanctum altare has conditiones [p. 80a] manibus nostris continemus uel iurando contangimus, quia nos suprascripti testes scimus, bene in ueritate notum habemus et presentialiter fuimus quando erat Ragonfredus comes palacio una cum iudices dominicos Donatum et Ugobaldum in uilla que dicitur Baschara et perquisierunt terminos de ipsa uilla, archas et fixorias et uindenates. Nos uidimus testantes in omnibus Hucciando, Truncato, Mantildo, Odericus, Comparatus et Ababdela qui uocatur Marado et Auenatus, et testificauerunt et iurauerunt et fuerunt per ipsas archas et ficxorias, unde nos supradicti testes pedibus circuiuimus et manibus nostris hostendimus signa, et sic reuestiuit Uualarico episcopo de ipsa uilla suprascripta cum terminos uel omnes fines suos a parte Sancti Felicis beatissimi martiris Christi sedis Gerundensis, et ea que scimus recte et fideliter testificamus per supra dictum iuramentum in Domino.
Late condiciones sub die octauo .XI. kalendas ianuarii anno quarto imperante feliciter gloriosissimo donpno nostro Lodouico imperatore.
Sig+num Uitales ubi iuraui, sig+num Ualerius, [p. 80b] sig+num Maurilio, sig+num Aurisino, sig+num Redoratio, qui hunc iuramentum iuramus. Cauatus sss. Argemirus presbiter sss. Sig+num Godoaudi, qui hunc iuramentum recepi. Sig+num Dorazderius, sig+num Concordius, sig+num Teuderius, sig+num Uiuerati, sig+num Domni, qui interfuimus. Marinus clericus interfuit. Ueraculus interfui, sss. Adulfuscus interfui, sss. Sculpilianus sss. Prauasius sss. Omulus. Cixila has conditiones. in nostro iuditio alligatas ss. Adaulfus. Magnetius saigo qui hunc iuramentum per iussionem de missos dominicos uel iudices recepi sss.
Riculfus qui has conditiones scripsi et sss die et anno quo supra, feliciter. Amen.

Arxiu Diocesà de Girona ©

2

834, desembre, 2. Attigny

Precepte de l'emperador Lluís, donat a precs del bisbe Guimer de Girona, que confirma les possessions de la seu de Girona.

Cart., pp. 6a-7b. O.: ACG, Roura núm. 1. Ed.: ABADAL II, pp. 122-124, que col.laciona el text present amb la sigla "C"; ES 43 ap. 6, pp. 375-376; MH ap. 9 co1s. 772-773. Reg.: B 2.

In nomine Domini Dei et saluatoris nostri Iesu Christi, Ludouicus, diuina propiciante clementia imperator augustus. Si erga loca diuinis cultibus mancipata propter amorem Dei eiusque in eisdem locis inibi Deo famulantibus beneficia pociora largimur, premium apud Dominum eterne remunerationis nobis rependi non diffidimus. Igitur notum esse uolumus omnium fidelium nostrorum tam presentium quam futurorum industria, quia uenerabilis Uuimar, sancte Gerundensis ecclesie episcopus, nostram adiens celsitudinem, peciit ut memoratam sedem cum uillis et hominibus a donno [p. 6b] et genitore nostro Karolo aliisque deuotis hominibus eidem sedi collatis, quas nunc possidere dinoscitur, idest, in pago Empuritano uillam nuncupante Olianus cum suis terminis, et uillam uocantem Cacauianus ac uillarem anticum Celsianum cum uillula noua quam uocant Uellosos, cum castello suoque termino; et in pago Gerundense medietatem de uilla Molleto et Milliasam uillam ceterasque res quas a longo tempore inibi possidere dinoscitur, simul cum tertia parte de pascuario et teloneo de ipso pago, aliasque uillas quarum uocabula sunt Castellum Fractum et Parietes Rufini, cum tertia parte de pascuario et teloneo de ipso pago; et uilla que est in pago Bisildunense et uocatur Bascara, cum suis uillaribus et suo terminio, necnon et arcas et uillarem uocantem Spedulias et alium uillarem quod est infra memoratarum uillarum terminos; uillas etiam alias que uocantur Crispianus et Miliarias, cum tercia parte de pascuario et teloneo de ipso pago propter infestationem maliuolorum hominum, sub nostra tuitione et immunitatis defensione constituissemus. Cuius peticioni annuentes, propter amorem Dei memoratam sedem cum suprascriptis uillis presenti tempore in iure eius consistentibus sub nostra tuicione constituimus, et hanc nostram [p. 7a] auctoritatem circa eandem sedem fieri decreuimus, per quam decernimus ut nullus iudex publicus uel quislibet ex iudiciaria potestate maior minorvue predicta persona in ecclesias aut loca uel agros seu reliquas posessiones memorate sedis, quas moderno tempore infra dicionem imperii nostri legaliter possidet uel que deinceps iure ipsius loci diuina pietas augeri uoluerit, ad causas iudiciario more audiendas uel discuciendas, aut freda exigenda, aud mansiones uel paratas faciendas, aut fidei iussores tollendos, aut homines ipsitIs ecclesie contra rationis ordinem astringendos, nec ullas redibitiones uel illicitas occasiones ullo umquam tempore ingredi audeat uel ea que supra memorata sunt penitus exigere, aut undecumque modo legaliter uestituram habet abstrahere presumat; sed liceat memorato episcopo suisque successoribus res predicte ecclesie cum omnibus que possidet quieto ordine possidere et nostro fideliter parere imperio, et pro nobis ac coniuge filiisque ac tocius populo christiano nobis commisso Domini misericordiam iugiter exorare. Et ut hec autoritas confirmationis nostre per curricula annorum inuiolabilem atque inconuulsam optineat firmi[p. 7b]tatem, manu propria subter firmauimus et anuli nostri impressione adsignari iussimus.

Signum (signe) Lodouici serenissimi imperatoris.

Arxiu Diocesà de Girona ©

Maginarius notarius at uicem Hugonis recognoui et subscripsi.
Data .IIII. nonas decembris, anno Christo propitio .XXI. imperii donni Lodouici, serenissimi imperatoris, indictione . XII. Actum Actiniaco palacio in Dei nomine feliciter. Amen.

3

841, setembre, 3

En preséncia del bisbe de Girona Gotmar i del vescomte Guifred, Doménec reconeix judicialment que un hort que té prop del vilar de Terradelles pertany al terme de Bàscara.

Cart., p. 89ab. Ed.: VL 13, ap. 2, pp. 222-223; CONSTANS, núm. 3, que omet les signatures. Reg.: B 3.

In presentia donni Gondemari sedis Gerundensis episcopi, Uifredi uicecomiti, Leopardi, Udesindi, Sperandei et Calipodii iudicum, Nifridi, Isadeti, Deodigni, Sisiscli et Petri, Sindrerii necnon Iohanni, Aldesindi, Amittoni et Melci et aliorum bonorum hominum qui ibidem aderant. recognosco me ego Dominicus et a petitionibus Gondebedoni mei et aduocato donni Gundemari supradicti episcopi, unde me mallauit pro iuditio hoc denegare non possum. Manifestum est quia ipsas terras uel ipso ortile quod ego teneo pro uillare ad Terratellas, qui est infra terminos de uillaribus earum quod supradictus episcopus a me prescriptos iudices atque sacerdotes et spexia est de ipso torrente quod ipso uillare de Terratellas [p. 89b] discurrit ipsas terras uel ipsos ortales pro benefitiis debet esse de supradicto episcopo quartibus uilla Baschara pro omnibus et per omnia. Et ea que dico recte et ueraciter me recognosco in uestra presentia.
Facta recognitione sub die .IIII. nonas septembris anno .II. post obitum donni Lodouici imperatoris.
Sig+num Dominici qui hanc recognitionem feci. Sig+num Ametini. Sig+num Melchi. Sig+num Abdesindi. Sig+num Amalrici; Calabodus sss. Uulfredus sss. Leopardus.
Maurellus presbiter hanc recognitionem scripsi et sss. anno quo supra.

4

842, agost, 21. Empúries

Deposicions testificals jurades de Martí i altres testimonis, en la causa entre el bisbe Gotmar, representat per Ansulf contra Sclua, procurador del comte Udalric, sobre el pascuari i teloneu dels comtats d'Empúries i Peralada.

Cart., pp. 12b-14a. Ed.: VL 13, ap. 3, pp. 223-225. Reg.: B 4.

Condiciones sacramentorum ad quas in presentia domini Gondemari sedis Gerundensis episcopo uel per ordinatione Adalarico comiti, Uuadamiro, Carpione et Ciriaco uassos dominicos, Heldefredo, Graphiolo et Donato sacerdotum, uel iudices qui iussi sunt causas audire uel dirimere, idest Ansemundo uicecomiti, Trasoarius, Seruus Dei, Obasio, Geruntio, Salomon, Ildesindo, Sanson, Sentrarie, Uenerello, Daniel et Fortem saione, uel aliorum multorum bonorum hominum qui ibidem aderant. Iurant testes prolati quos profert Ansulfus quod est mandatarius predicti Gondemari episcopi in faciem Sclubani quod est

Arxiu Diocesà de Girona ©

mandatarius de supradicto comite pro causa unde intentio uertitur inter eos. Nomina testium hec sunt, idest Martinus, Ildericus, Giuericus, Donatus, Sancio, Dominicus, Maurebertus, Ricardus, Recosindus et Germanus. Iuramus imprimis per Deum Patrem omnipotentem et per Ihesum Christum filium eius Sanctumque Spiritum quod est in Trinitate unus et uerus Deus et per reliquias Sancti Martini confessoris cuius basilica sita esse dignoscitur infra muros Empurias ciuitate, supra cuius sacrosancto altario has conditiones manibus nostris continemus uel iurando tangimus, quia nos suprascripti testes scimus et bene nobis notum est de ipso [p. 13a] pascuario uel teloneo de Impuritanense seu et Petralatense unde intentio est inter Ansulfo et Sclubane. Uidimus et de presentes fuimus quando uenit Guimer condam episcopus qui fuit antecessor predicti Gondemari episcopi a Ierunda ciuitate cum gratia domni Lodouici imperatoris bone memorie, et sic recepit pleniter ipso episcopato Gerundense necnon Bisuldunense, Impuritanense uel Petralatense, una cum ipsos pascuarios et teloneos, idest terciam partem tam de terra quam etiam de mare de ipsos teloneos quod de predictos comitatos exeunt, unde et per iussionem predicti imperatoris reuestiuit Bernardus comes condam Gimarane episcopum de ipso episcopatu cum terciam partem de ipso pascuario et teloneo de Gerundense atque Bisaldunense et superuenit a Suniario comite hic Impurias ciuitate, et ostendit ei iussionem imperialem et statim ipse Soniarius comis reuestiuit suppramemorato episcopo de ipso episcopatu Impuritanense uel Petralatense cum terciam partem de ipso teloneo atque pascuario tam de mare quam etiam de terreno pleniter et sic uidimus predicto episcopo condam uel suos homines terciam partem prendere [p. 13b] uel exigere de ipsos pascuarios et teloneos de supradictos comitatos. Et quando ipse episcopus Guimar ab hoc seculo migrauit, plenam uestituram exinde habebat de omnia que superius sonuit, una cum terciam partem de teloneo de ipsos mercatos quod in predictos comitatos sunt. Et ea que scimus recte et ueraciter testificamus per suppra nixum iuramentum in Domino.

Late condiciones sub die duodecimo kalendas septembris in anno tercio postquam obiit Lodouicus imperator.

Signum + Martini, signum + Iderici, signum + Donati, signum + Guiuenci, signum Sanci+, signum + Dominico, signum + Ricardi, signum + Ricosindi, signum + Germani, qui hunc iuramentum iurauimus.

+Freiulfus. +Seruus Dei presbiter sss. +Cusanatinius sss. +Minisarles sss. + Nazacii(sic) sss. Siserbertus presbiter presens fui et sss. +Seruicolus presbiter sss. +Sclubertus hic iudex. +Iunermen Bia + recepi sss. + Sarsay sss. S. Uuadamirus sss. +Crispio sss. Qiriacus sss. +Salomon (s. nian.). +Ildefredus presbiter sss. + Uadormirus sss. Boresindus presbiter sss. [p. 14a] +Lerzuoeriqus sss. Gildesindus sss. Obasius sss. +Sanson. Senarasius (dues voltes). +Ansemundus hic et dominus sss. Scriba hic iudex (s. man.). Abraam presens fuit (s. man.) Serba hic iudex. +Fossates sss.

5

842, agost, 21

Trasuer i altres jutges sentencien la causa entre el bisbe Gotmar i el comte Udalric, sobre el terç del pascuari i teloneu dels comtats d'Empúries i Peralada.

Cart., pp. l0a-12a. Ed.: MH ap. 16, pp. 779-780; ES ap. 7, pp. 377-379. Reg.: B 6.

Arxiu Diocesà de Girona ©

Cum in Dei nomine resideret uir inluster Adalaricus comes, una cum uiro sanctissimo Gondomaro sedis Gerundensis episcopo, Uuadamiro, Carpioni et Lenchiriaco uassos dominicos necnon Assemundo et Heniani uicedominos seu et iudices qui iussi sunt dirimere causas, idest Trasoarius, Seruus Dei, Obasio, Geronti, Salomoni, Ildesindo, Sanson, Sentrario, Benerello et Daniheli iudicum, Forte saione, et aliorum multorum hominum qui cum ipsis ibidem aderant. Sedebant enim in Impurias ciuitate, in mallo publico pro multorum causis audiendum et rectis et iustis iudiciis diffiniendum; ibidemque ueniens homo aliquis Ansulfus una cum mandato scripto de suppradicto episcopo et petiuit hominem nomine Scluuane, qui est mandatarius de predicto Udalarico comiti et dixit: Pascario et teloneo quod dominus imperator condam Lodouicus bone memorie perdonauit et cessit de isto comitatu Impuritano et Petralatense, tam de mare quam de terris terciam partem ab omni integritate ad Sancte Marie seu ad Sanctum Felicem sedis Gerundensis epischopatus Gondimari cui uicem ego prosequor et ille uestituram exinde habuit, uel sui antecessores episcopi, iste suppradictus Adalaricus comes, cuius uoce iste Sclua prosequitur, ipso pascuario et teloneo illi [p. l0b] contendit iniuste et contra legem. Tunc nos suppradicti uasi dominici, uicedomini uel iudices interrogauimus Sclauane quid ad hec responderet. Ille autem in suis responsis dixit quod ipso teloneo et pascuario de istos comitatos Impuritano et Petralatense quod mihi iste Ansulfus requirit, nequaquam per nullis modis de ipso episcopo nec de suos antecessores non fuit nec esse debet, recto ordine nec prouisione domini imperatoris uestituram exinde non habuerunt. Tunc nos suppradicti uicedomini uel iudices precepimus ipso Ansulfo si potuisset habere talem adprobationem legitimam testes uel scripturas pro quibus ea que dixit in ueritate mittere posset. Ille autem statim obtulit nobis preceptum domini lmperatoris et testes ueraces, homines pagenses perspicui fide atque rebus pleniter opulenti, cuius nomina in suas conditiones resonant, et dum ante nos uenissent ipsi testes, tunc interrogauimus eos diligenter quicquid utinam de hac causa illis in ueritate cognitum erat ad singula nobis dicere fecissent. Illi autem secundum una (sic) legis ordinem singuli discussi et interrogati dixerunt: Quia nos testes sumus et bene nobis notum est in ueritate de ipso pascuario et teloneo de Impuritanense et Petralatense exinde intencio uertitur inter Ansulfo et Scluuane. Uidimus atque presentes fuimus quando uenit Uuimar quondam episcopus qui fuerat antecessor predicti Gondimarii [p. 11a] episcopi ad Gerunda ciuitate cum gratia donni Ludouici imperatoris bone memorie et sic recepit pleniter ipso episcopatu Gerundense necnon Besildunense, Impuritanense et Petralatense, una cum ipsos pascuarios et teloneos, idest terciam partem tam de terra quam etiam de mare de ipsos teloneos quod de predictos comitatus exeunt. Unde et per iussionem predicti imperatoris reuestiuit Bernardum quondam Uuimarane episcopo de ipso epischopatu cum tercia parte de ipso pascuario et teloneo, de Gerundense atque Bisuldunense, et sic peruenit a Soniario comite hic in Impurias ciuitate et ostendit ei iussionem imperialem. Tunc statim ipse Soniarius comes reuestiuit supramemorato episcopo de ipso episcopatu Impuritanense et Petralatense cum tercia parte de ipso teloneo atque pascuario, tam de mare quam etiam de terreno. Et sic uidimus predicto episcopo quondam uel suos homines terciam partem prendere uel exigere de ipsos pascuarios uel teloneos de supradictos comitatos, et quando ipse episcopus Uuimar ab hoc seculo migrauit, plenam uestituram exinde habebat de omnia que superius sonuit, una cum terciam partem de teloneo de ipsos mercatos qui in predictos comitatos sunt. Hoc testimonium datum tunc interrogauimus ipsum Scluanem si habebat aliquid de obiectu uel reprobacione quod contra ipsos testes dicere debeat, aut meliores uel pluriores tes[p. 11b]tes pro quibus illi reprobi sint aut illorum testimonium inualidum esse debeat. Ille autem dixit: Nichil habeo de

Arxiu Diocesà de Girona ©

infamia uel obiectu quod contra eos dicere debeam pro quibus illi reprobi sint aut illorum testimonium inualidum esse debeat. Et dum hec dixisset precepimus illi ut faceret exinde sua professione scriptis et sua manu propria firmasset, sicuti et fecit. Tunc uero precepimus scribere condiciones ut ea que ipsi testes testificauerunt ipsi testes ad seriem condicionum hoc iurare studerent, sicuti et fecerunt, et dum nos suppradicti uassi uicedomini uel iudices hanc causam puriter exquisiuimus et diligenter inuestigauimus, inuenimus rei ueritatem memorati sumus ubi nos Dominus per diuina precepta admonuit dicens: *Diligite iusticiam qui iudicatis terram*. Et iterum: *Recte iudicate filii hominum*. Et lex Gothorum de hac causa conmemorat dicens: *Ab utraque parte sit probatio requirenda, tam a petente quam ab eo qui petitur iudex causam debeat recipi*. Hoc examen perquisitum atque fideliter inuestigatum decreuimus iudicium et ordinauimus ipso comite uel suum mandatarium Sclauanem ut ipso teloneo et pascuario pleniter reddissent atque reuestissent ipso episcopo uel suum mandatarium, sicuti et fecerunt ad partes memorate Sancte Marie et Sancti Felicis totum sicut sui testes testificauerunt et [p. 12a] suas conditiones commemorant habeant, possideant in perpetuum absque ullius hominis molestia uel inquietudine, tam ipse quam et successores sui, et gaudeat se unusquisque homines de mallo suam percepisse iusticiam.
Dato iudicio .XII. sub die kalendas septembris in anno .III. postquam obiit Ludouicus imperator.
+Crispio (s. man.). +Ansemundus (s. man.). +Sanson hic iudex (s. man.). +Benrellus (s. man.). +Obcasius hic iudex sss. +Ferreolus presbiter sss. +Serbus Dei hic iudex (s. man.). +Forsates sss. +Daniel sss. +Gundila presbiter (s. man.). Ferreolus presbiter ss. +Milo presbiter sss. +Gondebado decernens sss. +Quiriacus sss. Chinat presbiter (s. man.). [p. 12b]

6

842, agost, 21

Sclua, procurador del comte Udalric, s'exvacua judicialment en nom del seu principal a favor del bisbe Gotmar de Girona, del pasquari i teloneu dels comtats d'Empúries i Peralada.

Cart., p. 14a-15a. Ed.: MH ap. 17, cols. 780-781; Grahit, *Revista Histórica* 1877, p. 118. Reg.: B 5.

In presentia domni Gundemari sede Gerundense episcopo seu et in iudicio Adalarico comiti, Uuadamiro, Carpioni et Quiriaco uassos dominicos, Eldefredo, Grafiolo et Donato sacerdotum necnon et iudices qui iussi sunt dirimere causas, idest Ansemundo uice comitis, Trassoario, Seruo Dei, Ouasio, Ierontio, Salomon, Ebdosindo, Samsom, Sentrario, Uenerello, Daniel, Forte saione et aliorum bonorum hominum presentium, professus sum ego Sclua qui sum mandatarius suppradicto comiti et ueritatem denegare non possum qualiter de ipso teloneo et pascuario, tam de mare quam de terra qui exit de comitatu Empuritano et Petralatense quod mihi iste Ansulfus requirit et qui est mandatarius supradicto episcopo, idest terciam partem de ipso pascuario et teloneo qui exit de ipsos comitatos ab omni integritate, quod ipse episcopushabere debet recto ordine ex uoce sui episcopatus quod dominus imperator Lodouicus ei perdona[p. 14b]uit atque concessit et suus antecessor quondam Gimer episcopus hoc habuit et possedit et uestituram exinde habebat quando ex hoc seculo transiuit, unde et testes super me protulit hic in iuditio qui

Arxiu Diocesà de Girona ©

hoc testificauerunt, sic sum professus hic in uestro iuditio et facio mea exuacuatione qualiter nec per testes nec per scripturas nec per nulla auctoritate legitima seu iussione domini imperatoris hoc approbare nec defendere non possum, pro quibus ipso teloneo et pascuario sicut superius diximus terciam partem obtinere uel habere debeat supradictus senior meus Adalaricus commis, cuius mandatarius ego sum, unde nec contra istos testes quod Ansulfus mandatarius supradicto Gondemaro episcopo super me protulit hic in iudicio qui ipso pascuario et teloneo, tam de mare quam etiam de terra seu mercatis a partibus ipsius episcopo ad habendum nullum infamium uel reprobationem contra eos dicere non possum hodie nec in nullo placito pro quibus illi reprobi sint aut illorum testimonium inualidum esse debeat, et ita, sicut ueritas est, sic sum professus in uestro supradictorum iudicio.
Facta professione sub die . XII. kalendas septembris in anno . III. postquam obiit domnus Ludouicus imperator.
+Sclube qui hanc professionem feci sss. +Quiriacus sss. +Serbus Dei hic iudex sss. +Trasoarius (s. man.). Benerellus [p. 15a] sss. Samson (s. man.). Ildesindus sss. +Senarasius sss. +Crispio sss. +Ildefredus presbiter sss. Gerontius sss. +Forte saio sss. +Obasius sss.
+Milo presbiter qui hanc professionem scribsi et sss die et anno quo supra.

7

844, juny, 11. S. Serní de Tolosa

Precepte del rei Carles, donat a petició del bisbe Gotmar de Girona, a fi de confirmar a aquesta església les seves possessions.

Cart., pp. 4a-6a. Ed.: Abadal II, pp. 127-130, que col.laciona el text present amb la sigla “C”; ES 43 ap. 8, pp. 379-382. Reg.: B 7.

In nomine sancte et indiuidue Trinitatis, Karolus gratia Dei rex. Peticiones denique fidelium nostrorum quas bone uoluntatis intentio nostris auribus infert, tanto facilius nostre clementie sunt iure faciende, quanto eas nostri intellectus iudicio ac diuine uoluntatis nutu probamus minime discrepare. Idcirco notum sit uniuersorum sancte Dei Ecclesie fidelium atque nostrorum, tam presentium quam futurorum magnitudini, quia uir uenerabilis Gundemarus Gerundensis ecclesie episcopus, adiens celsitudinis nostre fastigia, obtulit precellentie nostre quandam domni et genitoris nostri Lodoici piissimi augusti predecessori suo beato Gundemaro (sic) factam precepti auctoritatem, qua continebatur qualiter domnus et genitor noster prefate sedis matrem ecclesiam una cum iam dicto antistite et omnibus rebus sibi pertinentibus sub immunitatis sue tuicione defensionisque munimine clementer susceperit, et quasdam uillas uel alias quascumque res a magno et orthodoxo Karolo imperatore, auo siquidem nostro eidem ecclesie collatas denuo corroborando ipsi sacratissimo loco piissime confirmauerit. Petiit namque clementie nostre mansuetudinem idem honorabilis uir Gundemarus episcopus, ut memoratam donni et genitoris nostri preceptionem [p. 4b] renouantes, prefatam sue sedis matrem ecclesiam cum omnibus sibi pertinentibus sub immunitatis nostre tuicione, paternum morem sequentes, recipere dignaremur, uillasque et alias posessiones quaslibet sicut dictum est a Karolo cesare augusto eidem ecclesie delegatas denuo per scripti nostri auctoritatem integerrime

Arxiu Diocesà de Girona ©

confirmare studeremus, atque ut omnium contra uersantium hominum inquietudines ex eisdem rebus penitus excluderemus, earundem rerum nomina ipsi excellentie nostre precepto indere iuberemus. Cuius inquam petitionibus clementi aure adquieuimus, quin etiam hoc reuerentie nostre preceptum fieri mandauimus, per quod et eundem episcopum Gondemarum cum sue sedis matre ecclesia omnibusque rebus sibi aspicientibus sub nostro mundiburdo constituimus; memoratasque res a serenissimo augusto auo nostro Karolo ipsi ecclesie condonatas, sicut a domno et genitore nostro factum est, integerrime confirmamus, idest in pago Empuritano uillam quam nuncupant Olianus et uillam Cacauianum et uillarem anticum quem uocant Celsianum et uillam Uellosam cum suo castello et suo terminio, necnon et uillam quam uocant Farus, quam sua uoluntate et nulla predicte ecclesie utilitate quondam Bernardus comes quodammodo commutando seu concambiando prenominate matri ecclesie irreuerenter subtraxerat. Et in pago Ge[p. 5a]rundense medietatem uille Molleti, simul etiam Castellum Fractum cum uilla que appellatur Parietes Ruffini. Et in pago Bisildunense uillam que nominatur Baschara cum suis uillaribus necnon et archas, simul cum uillare quem dicunt Spedulias et aliud uilare quod nominant Abdirama pariter cum aliis diuersis uillaribus que appellant Terratellas et Cassaniola et uillare Admitton, uillas etiam duas, idest Crispiano et in Milliarias, uilla Semala. Cunctas denique res simul cum alias quas diuersi Deum timentes homines racionabiliter suprataxate matri ecclesie contradiderunt, una cum tercia parte pascuarii et telonei mercatorumque terre marisque comitatuum que sunt diocesis ipsius ecclesie Gerundensis, Petralatensis siue Empuritanensis ac Bisuldunensis, sicut scriptum est, eidem plenissime confirmamus atque per hanc nostram auctoritatem aub immunitatis nostre defensione integerrime recipimus. Interea nullius de nostrorum sagacitate latere nolumus quia ad admonitionem eiusdem uenerabilis episcopi Gondemari, ob absolutionem peccatorum nostrorum, complacuit clementie nostre crebro nominate Gerundensi ecclesie preterea quasdam res conferre seu legaliter delegare, idest cellulam Sancti Clementis una cum curtili in quo monachi ibidem Deo famulantes labores manuum exercere uidentur, uel in quo res eorum consistunt [p. 5b], necnon et uillam quarum alteram nominant Fonsedictus, alteram uero Appiliares siue Apiolas cum propriis uidelicet finibus uel adiacenciis cultis et incultis, quas etiam res, sicut et supranominatas, aequa conditione sub defensionis nostre munimine pariter recipimus, precipientes atque iubentes ut nullus iudex publicus uel quilibet ex iudiciaria potestate in ecclesias uel loca uel agros seu reliquas possessiones memorate sedis quas moderno tempore infra dictionem regni nostri legaliter possidet uel que deinceps in iure ipsius sancti loci diuina pietas augere uoluerit, ad causas iudiciario modo audiendas aut freda exigenda uel mansiones aut paratas faciendas uel fideiussores tollendos aut homines ipsius ecclesie contra rationis ordine distringendos nec ullas redibitiones aut illicitas occasiones requirendas ullo umquam tempore ingredi audeat, uel ea que in ipsa memorata sunt penitus exigere presumat, sed liceat memorato episcopo suisque successoribus supradicte ecclesie et a nobis ei collatas seu condonatas et alias quascumque sibi pertinentes quieto ordine possidere et nostro imperio fideliter parere et pro nobis coniugeue proleque ac tocius populi christiani salute Dimini misericordiam iugiter exorare. Et ut hec auctoritas donationis atque confirmationis nostre per curricula annorum inuiolabilem atque inconuulsam in Dei nomine obtineat firmitatem [p. 6a] manu propria subter confirmauimus et anuli nostri impressione signari iussimus.

Sig+num Karoli (monograma) gloriosissimi regis.

Deormarus notarius ad uicem Ludouici recognouit (rusc).

Data tercio idus iunii indictione .VII. anno . IIII. regnante Karulo gloriosissimo rege.

Arxiu Diocesà de Girona ©

Actum in monasterio Sancti Saturnini dum obsideretur Tholosa, in Dei nomine feliciter. Amen.

8

851, gener, 22

Lleó, que havia presentat querella contra el bisbe Gotmar, d'haver-li pres cases i terres situades al comtat de Girona, a la vil.la Fonsedictus *i posteriorment havia firmat una renúncia que després impugnà, reconeix davant un tribunal que la seva renúncia no fou forçada i que les terres pertanyen a Sant Feliu màrtir per precepte del rei Carles.*

Cart., pp. 96b-98a. Ed.: MH ap. 21 cols. 783-784; ES 43 ap. 9 pp. 382-383. Reg.: B 8.

In iuditio Ermidone et Radulfo uicecomites, seu et presentia Audegario et Guntardo, uassos Unifredi uenerabili comitis seu et iudices qui sunt iussi iudicare, Ansulfus, Belli Nifridius, Uinigisus, Floridus, Trasemirus et Aatalfus iudices uel ceterorum hominum qui cum ipsis in ipso placito residebant, ibique ueniens Leo et interpellauit Gondemarum episcopi dicens: Quod domos et uineas et terras et curtes que sunt in uilla Fonsedictus, territorio Gerundense, iste supradictus episcopus michi abstulit iniuste quod pater meus quondam Stauilis heremo traxisset Siuatarii ispani. Unde me reclamaui ante donno Karolo rege ut, si ita erat, per litteras suas nobis direxit prefatam prisionem michi reddidisset prefatus pontifex si hoc aprouauerat et dum has litteras prefatus episcopus relegenter audisset misit suum assertorem quod in hac causa in suis uerbis racionabiliter respondisset. Tunc ego Leo mallaui isto mandatai predicto ponat fisci nomine [p. 97a] Sperandeo quod Gondemarus episcopus, cuius iste uocem prosequitur, meas domos et curtes et uineas et terras que sunt in uilla Fonsedictus uel infra suos terminos que ego tenebam per apprisione genitore meo seu quod ego excolui, iste supradictus pontifex abstulit iniuste contra legem. Tunc supradicti uicecomites uel iudices interrogauimus isto mandatario supradicto pontifici quod ab hac causa respondisset; ille autem in suis responsis dixit quod suam posessionem habuit de isto Leone legibus edicatas quod iste Leo fecerat ante supradictos iudices, quod ipsas terras unde supradictus pontifices (sic) et suus mandatarius. Item appellauit quod sunt in supradicta uilla ipsas domos alius homo eas traxerat de heremo et non ille nec suus pater, sed quantum in ipsa uilla uel in suos terminos pater suus habuit uel tenuit, pro beneficio hoc habuit de quondam Gaucelmo comiti, et dum eam in placito presentasset ipsam professionem Sperandeo, quod ego Leo feceram et manibus meis firmaui sine ulla forcia, et inuenta est legibus edita. Tunc ego Leo reclamaui me ante suprasertos quod forcialiter [p. 97b] ipsa professione Sperandeo hic protulit ad relegendum et uoce de isto Leo forcialiter eum fecisse ego Leo uel mei respondi et dixi quod in ueritate nullo tempore habere poteram. Tunc mandauerunt exinde scribere mea professione quorum suprascriptis professus sum ego Leo, et sic facio meam professionem, qualiter in omnibus ipsam professionem dedi, quod iste Sperandeo in uestra presentia hostendi ex uoce mea hic ad relegendum dum de ipsas res suprascriptas de hominibus uera est et legibus edita et manu mea firmaui et nec hodie nec in nullo placito probare non possum quod eam fortialiter fecissem, sed ita est ueritas sicut hic est insertum et iniuste isto suprascripto mandatario iam dicto pontificem mallaui de ipsas res superius scriptas, inde uere hoc feci quod supradictus

Arxiu Diocesà de Girona ©

pontifex non eas mihi tulit sed ueneratissimus Karolus rex pissimus ob amorem Dei eas contulit Sancto Felici martyri Christi per iustissimum suum preceptum cui ego memoraui, et sic sum professus.
Facta professione sub die . XI. kalendas februarii anno . X. regnante Karolo rege.
Sig+num Leo qui hanc professionem feci. Sig+num Stauilii. Sig+num Uistrilla. Sig+num [p. 98a] Receatus. Sig+num Ansefredus. Sig+num Leo qui hanc professionem feci.

9

881, maig, 17

Procés de la causa entre el bisbe Teuter, representat per Estremir i Andreu, sobre la possessió d'unes terres situades entre Ullà i Bedenga *o Bellcaire, amb subsegüent partició de les terres conteses.*

Cart., pp. 137b-139a. Ed.: VL 13 ap 6, pp. 231-233, que dóna la datació recollida aci. Reg.: B 10.

Cum in Dei nomine resederet uir illuster Teotharius sedis Gerundensis episcopus una cum uiros illustros Deilane et Suniarii comites in uillare quod dicitur Purtos quod est in territorio Impuritano in mallo publico pro multorum causas ad audiendum et rectis et iustis iuditiis ad diffiniendum seu in presentia Petrone uicecomite uel iudices qui iussi sunt iudicare uel dirimere causas, idest Furiolo, Undilane, Godemare, Theodardo, Manuel, Frugello, Letruco et Ruderico iudicum, Ardouaste saione, Sperandeo, Hostalese necnon Iuniano, Trastildo, Benedicto, Firriolo, Blanderico, Eldegodo, Uifredo, Eripione, Scluuane, Uintilla, Comparato, Leupardo, Daniel, Undisclo, Armentorio, Mirone, Petrone, Adalane, Fluctario, Galinno, Castino, Agilane, Adilone, Senderido, Perello, Tructerio, Salomon, Leo, Elanno, Paschale, Reuello, et Segobrando uel ceterorum presbiterorum clericorum multitudo laicorum plurium bonorum hominum qui ibidem aderant, sic in eorum presentia ueniens Stremirus archipresbiter mandatarius qui est de supradicto episcopo et dixit: Iubete me audire cum isto presente Andreo domos, curtes, ortos et [p. 138a] pomiferos et terras qui sunt infra termines de uilla Uliano, qui est in territorio Impuritano, illas debent esse supradicto episcopo pro partibus ipsa causa de sancta Maria et Sancto Felice quod satis in Gerunda uel iusta ipsa ciuitate per preceptum dompni regis quod illi fecerunt ad iam dicta Sancta Maria et Sancto Felici ad proprio. Iste Andreas eas retinet ad aprisione pro partebus (sic) de uilla que dicitur Quartu que uocant Bedenga. Iste Andreas eos retinet iniuxte et contra lege. Tunc supradicti comites, uicecomes uel iudices interrogauerunt predicto Andree quid ad hec responderet. Ille tunc in suis responsis dixit quod ipsas domos, curtes, ortos pomiferos et terras supradictas quod iste Stremirus presbiter qui est mandatarius supradicto episcopo requiret, non eos teneo iniuste, sed per legis ordine eos teneo per aprisione et per preceptum regis et per partibus de supradicta uilla Bitinga sicut ceteri ispani faciunt. Tunc supradicti comites, episcopus, uicecomites uel iudices fuerunt super ipsa archa uel signa quod est in Monte Grinio et diuidit inter iam dictas uillas, et inuenerunt uel extimauerunt quod iam dictus Andreas tenebat, et preceperunt iam dicto Undilane iudices ut ipsas terras mensurare fecissent que iam dictus episcopus et predictus Andreas inter se debuissent [p. 138b] sicuti et fecerunt, et diuiserunt ipsas terras sicut lex gothorum conmemorat. Et uenit supradictus Undila una cum supradictos sacerdotes uel plurimorum bonorum hominum et mensurauit ipsas terras in latitudine quantum iam dictus Andreas

Arxiu Diocesà de Girona ©

habere debuisset. Et sic de ipso puteo qui est in iam dicto uillare et contra occidente habet perticas .LXXX., et habet ipsa pertica que est mensurata pedes .VIII. et medio, et peruenit usque ad ipsa Petra Fita quod iam dicti comites et episcopus preceperunt figere et contra partibus Uliano de oriente habet perticas quadraginta in latitudine que iam dictus Stremirus recepit de iam dicto Andreo pro partibus predicto episcopo cuius mandatarius est, et contra occidente recepit in latitudine perticas .XXXVIII., et habet ipsa terra quod terminauerunt iam dicti iudices de parte orientis in latitudine perticas . LXXX. et de occidente habet perticas in latitudine septuaginta .VII. et media. Et tunc ordinauerunt iam dictus episcopus, comites uel iudices ut infra ipsas uillas Uliano et Quarto que uocatur Bitinga fixurias uel terminia mitterent et petras fictas, sicuti et fecerunt. Et recepit iam dictus Andreas medietatem de ipsas perticas [p. 139a] contra ipsum puteum a partibus circi et Stremirus archipresbiter similiter aliam medietatem contra uilla Uliano a partibus meridie, et tunc conuenit inter predicto episcopo et iamdicto Andreo ut unusquisque teneat et possideat usque ad ipsas petras fictas per illorum uillas diuisione, iudicent atque defendant et securi possideant quisque in perpetuum quieto ordine. Tunc apertum fuit ut unusquisque haberet exinde notitiam de ipsas res suprascriptas firmatas atque roboratas sicut et est, et gaudeat se unusquisque in nostro mallo suam percepisse iustitiam.
Data noticia sub die .XVI. kalendas iunii anno terci quo obiit Lodouicus rex.
+Richardus archipresbiter sss. Guischafredus archipresbiter sss. Petrus presbiter. Recharetus presbiter. Teudegildus presbiter sss.

10

881, agost, 29. Fosianum

Precepte del rei Carloman, donat a precs del bisbe Teotari de Girona, pel que confirma les possessions de l'esmentada església.

Cart., f. lrv, amb manca de part del full. O.: ACG, Roura, núm. 4. Ed.: Abadal I]2 pp. 135-137; VL 13, ap. 5, pp. 229-231. Reg.: B 11.

In nomine Domini Dei eterni et saluatoris nostri Ihesu Christi, Karlomannus gratia Dei rex. Si utilitatibus locorum diuinis cultibus mancipatorum seruorumque Dei necessitatibus in eisdem degentium operum frequentamus, regie celsitudinis exercemus morem, ac per hoc ad eternam beatitudinem facilius peruenire omnimodis confidimus. Itaque notum sit omnibus sancte Dei ecclesie fidelibus et nostris, presentibus scilicet atque futuris, quia uenerabilis uir Theothari Gerunde ecclesie episcopus nostram adiens celsitudinem petiit ut memoratam sedem cum uillis et hominibus a domno et genitore nostro Ludouico aliisque deuotis hominibus eidem sedi collatis quas nunc possidere dignoscitur, id est in pago Impurithano uillam nuncupatam Olianum cum suis terminis et uillam uocantem Caccauianum ac uilarem antiquum cum uilla noua quam uocant Uellosos et cum castello suoque terminio; et in pago Gerundense medietatem de uilla Molleto et Miliasam uillam ceterasque res quas a longo tempore inibi possidere dinoscitur, simul cum tertia parte de pascuario et theloneo de ipso pago, aliasque uillas quarum uocabula sunt Castellum Fractum et Parietes Ruffini cum tertia parte de pas[f lb]cuario et teloneo de ipso pago, cellam Sancti Clementis cum Petra Alta cum terminis suis atque areis. Concedimus etiam prefato pontifici et sue sedi uillas que pater noster diue recordationis Lodouicus rex per

Arxiu Diocesà de Girona ©

preceptum condonauit, uillam scilicet Sancte Marie quam alio nomine uocant Fontanetum et Palatium Mororum cum suos uilares, uilarem quem dicunt Iulio et uillarem Maurellum necnon et uillam Quarcianum et Felgerolas cum omnibus adiacentiis et terminis suis cultis et incultis necnon et uillam que uocatur Fonsaedictus uno nomine, alterum uero Apiliarem cum propriis uidelicet finibus uel adiacentiis cultis et incultis, quas etiam res sicut et supranominatas aequa conditione sub defensionis nostre munimine pariter recipimus, uineas quoque et terras quas Castellanus presbiter et parentes eius traxerunt de heremo, libenti animo condonamus Sancte Marie et Sancto Felici atque rectoribus eius pro remedio animarum patrum nostrorum nostroque facinore, et uillarem Faiam cum uineis, terris, siluis et omnibus terminis suis et plantadicium Gundemari episcopi cum omnibus terminiis et arcas suia et uillam que est in pago Bisildunense et uocatur Bascara cum suis uillaribus et suo terminio et arcas et uillarem uocatum Spedulias et alium uillarem que est infra [f lv] memoratarum uillarum terminos, uillas etiam duas quas uocantur Crispian et Miliarias, cum tertia parte de pascuario et teloneo de ipso pago; et in pago Petralatense uillam que uocatur Farus cum omni suo termino propter infestationes maliuolorum hominum sub nostra tuicione et immunitatis defensione constituissemus. Cuius peticioni annuentes, propter amorem Dei memoratam sedem cum suprascriptis uillis praesenti tempore in iure eius consistentibus sub nostra tuicione constituimus et hanc nostram auctoritatem circa eandem sedem fieri decreuimus, per quam decernimus ut nullus iudex publicus uel quilibet ex iudiciaria potestate maior minorue predita persona in ecclesias aut loca uel agros seu reliquas possessiones memorate sedis quas moderno tempore infra ditione imperii nostri legaliter possidet uel que deinceps in iure ipsius loci diuina pietas augere uoluerit ad causas iudiciario more audiendas uel discutiendas aut freda exigenda aut mansionaticos vel paratas faciendas aut fideiussores tollendos aut homines ipsius ecclesie contra rationis ordinem distringendos nec ullas redibiciones uel illicitas occasiones ullo unquam tempore ingredi audeat uel ea que supra memorata sunt penitus exigere aut undecumque modo legaliter inuestituram habet, abstrahere presumat, sed liceat memorato episcopo suisque successoribus res predicte aecclesie cum omnibus que possidet quieto ordine possidere et nostro fideliter parere imperio et pro nobis ac patribus nostris Domini misericordiam iugiter exorare. Et ut hec auctoritas confirmationis nostre per curricula annorum inuiolabilem atque inconuulsam optineat firmitatem manu propria subter firmauimus et anuli nostri impressione adsignari iussimus.
Sig+num Karolimanni (monograma) gloriosissimi regis.
Norbertus notarius ad uicem Uulfardi recognouit et sub (rusc).
Datum quarto kalendarium septembrium anno tercio Karlomanni gloriosissimi regis, indictione .XIIII. Actum apud Fossianum uillam in Dei nomine feliciter. Amen.

11

886, novembre, 1. Paris

Precepte de l'emperador Carles, donat a petició del bisbe Teuter, a fi de confirmar els béns de la seu de Girona.

Cart., f. 41a-41bis a. Ed.: Abadal, II/1, pp. 138-140, que reprodueix el text present. Reg.: B 12.

In nomine Domini Dei eterni et saluatoris nostri Ihesu Christi, Karolus diuina propiciante

Arxiu Diocesà de Girona ©

clementia imperator augustus. Si erga loca diuinis cultibus mancipata Deoque in eisdem famulantibus beneficia oportuna largimur, premium remunerationis eterne ob id nobis rependi non diffidimus, quin etiam ad diuturnum felicemque regni nostri idipsum stabilitatem pertinere nullatenus dubitamus. Igitur notum sit omnibus sancte Dei Ecclesie fidelibus et nostris, presentibus scilicet et futuris, quia uenerabilis Theotarius Gerundensis episcopus ad nostram accedens clementiam, deprecatus est imperialem celsitudinem nostram quatinus ipsam ecclesiam et sedem Gerundensem sub immunitatis nostre tuicione susciperemus, sicut Karolum imperatorem suumque filium Lodouichum antecessorem nostrum constat fecisse. Cuius precibus libenter adquiescentes, precipiendo iubemus ut nullus iudex publicus uel quislibet ex iudiciaria potestate in ecclesiis aut loca uel agros seu reliquas posessiones quas moderno tempore in quibuslibet pagis uel territoriis infra dictionem regni nostri iuste uel legaliter memorata tenet atque possidet ecclesia uel ea que deinceps a catholicis uiris diuina pietas in iure ipsius ecclesie uoluerit [f 41b] augeri, ad causas audiendas aut freda uel tributa exigenda aut mansiones uel paratas faciendas aut fideiussores tollendos aut homines ipsius episcopo uel ecclesie tam ingenuos quam seruos uel franchos super terram ipsius conmanentibus uel iuste uel iniuste distringendos licebit, nec ullas redibitiones aut illicitas occasiones requirendas, nostris uidelicet uel futuris temporibus ingredi audeat, seu etiam ea que superius memorata sunt penitus exigere presumat, sed liceat memorato presuli suisque successoribus res predicte ecclesie cum omnibus sibi subiectis immunitatis nostre defensione quieto ordine possidere et nobis fideliter deseruire. Concedimus etiam eidem uenerabili episcopo sueque ecclesie ut per hoc preceptum nostre auctoritatis confirmamus uillam que uocatur Olianus et aliam uillam que uocatur Cacauianus et castellum Uelloso cum castellare suo, et in comitatu Empuritanense uel in Gerundense cellam Sancti Clementis et cum Petra Alta, cum uineis et siluis et cum omnibus terminis suis atque arcas suas, et uillam Parietes Rufini atque Castellum Fractum et medietatem de uilla Molleti et uillam Fonsedictus et uillam Sancte Marie quem uocant Fontaneti et Palatium Muroris cum omnibus uillaribus suis et uillam Carciano cum suis uillaribus et illum plantaticium Gondemari episcopi et uineas ueteres quas Castellanus presbiter [f 4lva] et parentes sui et alii ceteri homines traxerunt de heremo et uillarem Faian cum aliis uillares ubi Adalardus presbiter manet cum terminis suis. Largitur etiam nostra clementia ad supradictam sedem Sancte Marie uel sancti Felicis martiris Christi pro remedium anime nostre uel predecessorum parentumque nostrorum in supradictum comitatu Gerundense uillam que uocatur Elzeda cum omnibus adiacentiis suis, hoc est ab Oriente per semitam que pergit usque ad Ribam Fractam, de meridie autem a cruce usque ad confines Arbutie, de parte occidentis usque ad Iohanneto, et de septentrione per riuulum qui uocatur Uallis Urcea et peruenit ad Sanctam Columbam usque ad aliam ripam aluei, et aliam uillulam in iam dicto comitatu quam uocant uillam Rabiosam cum terminis suis, et in comitatu Bisuldunense uillam Crispiano et Miliarias et uilla Baschara cum suis uillaribus necnon et archas ac uillare qui dicitur Spedulias et aliud uillare quod nominatur Abdirama pariter cum diuersis uillaribus que appellantur Terratellas et Cassaniolas ac uillare Acmiton; et in comitatu Petralatense uillam que dicitur Farus. Et adhuc eciam celsitudo atque magnificentia nostra concedit iam supradicte ecclesie beate Marie uirginis atque Sancti Felicis martiris Christi [f 4lvb] pro amore Dei facinorumque nostrorum remissione in supradictis comitatibus idest Gerundensis, Bisuldunensis, Petralatensis atque Impuritanensis omnem medietatem de pascuariis et theloneis mercatorumque terre marique mercatisque omnibus. Ipsi uero homines qui supradictas uillas habitant uel habitaturi sunt talem obsequium uel tale seruitium supradicto episcopo uel suis successoribus faciant

Arxiu Diocesà de Girona ©

qualem ad comites nostros facere consueuerunt, tam Spani quam ceteri, et nullum censum uel seruitium nullo unquam tempore ingerere quis presumat. Uolumus autem ut liceat memorato episcopo suisque successoribus res supradicte ecclesie et a nobis ei collatas seu condonatas et alias quascumque sibi pertinentes quieto ordine possidere et nostro imperio fideliter parere et pro nobis coniugeque ac tocius populi christiani salute Domini misericordiam iugiter exorare. Et ut hec auctoritas donationis atque confirmationis nostre per curricula annorum inuiolabilem atque inconuulsam in Dei nomine obtineat firmitatem, manu propria subter eam firmauimus et anuli nostri impressione signari iussimus.
Signum Karoli (signe) piissimi imperatoris augusti.
Amalbertus notarius ad uicem Leutardi [f 4lba] recognouit et subscripsit (rusc).
Date kalendis nouembris anno secundo imperante Karoli piissimi imperatoris in Galliis, indictione .VI. Actum Parisiis urbem in Dei nomine feliciter. Amen.

12

888, abril, 30 i juny, 4

Procés de la causa entre Adiscle i el bisbe de Girona Teuter, representat per Auderic, sobre el domini d'una terra situada entre els termes d'Ullà i Torroella de Montgrí.

Cart., pp. 139a-141a. Ed. BOTET, *Los condes beneficiarios*, p. 77, que data de 879. Reg.: B 9.

In presentia de iudices qui iussi sunt iudicare, idest Malanaico, Baldafredo, Madaixone et Autinello seu et sacerdotes Guischardo, Romeo, Barono et Fructuoso uel ceteris bonis hominibus Sendredo, Guigone, Gondeuare, Adalfo, Crispio, Inilberto, Optado, Ilderico, sub die .II. nonas [p. 139b] iunii anno .IIII. sub dompno Karolo imperatore, in presentia Teothario sedis Gerundensis episcopo uel in iudicio Delane et Soniario comites, Petrone uicecomite seu et iudices qui iussi sunt iudicare, idest Mancio, Malanico, Animio, Perlexio, Baldafredo, Stephano, Lupone, Madaxone iudicum, Iorio saione, siue Exibio, Aduuro, Tritulpho, Aninio abbates, Teutone, Guiscafredo, Tadeo, Rouecando, archidompnos, necnon Uillermundo, Uuisando, Eldogio, Yliario, Letberto, Ferrioso, Fesilane, Todaleco, Scluuane, Ansilane, Trudilde, Uuamadrane, Blanderico, Reuello, Mascarello, Tresserico, Uixildo et Silane sacerdotes siue Inilberto, Sonderedo, Rotario, Adalfo, Sonifredo, Suniario, item Lupone, Recosindo, Atone, Fredario item Sonifredo, Uisando, Teuderico, Nitardo, Eldoino, Arane, Uualardo, Remigio, Dodone uassos supradicto episcopo uel supradictos comites, necnon Sabadino, Leuberto, Germano, Sanulfo, Suuindo, Salomon, Raumiro et Digone uel aliorum bonorum hominum qui ibi aderant, professus sum ego Adisclus uel facio mea euacuacione in faciem Auderico quod est mandatario supradicto episcopo et ueritatem denegare non possum qualiter de ipsa terra que est infra termines de uilla Uliano in territorio Impuritano unde ego petiui isto presente Uderico qui est mandatarius supradicto episcopo idem dum ea tenerem [p. 140a] per scripturam recognitionis, unde ego prestaui relatus hic in uestra presentia et fuit relectus. Sic supradictus episcopus cuius mandatarius est iste Audericus inuasit ipsa terra de mea potestate malo ordine, iniuste et contra legem. Unde ad interrogatione de supradictos iudices iste Audericus dixit quia ipsam terram non eam inuasit supradictus episcopus de mea potestate, sed ille eam tenet recto ordine et per annos legitimos et per scriptas

Arxiu Diocesà de Girona ©

conditiones uel per preceptos regis quod iste Audericus qui est mandatarius supradicto episcopo hic in uestra presentia hostendit, et fuerunt relecti. Tunc supradicti iudices interrogauerunt me in dicto Adisclo plures uicibus si hoc poteram probare de ipsa terra iam dictus episcopus eam inuasisset de mea potestate an non. Ego dixi quia non possum, et sic sum professus hic in uestra presentia et facio mea euacuatione qualiter nec per testes nec per rationale tempus nec per nullas modis hodie nec in nullo tempore prouare non possum pro quibus iam dictus episcopus cuius mandatarius est ipse Auderico ipsam terram inuasisset de mea potestate et iste iudiciarias conditiones uel precepto qui resonat de iam dicta uilla Oliano in cuius termino est ipsa terra ueri sunt et legibus facti, et plus pertinet ipsa terra ad iam dicta uilla Oliano que est de supradicto [p. 140b] episcopo quam ad uilla Torrocella pro quibus eam requiro, sed iniuste et contra legem ego exinde mallaui isto Auderico mandatario supradicto episcopo quod ipsa terra; et infrontat ipsa terra de parte orientis in terminio de uilla Torrocella, et de meridie in latere in flumine Adarone et de occidente in ipsa Lona uel subiungit in termino Aqualta et de cirti in terra supradicto episcopo, et ita est ueritas sicut sum professus hic in uestra presentia.
Facta professione sub die .II. kalendas madias anno .IIII. regnante dompno nostro Karolo imperatore.
Badisclus qui hanc professionem feci, alie mannus scribsit. Adouacius alemanus scripsit. Leuia alemannus scripsit. Madaxo alie mannus scripsit. Sig+num Undila alie mannus impressit. Sig+num item Undila alemannus inpressit. Sig+num quem uocant Taurello alie manus impressit. Sig+num Altino alemannus impresi. Sig+num Elias alemanus impressit. Marchus alemanus scripsit. Sig+num Asdalfo alemanus impressit. Inibertus alemanus scripsit. Raitarius aliemanus scripsit. Petrus aliemanus impressit. Miro presbiter alie manus scripsit. Senderedus alie manus impressit. Senderidus (sic) aliemanus scripsit. Uuisanda aliemanus scripsit. Molestus alemanus scripsit. Madaixus alemanus scripsit. Petrus aliemanus scripsit Prolexius alemannus scripsit. [p. 141a] Aduurus abba alemannus scripsit. Malanaicus alemannus scripsit. Inila abba alemannus scripsit. Guischafredus archipresbiter alemannus scripsit. Tritulphus abba alemannus scripsit. Leubertus presbiter alemannus scripsit, et multi alii.
In Dei nomine Maiorecellus qui hanc professionem scripsi et sss sub die et anno quo supra una cum litteras supraposita hic firmauit manu alienorum. Ego Malannacus qui hoc exemplar fideliter scripsi sss.

13

891, juliol, 14. Mehun-sur-Loire

Precepte del rei Odó, donat a precs del bisbe Servus Dei, pel que concedeix a la seu de Girona la irmnunitat judicial i fiscal.

Cart., pp. 7b-9a. Ed.: Abadal, II]l,pp. 141-143, que reprodueix el text present; MH ap. 53, cols. 827-828; ES 43, ap 11, pp. 385-387. Reg.: B 13.

In nomine Domini Dei eterni et saluatoris nostri Ihesu Christi, Odo clementia Dei rex. Si erga loca diuinis cultibus mancipata propter amorem Dei eiusque in eisdem locis sibi famulantibus beneficia oportuna largimur, regum predecessorum nostrorum morem in hoc imitari laudabimur, ac per hoc presentis uite cursum felicius transituros et eterne uite

Arxiu Diocesà de Girona ©

beatitudinem adepturos [p. 8a] nos non dubitamus. Quapropter comperiat omnium fidelium nostrorum tam presentium quam futurorum sollercia quia ueniens obtutibus nostris uir uenerabilis nomine Seruus Dei, sedis Gerundensis episcopus culminis nostri adiit sublimitatem, deprecatusque est serenitatem nostram ut eandem ecclesiam que est in honore Sancte Dei genitricis Marie, cui ipse Deo auctore preest, sub munimine et auctoritatis nostre defensione reciperemus atque cum omnibus rebus et omnibus sibi subiectis sub prefate tuicionis nostre mundiburdio et immunitate consistere faceremus, quatinus sic ab infestatione et inquietudine iudiciarie potestatis eandem munita atque defensa fuisset ecclesia. Cuius petitionibus ob Dei amorem et suam deprecationm omnibus assensum benigne prebuisse notum esse uolumus ut hoc preceptummagnificentie nostre fieri et illi dari iussimus, per quod precipientes iubemus atque iubentes decernimus ut a nemine nostrorum, tam presentium quam futurorum fidelium huiusmodi nostre immunitatis absolutio infringi aut corrumpi in aliquo presumatur, scilicet ut nullus iudex publicus nec quislibet ex iudiciaria potestate aut ullus ex fidelibus sancte Dei ecclesie atque nostras in ecclesias aut loca aut agros seu reliquas posessiones predicte ecclesie quas moderno tempore iuste et rationabiliter possidere [p. 8b] uidetur in quibuslibet pagis et territoriis quicquid ibi propter diuinum amorem conlatum est queque eciam deinceps in iure ipsius ecclesie aut per nos aut per alios diuina pietas augeri uoluerit, aut causas audiendas uel freda exigenda aut mansiones uel paratas faciendas aut fideiussores tollendos uel homines ipsius ecclesie tam ingenuos quamque et seruos qui supra terram ipsius ecclesie residere uidentur distringendos nec ex pulueratico nec ex teloneis neque ex pascuario qui de eo exit comitatu, neque ex ribatico quod ab hominibus recipitur, nullus ei in aliquo ipsam omnem terciam partem nec contendere presumat nec subtrahere liceat nec ullas occasiones aut ullas redibitiones ullo unquam tempore ingredi audeat uel exactare presumat. Et quicquid de rebus prefate sancte Dei ecclesie fiscus sperare poterat, nos totum predicte sancte Dei ecclesie concedimus ut perpetuis temporibus in alimonia pauperum et stipendia clericorum ibidem Deo famulantium proficiat in augmentum. Quod si quis temerario ausu hoc currumpi presumpserit, sexcentorum solidorum numero se sciat esse multandum. Et huiusmodi immunitatis et homines illic commanentes inuiolabiliter maneat inconcussa. Sed liceat memorato presuli suisque successoribus cum rebus uel hominibus ad se aspicientibus sub tuicionis atque immunitatis nostre defen[p. 9a]sione remota tocius iudiciarie potestatis inquietudine quiete residere atque pro incolumitate nostra et regni nobis a Deo collati iugiter Dei misericordiam cum clero et populo sibi commisso exorare delectet. Ut autem hec indultionis nostre pie confirmatio pleniorem in Dei nomine optineat uigorem et a fidelibus Sancte Dei ecclesie et nostris futuris temporibus diligentius conseruetur, manu propria subter firmauimus atque anuli nostri impressione insigniri iussimus.
Signum Odonis (monograma) gloriosissimi regis.
Throannus notarius ad uicem Eglonis recognouit.
Data idus iulii indictione nona, anno Incarnationis Dominice .DCCCXCI., anno .IIII. regnante Odone gloriosissimo rege. Acta Maduino monasterio, in Dei nomine feliciter. Amen.

14

892, novembre, 13

Revell reconeix judicialment haver-se apoderat injustament d'una terra situada al territori d'Ernpordà, al terme de Bàscara, al vilar d'Abderama, i se n'exvacua a favor de la seu de

Arxiu Diocesà de Girona ©

Girona.

Cart., pp. 78b-79b, Ed.: MONSALVATJE, CDB I pp. 145-146. Reg.: B 15, que data de 893.

In presentia Seruo Dei episcopo sedis Gerundensis seu et iudices qui iussi sunt iudicare, idest Baldafredo, Madaxo et Leubane iudicum, Undilane saione siue Ferriolo, Reparato quod uocant Mascarello et Salomon et Eldenardo sacerdotes necnon Argimiro, Arnusto, Ansulfo, Iosio, Amalio, Soniofredo, Ibisio, Tudegildo et Lupone uel aliorum bonorum hominum qui ibi aderant, recognosco me ego Reuellus a petitionibus Adilano presbitero qui est mandatarius supradicto episcopo et ueritatem denegare non possum qualiter de ipsa terra que est in territorio Empuritano in terminio de Baschara in uillare de Abderama unde iste Adila presbiter qui est mandatarius supradicto episcopo cum quo ipsam terram [p. 79a] inuasi de potestate de supradicto episcopo sic me petiuit hic in uestra presentia quod ille qui eam tenuerat per preceptum regis a partibus Sancte Marie et Sancti Felicis que sita est infra muros ciuitatis Gerunde. Ego enim iam dictus Reuellus dixi quia ipsa terra non eam inuasi de potestate supradicto episcopo sed ille eam mihi dedit quod ego tenuissem pro suo beneficio, et ille dixit quia illam terram non eam mihi beneficiauit. Et interrogauerunt me supradicti iudices si hoc poteram probare an non ego iamdictus; sic facio meam recognitionem quod nec hoc quod nec in nullo placito probare non possum, pro quibus ipsa terra supradictus episcopus mihi eam beneficiasset, sed iniuxte et contra legem ego inuasi ipsam terram de sua potestate mea presione iniuste et contra legem absque iuditio. Et etiam affrontat ipsa terra de oriente, meridie, occidentis et cirtii in terra de Sancta Maria et Sancto Felici. Et ea que dico ueraciter me recognosco in uestra presentia.
Facta recognitione sub die idus nouebris anno .VI. regnante Othone rege.
Sig+num Reuello, qui hanc recognitionem feci. Sig+num Seniofredus. Sig+num Bisio. Sig+num Stephano [p. 79b]. Sig+num Ferrocincto. +Ferriolus presbiter. (s. man.)Heldenardus presbiter. Reparatus presbiter sss. Mandaxus. Salomon presbiter sss. Baldafredus sss.

15

892, novembre, 27

En presència del bisbe Servus Dei de Girona, Revell reconeix judicialment tenir una terra situada al territori d'Empordà, al terme de Bàscara, al vilar d'Abderama, per compra invàlida feta a Eldebonus i Avacella, ja que la possessió pertany a Santa Maria i Sant Feliu de Girona per preceptes reials.

Cart. pp. 85b-86b. Reg.: B 16.

In presentia Seruo Dei sedis Gerundensis episcopo, et in presentia de iudices qui iussi sunt iudicare, idest Prolexio, Baldafredo, Madaxone et Uintinello et Adofredo iudices et Undilane saione, uel in presentia Suniario et Salomone sacerdotes Iorio, Amelio, Sonifredo, Tressoario, Blanderico, Birrio, Ouido, Uenerello, Tobias et Altemiro et aliorum multorum bonorum hominum qui cum ipsis ibidem aderant, recognosco me ego Reuellus in facie Odilano presbitero qui est mandatarius Seruo Dei episcopo qualiter unde me mallauit iam dictus Odila presbiter qui est mandatario de supradicto episcopo de ipsa hereditate quam

Arxiu Diocesà de Girona ©

ego comparaui Reuellus de homine nomine Eldebono et de sua uxore nomine Sauacella, quam illi habebant in territorio Empuritano, in terminio de Baschara, in uillare quod uocant Abderama, ibidem mihi uendiderunt domos, curtes, ortos, uineas cum arboribus pomiferis uel impomiferis in surecanis et in mulinaribus qui sunt in flumen Fluuiani in terminio de Baschara [p. 86a] et hic ostendi scripturam emptionis ad relegendum quam mihi fecit Eldebonus et uxor sua Sauacella, et fuit relecta ante supradicto episcopo uel iudices, et sic exinde me mallaui Abdila presbiter hic in uestra presentia qui est mandatarius de supradicto episcopo, unde interrogauerunt me iam dicto Reuello supradicti iudices si potebam exinde auctores legitimos habere et dederunt mihi plures placitos, unum et alium et tercium; sic sum professus ego Reuellus et facio meas questiones qualiter nec hodie neque in nullo tempore non possum legitimos auctores habere Eldebono et Auacella, quos mihi legibus auctores censeo, ipsam hereditatem superius scriptam et istas cartas emptionis quas hic ostendi ante supradicto episcopo uel iudices ad relegendum, et fuit relecta in omnibus et est inualida et non est legibus facta et hodie debent esse ista omnia superius scripta de Sancta Maria quod est infra muros Gerunda ciuitate et Sancto Felice qui est fundatus ante Gerunda ciuitate uel de isto episcopo, cuius iste Odilanus presbiter mandatarius est, per preceptum regis quod supradictus episcopus tenet in sua potestate de Sancta Maria et Sancto Felice unde iste Adila presbiter mandatarius est, quam de me aut de ullo alio homine, et que dico recte te ueraciter me recognosco simulque euacuo in uestro supradicto [p. 86b] iuditio.
Facta recognitione uel euacuatione .V. kalendas decembris anno .VI. regnante Odone rege.
Sig+num Reuello quime recognoui simulque euacuaui. +Suniarius presbiter sss. Ramliotus sss. Sig+num Loderico. Sig+num Ibirio. Sig+num Salamiro. Sig+num Lupo. Sig+num Angelos. Sig+num Iorio. Arnustus sss. +Teudo. Sig+num Inchilredo.

16

892, desembre, 1

En presència del bisbe Servus Dei de Girona, Guadamir reconeix judicialment que una vinya que havia comprat a Adilà, situada al terme de Bàscara, és per una sisena part del bisbe, d'acord amb un precepte reial, i inutilitza l'escriptura que en tenia.

Cart, pp 83b-84b. Reg.: B 17.

In presentia Serui Dei episcopo sedis Gerundensis seu iudices qui iussi sunt iudicare, idest Baldafredo, Malexo, Leubano iudicum, Undilane saione siue in presentia Arnusto, Fredario siue Reuello, Salamon sacerdos, Guischafredo archipresbitero necnon Eudefredo, Romeu, Adub, item Sarc leuita, Florio, Ansulfo, Amelio, Suniofredo, Aiuo, Eldesindo uel aliorum bonorum hominum qui ibidem aderant, recognosco me ego Uuadamirus a peticionibus Adilane presbitero qui est mandatarius supradicto episcopo, et ueritas est et denegare non possum qualiter de ipsa uinea que est in territorio Gerundense infra terminos de Baschara unde hic Adila me mallauit hic in uestra presentia hostendi ad relegendum quod resonat in nomine de Adilane uenditore et in nomine de me ipso iam dicto Uuadamiro emptore, et affrontat de oriente in ipso aquale, et de meridie in uinea de Emilana femina uel de suos heredes, et de occidente in uinea de Ibirio et de circi subiungit item in alio torrente. Sicut iste Adila [p. 84a] presbiter me petiuit quod infra istas affrontationes de ipsa uinea ipsa sexta parte debet esse de supradicto episcopo cuius ille mandatarius est pro receptione regis

Arxiu Diocesà de Girona ©

quod resonat in nomine Sancte Marie matris Christi que est sita infra muros ciuitatis Gerunda et in nomine de Sancto Felice martire Christi que est iuxta iam dictam ciuitatem. Item dico ego Uuadamirus dixi quod ipsam sextam partem quam ego teneo non eam teneo malo ordine, sed per istam scripturam emptionis eam teneo quam in uestra presentia hostendi sicut superius resonat, et habui placito uno et alio et tercio, et exinde dedi semel iamdicto Adilano qui mihi eam auctorizare fecisset, quod minime fecit. Sic facio me recognitionem uel euacuationem quia nec modo nec in nullo placito auctorem exinde habere non possum per quos ipsam sextam partem habere debeam recto ordine de ipsa iam dicta uinea nec per testes nec aliquo modo probare uel deffendere possum, pro quibus partibus eam habere debeam sicut superius resonat, sed sua propria debet esse de supradicto episcopo per ipso precepto superius scripto et ista [p. 84b] scriptura emptionis quam ego presentaui ad relegendum quod resonat de ipsa uinea et de ipsa sexta parte inualida est et non legibus uallata, et propter hoc eam abscidi manibus meis, et ea que dico recta et uera sunt, me recognosco in uestra presentia uel me exinde euacuo.
Facta recognitione sub die kalendis decembris anno sexto regnante Hodone rege.
Sig+num Uuadamiro, qui hanc recognitionem feci. Sig+num Sunialdo. Sig+num Auito. Sig+num Argibaudi leuite sss. +Salomonis presbiteri sss. Uenerellus presbiter (s. man.). Odila acolitus sss. Uuillisclus leuita archidiaconus sss. (s. man.)
Tortorellus leuita sss.

17

893, abril, 15

Revell reconeix judicialment la nul·litat del seu títol de propietat sobre cases, camps i un molí situats a Bàscara, i se n'exvacua a favor del bisbe Servus Dei de Girona.

Cart., pp. 15a-16b. LVC f. 185. Ed.: DORCA, *Mártires*, ap. 4, pp. 323-324; ES 43, ap. 13, pp. 388-390. Reg.: B 14.

In iuditio Seruo Dei Gerundensis episcopus uel iudices qui iussi sunt iudicare uel causas dirimere, idest Enegone, Malanaico, Madaxone, Unctinello, Prolexio et Baldafredo iudices, Undila saione necnon Guiscafredo archipresbitero, Leopardo, Romeo, Honorio, Fructuoso, Eldenardo, Mascarello, Ermemiro, Benedicto, Prouecto, Barone sacerdotes, seu et in presentia Argouado, Armelio, Tortorello, Galindo diachonos, similiter et in presentia Adalone, Inilberto, Fredorio, Sendredo, Suniuldo, Uuitardo, Arifonso, Teuderico, Uuifredo, Uordaldo, Bellone uassos Deilane comite, seu et in presentia aliorum bonorum hominum qui cum ipsis ibidem aderant, recognosco ego me simulque euacuo Reuellus a petici[p. 15b]onibus Adilane presbitero qui est mandatarius Serui Dei sedis Gerundensis episcopus uel ab interrogatione de supradicto episcopo sacerdotes uel iudices. Uerum est et negare non possum qualiter unde me mallauit iste iam dictus Adila mandatarius de iam dicto episcopo quod ego teneo terras, domos, casales, curtes, ortos, linares, munilinares(sic) et ipso mulino quod ego ibidem teneo, qui est in apendicio de uilla Baschara, qui est sita in comitatu Bisuldunense, unde Leodouicus gloriosus imperator fecit scriptura donationis ad Sanctam Mariam uirginis et Sancto Felice martire Christi cum fines et termines suos, siue in Bisuldunense siue Impuritanense, cum suos uillarunculos, uillare quod uocant de

Arxiu Diocesà de Girona ©

Aderama et uilla que uocant Terradelas et uilla Spodilio et uilare Speculiarias et uillare Cassaniolas qui diuidit ipsa termina a de iam dicta uilla Baschara cum suos uilarunculos; de parte orientis, in terminio de uilla Calabodii per ipsum cacumine moncium, sicut in ipsos preceptos resonat, uel in ipso iudicio quod quondam Ansulfus qui fuit mandatarius de quondam Gondemari episcopi conquisiuit super man[p. 16a]datario de quondam comite Alarico condam Trasoario et super Pipino qui alio nomine uocatur condam Abderrama qui fuit auus de homine condam nomine Galderico, et tenuit hoc Gondemarus episcopus per uocem Sancte Marie uirginis que est sita infra muros Gerunda ciuitate et Sancti Felicis martiris Christi qui est fundatus ante portas Gerunda ciuitate, et postea tenuit hoc Helias condam episcopus similiter per ipsa uoce. Deinde tenuit hoc similiter condam Teotarius episcopus per ipsa uoce. Et quando conquesiuit Seruus Dei ipsum epischopatum et conquisiuit ipsa iam dicta uilla cum suos uillarunculos, confines uel termines suos sicut superius resonat, sicut et alii episcopi hoc tenuerunt, et etiam ego dictus Reuellus sic prendidi exinde scripturam hemptionis de homine nomine Galdericho qui fuit nepos de condam Pipino de domos, curtes, ortos, terras et uineas, mulinares, linares et de ipso mulino quod ego ibidem teneo, quod est in flumine Fluuiano, uel infra termines de uilla iam dicta Baschara et ipsa scriptura emptionis quod hic hostendi ad relegendum inualida est et non est legibus facta, quia non habebat iam dictus Galdericus exinde accepta potestate, unde nec donare. Unde iam dicti iudices interrogauerunt si potebam exin[p. 16b]de iam dicto Galderico auctorem presentare et donauerunt mihi legitimos placitos. Sed ego iam dictus Reuellus in omnibus sic sum professus et facio meam euacuationem qui non possum exinde auctorem presentare nec nullum inditium ueritatis pro quibus ad partibus meis hoc defendere debeam, sed plus debet esse iam dicta uilla Baschara cum fines uel termines et omnes adiacentias suas de Sancta Maria uel de Sancto Felice a proprio quam de me aud de ullum alium hominem, sicut superius resonat, et ita est ueritas sicut sic me recognosco simulque euacuo in uestro iuditio.

Facta recognitione simulque euacuatione .XVII. kalendas madii anno .VI. regnante Odone rege.

Sig+num Reuellus qui me recognoui simulque euacuaui. Sig+num Iurius (s. man.). Blandericus (s. man.). Tobias (s. man.) Argibadus leuita. +Guiscafredus archipresbiter. Odouardus presbiter. Reparatus presbiter (s. man.). Tortorellus diachonus. +Galindo leuita. +Amelius leuita. +Altemirus leuita. Ermemirus presbiter. +Iohannes presbiter. +Segobertus diachonus. +Audericus presbiter. +Ansulfus sss. Badagarius abba. +Fafila presbiter sss. Edeldrius presbiter (s. man.). Leutbertus presbiter. Uuillisclus archidiaconus. Presidius diachonus +. Uiliemundus presbiter. (s. man.) Leopardus presbiter. Sabo[p. 17a]

18

893, desembre, 1

En presència de Servus Dei, bisbe de Girona, Revell reconeix judicialment haver tallat disset figueres de l'hort del mateix bisbe, situat al comtat d'Empúries, al terme de Bàscara, al vilar d'Abderama.

Cart. pp. 84b-85a. Reg.: B 18, que data de 894.

In presentia Seruo Dei sedis Gerundensis episcopo et eosdem iudices qui iussi sunt

Arxiu Diocesà de Girona ©

iudicare, idest Prolexio, Baldafredo, Madaxone et Odofredo iudices et Undilane saione, sed et in presentia Suniario et Salomon sacerdotes, Onesto et Atone [p. 85a] Iorio, Emolio, Soniofredo, Tobias et aliorum bonorum hominum qui cum ipsis ibidem erant, recognosco me ego Reuello ad petitionibus Adilane presbitero qui est mandatarius Seruo Dei sedis Gerundensis episcopo ab infestatione de supradictos iudices. Uerum est et negare non possum qualiter dum se haberet iamdictus episcopus cum Adilo presbitero qui mandatarius est suas ficulneos et suos ortos, idest decem et septem in comitatu Empuritano infra terminos de Baschara in uillare Abderama quod iam dictus episcopus tenebat in sua potestate per preceptum regis et uoce Sancte Marie uirginis que est fundata in Gerunda ciuitate et Sancto Felice martire Christi, sic ueni ego Reuellus sic incidi ipsas ficulneas iamdictas mea sola presumptione, et deuote et ueraciter me recognosco in uestro supradicto iuditio.
Facta professione kalendis decembris anno .VII. regnante Odone rege.
Sig+num Reuellus qui recognoui in uestro iuditio. Suniarius presbiter sss. Sig+num Iorio. Iohannes presbiter. Tobias sss. Trassoarius. Sig+num Artemiro. Undilone(sic) saione sss. [p. 85b]

19

895, abril, 29

Pere ven a Esteve la meitat d'unes possessions situades al territori del Vallès, a la vila Marata i al vilar Riquiles, pel preu de 18 sous.

Cart., pp. 250b-251b. Reg.: B 19.

In nomine Domini, ego Petrus uenditor sum tibi Stephano emptore. Per hanc scripturam uenditionis mee uindo tibi hinc in territorio Ualleses infra termines de uilla Meserata palacia cum curtes et ortos et terras cultas et incultas et linares cum illorum [p. 251a] pomiferis qui sunt in iam dicto comitatu Uallese, in iam dicta uilla Mesarata et in uillare Richilas. Uindo tibi in iam dicto palacio cum curtes, ortos cum illorum pomiferis et terras cultas et incultas et linare et .VII. campos, quod aduenit mihi ex uoce quondam amico meo Sperandeo et auia mea Adaluira et genitrice mea Gradille, sic tibi uindo sicut iam supradictum est in quantum ipsam meam medietatem quam ego ibi iusto ordine mereor hereditare, ab integro tibi uindo idest propter precium solidos .XVIII. tantum quod tu emptor dedisti et ego uenditor accepi manibus meis, ita quod de ipso precio apud te emptore non remansit, et est manifestum. Quem uero ipso palacio cum curtes et boscos et terras cultas et incultas cum illorum pomiferis et linare suprascripto ipsa medietate, et in siluis, aquis aquarumue ductis et reductis in omnibus et per omnia de meo iure in tuo trado dominio et potestate a proprio ut quicquid exinde facere uel iudicare uolueris, ex prefato die et tempore in Dei nomine habeas potestatem. Sane quod si ego uenditor aut aliquis de filiis aut heredibus nostris qui contra hanc cartam uenditionis uenerit ad irrumpendum, non ualeat uendicare quod repetit sed inferat uel inferant tibi omnia superius scripta quantum adeo tempore inmeliorata fuerit dupla tibi perpetim habitura, et hec [p. 251b] uenditio firma et stabilis permaneat.
Facta carta uenditionis die .III. kalendas madii anno .VIII. regnante Hodone rege.
Sig+num Petro, sig+num Stephano emptore, qui hanc cartam firmauimus firmarique

Arxiu Diocesà de Girona ©

rogauimus. Sig+num Trassemiro. Sig+num Ricimiro. Sig+num Sede. Sig+num Gomesindo. Sig+num Bellus.
In Dei nomine Uuisandus presbiter qui hanc uendicionem scripsi et sss sub die et anno quo supra.

20

897, octubre

El papa Romà, a precs del bisbe Servus Dei, confirma a la seu de Girona les seves possessions.

Cart., pp. 59a-60a. O.: Museu de la catedral de Girona. Ed.: MH ap. 59,cols. 834-835; MORERA, "Los papiros de la Catedral de Gerona", Girona 1927, pp. 15-16, reproduït a *Miscelánea Excmo. Doctor José Morera en su octogésimo aniversario*, (Biblioteca Filológica Histórica, XXI), Sant Cugat del Vallès, 1967, pp. 117-118. Reg.: B 20.

+Romanus episcopus seruus seruorum Dei reuerendissimo Seruo Dei sancte Gerundensis ecclesie episcopo etc. Per te in eadem uenerabili ecclesie in perpetuum. Sicut per donum Sancti Spiritus beato apostolorum principi Petro et celestis regni clauigero ligandi atque soluendi ab ipso Domino tradita est potestas euangelica subsequente leccione que ita inter cetera ait: *Tu es Petrus et super hanc petram hedificabo ecclesiam meam* et reliqua, ita sedes apostolica canonica regalique auctoritate suffulta, omnibus ecclesiis Dei per uniuersum orbem diffusas suffragia et iusta postulationis subsidia ut prebeat tam diuini quam humani iuris ratio postulat. Igitur ueniens iam dicte Serue Dei uenerabilis episcope ad sedem apostolicam et ecclesia Gerundensi iuste et canonice recepta, expulso inde Hermomiro deposito et excommunicato, suggessisti nobis quatinus huius apostolice nostre confirmationis priuilegio confirmare deberemus omnes res immobiles eiusdem sancte Dei ecclesie Gerundensis, in honore Sancte Dei genitricis semper uirginis Marie domine nostre, ubi beatus Felix Christi martir corpore requiescit, hoc est domos, plebes, cellas, ecclesias, uillas et insulas, Maiorica scilicet et Minorica, seu curtes, parrochias, terras, uineas, prata, siluas una cum familiis utrusque sexus cum omnibus adiacentiis seu pertinentiis suis [p. 59b] que a piis imperatoribus et regibus uel ab aliis Deum timentibus in eadem ecclesia Gerundensis collata sunt sicut ipse nunc siue legali ordine tenere uideris. Unde salubribus peticionibus tuis inclinati decernimus et a presenti prima indicione per hoc apostolicum nostrum priuilegium roboramus et confirmamus in perpetuum statuimus et in usu et utilitate eiusdem ecclesie Gerundensis cui preesse dinosceris, idest omnes domos, cellas, ecclesias uillas curtes, parrochias, terras, uineas, prata, siluas, una cum familiis et alia omnia que ab imperatoribus et regibus uel ab aliis Deum timentibus in eadem ecclesia collata sunt uel conferenda erunt, tam in ipsis comitatibus quam in aliis locis simul cum raficum seu pascuarium sub tua tuorumque successorum diccione potestate omnimodis confirmamus, statuentes apostolica censura sub diuini iudicii obtestatione et anathematis interdictu ut nulli unquam magno uel paruo homini liceat quamlibet forciam uel óbpressionem in omnibus rebus eius facere aut potestatem aliquam habere uel aliquem distringere aut qualemcumque toloneum ab eis exigere siue ad placitum ubicumque eos pro quibuslibet causis prouocare presumat, nisi in prouidencia sui episcopi causa illorum audiatur et canonice finiatur. Si quis autem, quod non optamus, contra hoc nostrum priuilegium pie a

Arxiu Diocesà de Girona ©

nobis statutum temerario ausu [p. 60a] agere presumpserit, sciat se anathematis uinculis innodatum, et nisi resipuerit, a regno Dei alienus existat; qui uero custos et obseruator extiterit, benedictionem et gratiam a Domino consequatur.
Scriptum per manum Sergii scriniarii sancte Romane ecclesie in mense octobrio indictione prima. +Bene ualete.

21

899, maig, 29. Tours-sur-Marne

Precepte del rei Carles que, a petició del bisbe Servus Dei, confirma els privilegis d'immunitat de la seu de Girona i béns propis de la mateixa situats als comtats de Girona, Besalú, Empúries i Peralada.

Cart., pp. 62b-64b. Ed.: Abadal, II]2, pp. 144-147, que edita el text present; MH ap. 54, cols. 828-830; ES 43, ap. 14, pp. 391-393. Reg.: B 21.

In nomine sancte et indiuidue Trinitatis, Karolus diuina propiciante clementia rex. Si erga loca diuinis cultibus mancipata propter amorem Dei eorumque in eisdem locis famulantes beneficia largimur, premium nobis apud Deum eterne remunerationis rependi non diffidimus. Idcirco nouerit sagacitas omnium fidelium nostrorum, tam presentium quam futurorum quia uenerabilis uir sancte Gerundensis ecclesie Seruus Dei episcopus adiit [p. 63a] serenitatem nostram humiliter petens quatinus ipsam ecclesiam et sedem Gerundensem sub immunitatis nostre tuitione susciperemus quemadmodum antecessores nostri, piissimus scilicet auus noster Karolus et genitor noster bone pieque memorie Hludouicus fecisse noscuntur. Cuius precibus libenter adquiescentes precipiendo iubemus ut nullus iudex publicus uel quislibet ex iudiciaria potestate in ecclesias aut loca aut agros seu reliquas possessiones quas moderno tempore in quibuslibet pagis uel territoriis infra dictionem regni nostri iuste et legaliter memorata tenet atque possidet ecclesia uel ea que deinceps a catholicis uiris diuina pietas in iure ipsius ecclesie uoluerit augeri, ad causas audiendas aut freda uel tributa exigenda aut mansiones uel paratas faciendas aut fideiussores tollendos aut homines ipsius episcopo uel ecclesie, tam ingenuos quam seruos super terram ipsius commanentes nec iuste uel iniuste distringendos nec ullas redhibitiones aut illicitas occasiones requirendas, nostris uidelicet uel futuris temporibus ingredi audeat, seu etiam ea que superius memorata sunt penitus exxigere presumat, sed liceat memorato presuli suisque successoribus res predicte ecclesie cum omnibus sibi pertinentibus sub immunitatis nostre defensione quieto ordine possidere et inde fideliter deseruire. Reconfirmamus etiam eidem uenerabili episcopo sueque ecclesie per hoc nostre auctoritatis preceptum uillam que uocatur Olianus et uilla que dicitur [p. 63b] Cacauiano et uillam Uelloso cum castellare suo in comitatu Empuritanense; et in Gerundense cellam Sancti Clementis cum Petra Alta cum uineis et siluis et omnibus terminis suis atque arciis suis, uillam quoque Parietes Ruphini atque Castellum Fractum et medietatem de uilla Molleti et uilla Fonsedictus et uillares que sunt in ualle Arace quem adquisiuit Teutharius episcopus, in ecclesiis, in terris, in uineis, in pratis, in siluis seu molendinis et uillam Quarciano cum suis uillaribus et illum plantaditium Gondemari episcopi et uinetas ac terras quas Castellanus presbiter et parentes sui et alii homines traxerunt de heremo, et uillarem Faian

Arxiu Diocesà de Girona ©

cum aliis uillaribus ubi Adalardus presbiter manet cum terminis suis. Largitur etiam nostra clementia ad supradictam sedem Sancte Marie uel Sancti Felicis martiris Christi pro remedio anime nostre parentumque nostrorum in supradicto comitatu Gerundense uillam que uocatur Elzeda cum omnibus adiacentiis suis, hoc est ab oriente per semitam que pergit usque ad Ripam Fractam, de meridie, a cruce usque ad confines Arbucie, de parte occidentis usque ad Iohannetum, et de septentrione per riuolum qui uocatur Uallis Urcea et peruenit ad Sanctam Columbam usque ad aliam ripam aluei; et aliam uillam in iam dicto comitatu quam uocant uillam Rabiosam cum terminis suis; et in comitatu Bisuldunense cellam Sancti Laurentii cum terris et uineis [p. 64a] et cellam Sancti Martini cum terris et uineis, uillam eciam Crispianam et Miliarias et uilla Baschara cum suis uillaribus necnon et archas et uillare quod dicitur Spedulias et aliud uillare quod uocant Abdirama pariter cum diuersis uillaribus que appellantur Terratellas et Cassaniolas ac uillare Acmiton. Et in comitatu Petralatense ecclesiam Sancti Petri et ecclesiam Sancti Iohannis cum terris et ecclesiam Sancti Fructuosi cum terris et uineis et Pineta cum terris et uineis uillamque que dicitur Farus et uineis. Concedimus etiam munificentie nostre largitate prephate ecclesie Sancte Marie atque Sancti Felicis martiris Christi pro amore Dei nostrorumque facinorum remissione in supradictis comitatibus, idest Gerundense, Bisuldunense, Petralatense atque Impuritanense omnem medietatem de pascuariis et teloneis mercatorum terre marisque ceterisque mercatis omnibus. Ipsi uero homines qui in supradictis uillis habitant uel habitaturi sunt tale obsequium uel tale seruitium supradicto episcopo uel suis successoribus faciant et seruiant qualem comitibus facere consueuerunt tam Spani quam ceteri, et nullum aliquod censum uel seruitium ullo unquam tempore ingerere quis presumat. Uolumus autem ut liceat memorato episcopo suisque successoribus res supradicte ecclesie a nobis eis collatas seu condonatas et alias qualescumque [p. 64b] sibi pertinentes quieto ordine possidere et nostro imperio fideliter parere, ut pro nobis ac tocius regni nostri statu Domini misericordiam iugiter exorare delectet. Et ut hec auctoritas donationis atque confirmationis nostre per succedentia tempora inuiolabilem obtineat firmitatem, manu nostra subter eam firmauimus et anuli nostri impressione sigillari iussimus.
Signum Karoli (monogr.) gloriosissimi regis.
Herueus notarius ad uicem Folconis archiepiscopi recognouit.
Datum .IIII. kalendas iunii indictione .II. anno .VII. regnante Karolo serenissimo rege et inclusione Odonis secundi.
Actum apud Turnum in Dei nomine feliciter. Amen. [p. 65]

22

900, setembre, 10

Elared s'exvacua judicialment d'una vinya situada al terme d'Ullà, en causa promoguda per Bonaric, procurador del bisbe Servus Dei.

Cart., pp. 142b-143b. Reg.: B 22.

In presentia Seruo Dei, sedis Gerundensis episcopo et iudices qui iussi sunt iudicare, idest Maurecello et Leuano iudices et Adilane presbitero uel in presentia Odone, Quirico, Ansulfo, Mirone, Ranulfo, Uspidio, Urgila, Samuel, Daco et Reuello saione, et aliorum bonorum hominum qui cum ipsis ibidem aderant, professus sum ego Etlaredus et sic facio

Arxiu Diocesà de Girona ©

meam euacuationem a petitionibus Ibonarico qui est mandatarius de Seruo Dei Gerundensis episcopo uel ab interrogatione de supradictos iudices. Uerum est et negare non possum hic in uestro iuditio qualiter de ipsa uinea unde mallauit me supradictus, que est ipsa uinea in comitatu Impuritano infra terminio de Oliano, que affrontat ab oriente in Monte Grinio, et de meridie in uinea de Sancta Maria, et de occidente in strata que inde discurrit, et de parte circi in Monte Grinio qui est iam dictus, et celare plus emi iam dicta uinea de homines [p. 143a] uel de feminas his nominibus, idest Dunielma, Gronia, Cecilia, Segissima, Surientio, Usualdo, Maria, Sesecundo et ego iam dictus Eluradus carcus emi a gionis(sic) de ipsa uinea in nomine Domini, ego emi eam de multos homines et feminas qui mihi eam uenumdauerunt ante supradictos. Unde interrogauerunt me supradicti iudices et dederunt mihi unum egadium et habuerunt plures placitos et si potebam auctores habere de ipsa uinea quod mihi eam 1egibus sic sum professus et facio meam euacuationem quod non possum auctores habere nec ullam auctoritatem legitimam pro quibus at paratibus meis defendere debeam, sed hodie plus debet esse ipsa uinea de Seruo Dei episcopo per uocem Sancta Maria cuius iste Bonaricus mandatarius est quam de me aut de ulum alium hominem, et ita est ueritas sicut me recognosco simul atque euacuo hic in uestro supradictorum iuditio.
Facta professione uel euacuatione .IIII. idus septembris anno tercio regnante Karolo filio Ludouici.
Sig+num [p. 143b] Elaredus qui hanc professionem uel euacuationem feci. +Ildebertus clericus et leuita. Undila presbiter sss. Eldesindus. Sig+num Rainulfo. Sig+num Aspidio. Sig+num Daco. Sig+num Reuello saione. Leuua sss. Quiricus sss.
Adila presbiter qui hanc professionem siue euacuationem scripsi et sigsssnum feci sub die et anno quo supra.

23

903, gener, 31

Rainulf s'exvacua judicialment a favor del bisbe Servus Dei d'una vinya situada al terme d'Ullà.

Cart., pp. 143b-144b. Reg.: B 23.

In presentia Seruo Dei sedis Gerundensis episcopo uel in presentia de iudices qui iussi sunt iudicare, idest Ansulfo et Adilane presbitero, Eldefredo, Uuilisclo, Adroario sacerdotes, Umberto, Execato, Biato, Adalberto, Elaredo, Samuel, item Umberto, Nifridio, Bonesimo et Elaredo saione, et aliorum multorum hominum qui cum ipsis ibidem aderant, professus sum ego Rainulfus et sic facio meam euacuationem a peticionibus Reuello qui est mandatarius Seruo Dei sedis Gerundensis episcopi uel ab interrogatione de supradictos iudices uel sacerdotes. Uerum est et in omnibus negare non possum qualiter de ipsa uinea unde me mallauit iam dictus Reuellus [p. 144a] qui est mandatarius iam dicto episcopo quod ego iam dictus Rainulfus comparaui iniuste de feminas his nominibus Ada et Clara, que est ipsa uinea in territorio Empuritano infra terminio de uilla Oliano, et affrontat ipsa uinea de Oriente in terra de Naiuo et de meridie et de occiduo in terra Sancta Maria et de circi in semitario qui inde discurrit. Unde interrogauerunt supradicti iudices me iam dicto

Arxiu Diocesà de Girona ©

Rainulfo si poterant auctores legitimos istas supradictas feminas Clara et Ada quod mihi legibus auctore erga suprascripta uinea per ipsas scripturas emptionis, quod ego iam dictus Rainulfus hic ostendi ad relegendum in uestro iuditio quod resonabant in nomine de iam dictas feminas Clara et Ada uenditrices et de me iam dicto Rainulfo comparatore, et dederunt michi supradicti iudices plures placitos, unum et alium et tertium. Sed in omnibus istis sum professus ego iam dictus Rainulfus et sic facio mea euagatione quia nec hodie nec in nullo tempore possum habere auctores iam dictas feminas quod mihi legibus auctore fecissemus iam dicta uinea, sed ipsas scripturas emptionis quod hic ostendi ad relegendum hic in uestro [p 44b] iuditio quod resonabant ipsas scripturas in nomine de iam dictas uenditrices et de me iam dicto Rainulfo comparatore inualida sunt in omnibus, et non sunt legibus factas, et hodie per legem et iustitiam plus debet esse ipsa uinea de domum Sancta Maria cui Seruus Dei episcopus uocem prosequitur, cuius iste Reuello mandatarius est de supradicto pontifice, quam de me iam dicto Rainulfo aut de ullo alio homine, et sic est ueritas sicut professus sum in uestrorum supradictorum iuditio.
Facta recognitione uel euacuatione .II. kalendas februarii anno .VI. regnante Karolo rege filio Ludouici.
S. Rainulfus qui hanc euacuationem uel recognitionem feci. Sig+num Nifridio. Sig+num Erelado. Sig+num Samuel. Sig+num Biato. Sig+num Bonesimo. Sig+num Elaredo saione. +Uuillisclus presbiter sss. Abdila presbiter. +Durandus archileuita sss. Ansulfus sss.
(s. man.) Eliredus presbiter qui hanc euacuationem uel recognitionem feci sss sub die et anno quo supra. [p. 145a]

24

909, març, 21

Argimon i Maria, esposos, venen a Sunifred, arxiprest, una terra que tenen al comtat de Girona, al terrne del vilar de Murell, pel preu de dos sous i deu diners.

Cart., pp. 94b-95b. Reg.: B 24.

In nomine Domini, ego Argemundus et uxor mea Maria uenditores sumus tibi Sonifredo archipresbitero emptore. Per hanc scripturam uindimus tibi uineas nostras proprias que nobis adueniunt per exprisione parentum nostrorum, que sunt in comitatu Gerundense infra terminum de uillare quem uocant Murello. Et affrontat predicta uinea de parte orientis in terra herema et habet [p. 95a] dextros .XII., de meridie in terra herema et habet dextros .XII. passos et de occiduo in uinea de Recharedo uel suos heredes et habet dextros .XXX., et de circio in terra herema et habet dextros .IIII. Uindimus tibi ipsam uineam quantum infra istas quatuor affrontationes includitur ad omnem integritatem, idest propter precium solidos duos et denarios .X., quos tu emptor nobis dedisti et nos uenditores manibus nostris recepimus et de ipso precio apud te emptore non remansit, et est manifestum. Quem uero ipsam uineam superius scriptam de nostro iure in tuo tradimus dominio et potestate ad habere, uendere aut facere quod uolueris potestatem habeas omnique tempore. Sane quod si nos uenditores aut ullus homo qui contra istam uendicionem uenerit ad irrumpendum non hoc ualeat uendicare sed conponat tibi ipsam uineam in duplo et inantea ista uenditio firma permaneat omnique tempore.

Arxiu Diocesà de Girona ©

Facta uendicione .XII. kalendas aprilis anno .XII. regnante [p. 95a] Karolo rege filio Ludouici.
Sig+num Argemundus, sig+num Marie uxoris eius, nos simul qui hanc uendicionem fecimus et testes firmare rogauimus. Sig+num Crexencius. Bonefacius (s. man.). Sig+num Fluridus. Sig+num Crexencius. Sig+num Berengarius.
+Elias presbiter qui hanc uendicionem scripsi et sss sub die et anno quo supra.

25

911, abril, 1

Grossa ven al bisbe Guiu dues vinyes situades al territori de Girona, a la vila Fontanet, dita Santa Maria de la Bisbal, pel preu de 9 sous.

Cart., pp. 109b-110b. Reg.: B 25.

In nomine Domini ego Grossa femina uenditrix sum tibi Guigone episcopo emptore. Constat me tibi uendere deuere sicuti per hanc scripturam uenditionis mee uindo tibi uineas meas proprias que mihi aduenit ex aprisione parentorum meorum, et est ipsas uineas in territorio Gerundense, infra terminos de uilla que nominant Fontaneto, que alio nominant aut quem uocant Sancta Maria. Et affrontat ipsa uinea de parte orientis in uinea Anlane et habet dextros .XII., et de meridie in uinea de Anlane similiter et habet dextros . XVIII. et passo, et de occidentis in uinea de Mallane et habet dextros .XIII., et de circi in uinea de Requisinda femina et habet dextros .XVIIII.; et in alio loco uindo tibi uineam meam propriam, et affrontat ipsa uinea de parte orientis in uinea de Comparato uel heredes suos, et habet dextros .II. et passo, et de meridie, in uinea de Oriolo et habet dextros . XVIII., [p. 110a] et de occidente in uinea de Aquario et habet dextros .III., et de circi in uinea de Manlane et habet dextros .XVIII. Quantum infra ista .XII.(sic) affrontationes includunt sic uindo tibi ab integro cum exio et regressio suo, unde accepi ego uenditrix de emptore precium sicut inter me et te conuenit in aderato et diffinito precio idest solidos .VIIII. ad tantum quod tu emptor michi dedisti et ego uenditrix de presente manibus meis recepi et nichilque de ipso precio apud te emptore non remansit, et est manifestum. Que uero ipsa omnia superius scripta de meo iure in tuo trado dominio et potestate habendi, uendendi, donandi seu commutandi uel quicquid exinde facere, agere uel iudicare uolueris, liberam in Dei nomine habeas potestatem ex presenti die et tempore. Sane quod fieri minime credo esse uenturum, quod si ego uenditrix aut aliquis de filiis siue de fratribus aut de heredibus meis uel quislibet homo subposita uel subrogata persona qui contra hanc uinditionem uenerit ad inrumpendum aut ego uenditrix uenero in firmis et stabilis permaneat omnique tempore.
Facta carta uenditionis die kalendis aprilis anno .XIIII. regnante Karolo rege filio Lodo[p. 110b]uici.
Sig+num Grossa femina, qui hanc uinditionem feci et testes firmare rogaui. Sig+num Gondefredus. Sig+num Fatebonus. Sig+num Dominica que consenciens fuit. Sig+num Teudisclus. Sig+num Aredus. Sig+num Emericus. Milicas sss. Auriolus sss.
Eldasecus in Christi nomine presbiter, qui hanc uenditionem scripsi et sub (s. man.) sub die et anno quo supra.

Arxiu Diocesà de Girona ©

26

911, maig, 23

Aquarius ven al bisbe Guiu de Girona una vinya situada al comtat de Girona, a la vila Fontanet, dita Santa Maria de la Bisbal, pel preu de deu sous.

Cart., pp. 105b-106b. Reg.: B 26.

In Dei nomine, ego Aquarius uinditor sum uobis domino Uuigone episcopo emptore. Per hanc scripturam uinditionis mee uindo [p. 106a] tibi hic in comitatu Gerundense, in uilla Fontaneto que uocant Sancta Maria. Uindo tibi uineam propriam iuris mei, que mihi aduenit per meam comparationem , et habet affrontationes de parte orientis in ipso termino de ipso alaude de uilla Uulpiliaco et habet .XXXVII. dextros, de meridie in semitario qui discurrit per ipsas uineas de sancta Maria ad Uulpiliacho et habet dextros .XVI., et de occiduo in altera uinea et de me comparatore et habet dextros .XXXVI. et de circi subiungit similiter in uinea de me comparatore et habet dextros .XVIII. Quantum in istas quatuor affrontationes includunt uel resonant sic uindo uobis ab omni integritate cum exio et regressio suo sicut inter me et te bone fidei pacis placuit atque conuenit in aderato et diffinito in precio solidos .X., tantum quod tu emptor dedisti michi et ego uenditor de presente manibusmeis recepi, unde nichilque de ipso precio ad exoluendum super te nichil remansisset sed omnia michi adimplesti; est enim manifestum. Que uero ipsa uinea sicut superius resonat et ad dexterum dexteratum aderatum habens cubitos .V. et dimidium [p. 106b] pede, meo omni iure in tuo hoc trado dominio et potestate ad habere, uindere, donare uel quicquid de ipsa facere uel iudicare uolueritis in Dei nomine habeas potestatem omnique tempore. Quod si ego uenditor aut ullus homo qui contra hanc uenditione ista ad irrumpendum uenerit, quantum adeo tempore immeliorata fuerit ipsa uinea in duplo tibi componere faciam et inantea ista uenditio firmis permaneat.
Facta uinditione .X. kalendas iunii anno .xmt. regnante Karolo rege filio Lodouici.
Sig+num Aquarius, qui hanc uinditionem fecimus et firmare rogauimus. Sig+num Malane. Signum Comparadus. Sig+num Romesindus. Sig+num Ermofredus. Sig+num Reuellus. Sig+num Formesindus. Sig+num Soniuldus.
Audesindus presbiter, qui hanc uenditionem scripsi et sss sub die et anno quo supra.

27

911, juny, 4

Guadamir i la seva esposa Emena venen al bisbe Guiu una casa i terres situades al comtat d'Empúries, al terrne de Vulpellac, pel preu de 300 sous.

Cart., pp. 108a-109b. Reg.: B 27.

In nomine Domini, ego Uuadamiro et uxor mea Emena uinditores sumus tibi Guigone episcopo emptore. Per hanc scripturam uinditionis [p. 108b] nostre uindimus tibi domos cum curte et ortos et terras siue uineas proprie iuris nostre qui nobis aduenit per parentorum

Arxiu Diocesà de Girona ©

nostrorum, et est ipsa domus et curte et orto et terra et uinea in comitatu Empuritano, in terminio de uilla Uulpiliaco. Et affrontat ipsa domus cum curte et orto et ipso farraginale de parte orientis in terra de Stephano presbitero, siue in terra de Iohanne, et de meridie in terra de Sperandeo uel suos heredes, et de occiduo in terra de Ingilrada uel suos heredes, et de parte uero circi in terra de Undila. Et affrontat ipsa terra de parte orientis in terra de nos uenditores siue de heredes nostros, et de meridie in uia que inde discurrit, et de occiduo in ipso aquale quod inde discurrit in terra, et de circi in terra de Senderedo qui fuit quondam. Et in alio loco ipsa uinea affrontat de parte orientis in terra de Tenfredo(sic) uel suos heredes, et de meridie in uinea de Ingelrada uel suos heredes, et de occiduo in uinea de nos uenditores, et de circi in uinea de Arifonso siue de nos uenditores. Quantum in istas totas afrontationes includunt uel resonant, sic uendimus tibi ipsas domos et curte et orto et [p. 109a] ipso ferraginale et terra et uinea ab omni integro cum exio uel regressio suo, idest propter precium solidos .CCC. tantum quod tu emptor nobis dedisti et nos uenditores de presente manibus nostris recepimus, nichilque de ipso precio apud te emptor ad soluendum non remansit et est manifestum. Que uero ista omnia supra scripta de nostro iure in tuo tradimus dominio et potestate ut habeas potestatem habere, uendere, donare commutare uel quicquid inde facere uel iudicare uolueris in Dei nomine habeas potestatem. Ita quod si nos uenditores aut filius aut ullus homo qui contra hanc ista scriptura uenditionis uenerit ad irrumpendum aut nos uenerimus, duplo tibi perpetim habituro et inantea ista uenditio firma et stabilis permaneat omnique tempore.
Facta ista scriptura uenditionis pridie nonas iunii anno .XIIII. regnante Karolo rege filio Lodouici.
+Uuadamirus, sig+num Emena qui hanc ista scriptura uenditione fecimus et testes firmare rogauimus. Sig+num Guifredo. Sig+num Iruigo. [p. 109b] Oliba clericus sss.
In Dei nomine Lodouicus presbiter, qui hanc ista scriptura uenditione scripsit (s. man). sub die et anno quod supra.

28

911, desembre, 18

Guifred ven al bisbe Guiu una vinya situada al comtat de Girona, a la vila Fontanet dita de Santa Maria de la Bisbal, pel preu de sis sous.

Cart., pp. 103ab. Reg.: B 28.

In Dei nomine ego Uuifredus uinditor sum tibi Hugone episcopo emptore. Per hanc scripturam uenditionis mee uindo tibi in comitatu Gerundense infra terminos de uilla Fontaneto quem uocant Sancta Maria; uindo tibi uinea propria iuris mei que michi aduenit per comparatione et habet affrontationes de parte orientis in ipso terminio de ipso alaude de Ulpiliaco et habet dextros .XI. al pasa(sic), et de meridie in uinea Salomon et habet dextros . XVIIII., et de occiduo infrontat in uinea de comparatore et habet dextros .XXVIIII. et de cirti subiungit in uinea de Salomon uel uinea de te comparatore et habet dextros .XXII. Quantum in istas affrontationes includitur uel resonant, sic uindo tibi ab omni integritate cum exio et regressio suo sicut inter me et te bone fidei pacis placuit que conueniat in aderato uel definito precio solidos uendimus .VI. nam tu emptor michi dedisti et ego uinditor de

Arxiu Diocesà de Girona ©

presente manibus meis recepi, unde nichilque de ipso precio ad ex[p. 103b]oluendum remansit apud te, sed omnia michi adimplesti et est manifestum. Que uero ipsa uinea sicut superius resonat, ad dextrum habet cubitos .V. et dimidium pede, de meo iure in tuo trado dominio et potestate omnique tempore. Quod si ego uinditor aut ullus homo qui contra hanc uinditionem ista uenerit ad irrumpendum, quantum ab eo tempore inmelioratum fuerit ipsa uinea suprascripta in duplo tibi componere faciam, et in antea ista uenditio firmis permaneat.
Facta uinditione . XV. kalendas ianuarii anno .XIIII. regnante Karolo rege filio Lodouici.
Sig+num Uifredus, qui hanc uenditionem feci et firmare rogaui. Sig+num Manla. Sig+num Daniel. Manlaculus sss. Iuuentarius clericus sss.
Audesindus presbiter qui hanc uenditionem scripsi et sss sub die et anno quod supra.

29

917, gener, 21

Recesinda i el seu fill Manla venen al bisbe Guiu de Girona una vinya que tenen al comtat de Girona, a la vila Fontanet, dita Santa Maria de la Bisbal pel preu de cinc sous.

Cart., pp. 104b-105b. Ed.: VL 13, ap. 10, pp. 238-239. Reg.: B 29.

In nomine Domini ego Recesinda et filio meo nomine Manla uinditores tibi Ugone episcopo emptore. Per hanc scripturam [p. 105a] uenditionis nostre uindimus tibi uinea propria iuris nostri que nobis aduenit per parentorum uel per comparacione. Et est ipsa uinea in comitatu Gerundense, infra termino de uilla Fontanedo que uocant Sancta Maria, et affrontat ipsa uinea de oriente in uinea de me emptore uel in uinea de Formesindo, et de meridie in uinea de me emptore, et de occidente affrontat in uinea de Formesindo uel de Ansa, de parte uero cirtii subiungit in uinea de me emptore. Quantum infra istas quatuor affrontationes includunt sic uendimus nos tibi propria cum exeo uel regressio suo idest in aderato uel definito propter precium solidos .V. tantum quos tu emptor nobis dedisti et nos uenditores de presente manibus nostris recepimus nichilque de ipso precio apud te emptore non remansit, sed omnia nobis adimplesti, est enim manifestum. Quod uero de ipsa uinea sicut superius resonat de nostro iure in tuo tradimus dominio et potestate habendi, uendendi uel quicquid facere uel iudicare uolueris in Dei nomine [p. 105b] habeas firma potestate. Item quod si nos uenditores aut aliquis homo qui contra hanc uenditionem istam uenerit ad irrumpendum inferam uobis uel inferant tibi partique tue quantum adeo tempore inmeliorata fuerit ista omnia superius scripta in dupla tibi perpetim habitura, et inantea uinditio firmis et stabilis permaneat omnique tempore.
Facta uenditione .XII. kalendas februarii anno .XVIIII. regnante Karolo rege filio Ludouici.
Sig+num Requisinda, sig+num Manla qui simul in unum uinditionem fecimus et testes firmare rogauimus. (s. man.) Teudesindus presbiter sss. Quibertus (s. man.) Ansulfus subdiachonus sss. (s. man.) Sonifredus subdiachonus sss.
Pulcresindus presbiter qui hanc uinditionem scripsi et sss sub die et anno quo supra.

30

Arxiu Diocesà de Girona ©

919, octubre, 30

Formesind i Sal.la, esposos, venen al bisbe Guiu una vinya situada al comtat de Girona, a la vila Fontanet, dita Santa Maria de la Bisbal pel preu de dotze sous.

Cart., pp. 101a-102a. Reg.: B 30.

In nomine Domini. Ego Formesindo et uxor mea Sanlo simul in unum uenditores sumus tibi Guigone episcopo emptore. Per hanc scripturam uinditionis nostre uindimus tibi uineam propriam iuris nostre(sic), qui nobis aduenit per parentorum nostrorum uel per comparatione, et est ipsa uinea in comitatu Gerundense infra terminio de uilla Fontanedo quam uocant Sancta Maria, et affrontat ipsa uinea de parte orientis in uinea de me emptore et habet dextros .XXIII. et de meridie in terra de Basilia femina uel de Manlane et habet dextros .XXVI. et de occiduo in terra de Mallane et habet dextros . XXIII. de parte uero circii subiungit in uinea de Anlane uel de me emptore et habet .XXVIIII. dextros. Quantum infra istas quatuor affrontationes includunt [p. 101b] uel resonant, sic uenditores sumus tibi propria ab integro cum exeo uel regressio suo, idest in declerato uei diffinito propter precium solidos .XII., tantum quod tu emptore nobis dedisti et nos uenditores de presente manibus nostris recepimus, nichilque de ipso precio apud te remansit emptore, sed omnia nobis adimplesti et est manifestum. Que uero de ipsa uinea sicut superius resonat de nostro iure in tuo tradimus dominio potestatem habendi, uendendi uel quod exinde facere uel iudicare uolueris in Dei nomine habeas potestatem. Quod si nos uinditores aut aliquis de filiis uel de heredibus nostris uel quilibet homo qui contra hanc uendicione ista uenerit ad irrumpendum aut nos uenerimus, inferant uobis uel inferamus tibi aut partique tue quantum ab eo tempore in meliorata fuerit ista omnia superius scripta in dupla tibi componere faciat et inantea ista scriptura firmis et stabilis permaneat omnique tempore.
Facta uenditione .III. kalendas nouembris anno .XXII. regnante Karolo rege filio Lodouici.
Sig+num Formisindo, sig+num Sanlo [p. 102a] qui simul in unum uenditionem fecimus et testes firmare rogauimus. Sig+num Suniario. Sig+num Manlane. Sig+num Foralcafas. Ulindalmirus leuita sss.
Pulcresindus presbiter qui hanc uenditionem scripsi et sub sss die et anno quo supra.

31

921, febrer, 25. Esponellà

Deposicions testificals davant del tribunal presidit pel bisbe de Girona Guiu i el comte i Marquès Miró, sobre els bisbes que havien posseït la vila de Bàscara i els terrnes de la mateixa vila.

Cart., pp. 80b-83b. LVC f. 55. Ed.: VL 13, ap. 12, pp. 240-242; CONSTANS, núm. 28. Reg.: B 31.

Condiciones sacramentorum atque ex ordinatione Quigone sedis Gerundensis episcopo, Mirone comite seu et marchio, Segarie et Ennegone uicecomites [p. 81a] seu in presentia de iudices qui iussi sunt iudicare, idest Trassoario, Teuderico, Leopardo iudicum et iterum Leopardo saione, et in presentia Seniofredo archipresbitero et Petrone archidiacono, Seniofredo et Gondemare et Abrone, Altemiro leuitas, Quistremiro, Quintilane, Fruilane et

Arxiu Diocesà de Girona ©

Senderedo sacerdotes, et in presentia laicorum, idest Datone, Quirino, Quingilane, Amelio, Ualado, Lugelane, Seniofredo, Soniario, Isarno, Suniegilde, item Trassouado, Endaleco et aliorum bonorum hominum qui cum ipsis ibidem aderant. Testificant testes prolati quod profert Autatus qui iudex est subditus uel assertor de supradicto episcopo, Adalane, Ansulfo, Berane, Ascarico, Odilane et Baldouigo, Flauio, Teuderico, Manaquiso, Elderico, Bono, Petrone, A1temiro, Quadamiro, Soniario, Iuliane, Ruderico, Mirabile, propter causam unde intentio uertitur inter eos. Hec sunt nomina testium qui hoc testificant sicuti et iurant, idest Mirone presbitero, Gaugone, Tubias, Odila, Sunialdo, Guilemundo, Theumondo [p. 81b] Placido, Undila, Trassemiro, Quademiro, Trassouado, Ascarico, nos predicti testes in unum damus testimonia. Iuramus in primis per Deum Patrem omnipotentem et per Ihesum Christum filium eius Sanctum quoque Spiritum qui in Trinitate unus et uerus Deus, siue per reliquias beati Cipriani confessorem(sic) et martyris Christi cuius basilica sita est in comitatu Bisuldunense, in uilla Expondeliano, supra cuius sacrosancto altario ubi has condiciones manibus nostris continemus uel iurando contangimus, quia nos suprascripti testes scimus et bene in ueritate notum habemus et presencialiter eramus et occulis nostris uidimus ipsas uineas unde supradictus Obtadus petiuit iam dictos homines antequam ipsas uineas fuissent conplantatas, uidimus ipsas terras tenentes et possidentes quondam Teuthario sedis Gerundensis episcopo bone memorie per suum preceptum quod quondam Lodouicus et Karolus fecerunt quondam Guimerano et Gondemaro sedis Gerundensis episcopos de uilla quam uocant Baschara, cum suis uillaribus, cum illorum fines sicut in supradictos preceptos resonant, que est ipsa uilla cum suos uillares in comitatu [p. 82a] Bisullunense, et post obitum Teutarii uidimus ipsas terras tenentes et possidentes a quondam Seruo Dei episcopo per terminos de supradicta uilla de Baschara et Cassaniola, quia affrontat ipsa uilla a parte orientis in terminio Empuritano et peruenit ad ipsa archa de Oriolus uilla, et de ipsa archa pergit per ipsa uia Mercaderia, deinde per ipsum limitem qui est in ipsa serra supra domum condam Trassoarii, deinde per ipsa uinea quam retinueram, que est uinea infra iam dicto termino, et descendit usque in ipso riuo, deinde uadit inter domos ubi Quadamirus habitat et aliam domum ubi Soniarius habitat, deinde uadit per ipsas fixorias que supradicti iudices fixerunt in supradictorum presentia usque ad uineam Belloni et latus ipsa uinea ascendit usque summam in ipsa serra. A parte occidentis affrontat in summa serra que diuidit inter Bascharam et uillam quam uocant Gallinarios et uadit ipsa serra usque ad ipsa archa antiqua, et de ipsa archa antiqua que diuidit inter Baschara et Parietes et descendit usque ad campos de Uifredo presbitero et descendit usque in flumen Fluuiani in medium aque atque inde [p. 82b] uadit per Fluuiani usque ad terminio de Impuritano. Quantum isti supradicti homines infra iam dictos terminos domos et curtes hedificauerunt, uineas complantauerunt contra uoluntatem uel iussionem supradictorum episcoporum iniuste et contra legem hoc fecerunt, et hodie plus debet esse supradicta uilla Baschara cum suis uillaribus et cum illorum terminio sicut superius resonat supradicto Guigone episcopo ad regendum more episcopali quam de iam dictos homines aut de ullum alium hominem, et ea que scimus recte et fideliter testificamus atque iuramus per supra nixum iuramentum in Domino.

Facta condiccione .v. kalendas marcii anno .xxviii. regnante Karolo filio Lodouici.

Sig+num Adalane, sig+num Datone, sig+num Berane, sig+num Aschario, sig+num Obdilane, sig+num Udouigo, sig+num Teuderico, sig+num Mangio, sig+num Elderico, sig+num Bono, sig+num Petri, sig+num Sfreericus(sic), sig+num Gadamiro, sig+num Suniario sig+num [p 83a] Mirabile (s. man.) Miro presbiter. Sig+num Sunialdo. Sig+num Gaugus. Sig+num Ansulfus. Sig+num Teudemandus. Sig+num Placido. Sig+num Mundila.

Arxiu Diocesà de Girona ©

Sig+num Trasemiro. Sig+num Trassouadus, sig+num Badouinus qui hoc iuramentum iurauimus. Soniofredus archipresbiter (s. man.) Laufredus subdiachonus (s. man.). Petrus archileuita. Benedictus presbiter. Uenerellus presbiter (s. man.). Ferrecinctus presbiter sss. Uistremirus presbiter sss. Quintila presbiter sss. Uinifredus presbiter sss. (s. man.) Fredarius presbiter sss. Goderandus presbiter. (s. man.) Quintilla presbiter sss. Leopardus saio sss. Souadus iudex sss. Segarius sss uicecomes. Enego uicecomes sss. Quedredus qui hunc iuramentum recepi sss.
Aderichus subdiachonus qui [p. 83b] hanc condicionem scripsi (s. man.). sub die et anno quo supra.

32

921, febrer, 25

Davant el comte Miró i el bisbe Guiu de Girona, certs homes que s'enumeren, reconeixen judicialment haver construït cases il.legalment al terme de la vila de Bàscara, propi de la seu de Girona, i no al de Vilademuls, com havien sostingut, i les exvacuen a la mateixa seu.

Cart., pp. 77b-78b. Ed.: MONSALVATJE, CDB I, pp. 384-385. Reg.: B 32.

In iuditio Mirone comite seu marchio, uel in presentia Ugone sedis Gerundensis episcopo, Segario et Ennegone uicecomites, uel in presentia de iudices qui iussi sunt iudicare, idest Teudarico, Trasebado, Leopardo, Tulecane, Ermegilde, Onesto, Sendredo iudicum, item Leopardo saione uel in presentia item Enegone presbiter, Audesindero(sic), Dotario sacerdotes, Petrone, Seniofredo Gondemaro leuita, siue et laicorum presentia Enegone, Amelio, Ansulfo, Arbalfo, Uladore, Odilone, Sabrone, Bellone, Bono et aliorum plurimorum bonorum hominum qui cum ipsis ibidem aderant, appetitionibus Optado qui est assertor supradicto episcopo uel ab interrogatione de supradictos iudices, professi sumus nos Managiso, Barane, Addalane, Sendero presbitero, Ansulfo, Ascarico, Odilane, Baldeuigius, Flauius, Teudericus, Eldericus, Bonus, Petrus, Altemirus Uuadamirus, Soniarius, Iulianus, Rodericus, Mirabilia et facimus nostram euacuacionem eo quod negare non possumus in uestrorum supradictorum presentia qualiter unde nos petiuit supradictus Obtadus per mandato supradicto episcopo quod nos hedificauimus domos et uineas iuxta terminos de sua uilla Baschara quam ille petiuit per uocem Sancte Marie semper uirginis et Sancti Felicis martiris Christi quod ille retinet more [p. 78a] episcopali ad regendum, et est ipsa uilla in comitatu Bisullunense. In omnibus sumus professi et facimus nostram euacuationem, quia non possumus probare nec hodie nec ullo tempore nec per testes nec per scripturam nec per ullum inditium ueritatis, quod ipsas domos uel uineas unde predictus Auctodus(sic) nos petiuit a partibus nostris deffendere possumus per termines de Uilla de Muls, et quantum nos domos, curtes et ortos hedificauimus, uineas complantauimus infra terminos de iam dicta uilla Baschara contradicentes supradicto episcopo uel alios antecessores suos iniuste et contra legem hoc fecimus, et uera est nostra professio uel euacuacio in uestrorum supradictorum presencia.
Facta professione et euacuatione .V. kalendas marcii anno . XXIIII. regnante Karolo filio Lodouici.
Sig+num Managiso. Sig+num Berane. Sig+num Magdalane. Sig+num Ansulfo. Sig+num

Arxiu Diocesà de Girona ©

Ascarico. Sig+num Odilone. Sig+num Baldeuicus. Sig+num Flauius. Sig+num Teudericus. Sig+num Bonus. Sig+num Teudericus. Sig+num Petrus. Sig+num Althemius. Sig+num Uuadamirus. Sig+num Suniarius. Sig+num Iulianus. Sig+num Rodericus. Sig+num Mira Iulia. [p. 78b] sss Benedictus presbiter (s. man.). Fredarius presbiter. (s. man.) Ferrecinctus presbiter. Uuifredus presbiter sss. Gondradus presbiter sss. Laufredus presbiter. Renifredus qui me recognoui et euacuaui.
Enego uicecomes sss. Souatus(sic: Ouatus) iudex. Segarius uicecomes sss.

33

922, gener, 8

Manla ven al bisbe Guiu de Girona dues vinyes, situades al comtat de Girona, a la vila Fontanet dita Santa Maria de la Bisbal, pel preu de seixanta sous.

Cart., pp. 100a-l0la. Reg.: B 33.

In nomine Domini. Ego Menla uinditor sum tibi Guigo episcopo emptore. Per hanc scripturam uenditionis mee uindo tibi hic in comitatu Gerundense in uilla Sancta Maria que uocant Fontanedo uel in ipso termino uineas duas que michi aduenerunt ex comparatione uel parentum meorum, et affrontat ipsa uinea de parte orientis in uinea de te emptore, de meridie in ipso uallo uel in ipsa pariete, de occiduo in ipso uallo, de circi in uinea Audesindo presbitero. Et alia uinea affrontat de oriente in uineale Oderico uel heredes suos, de meridie in uinea de te emptore, de occiduo, in uinea de Recosinda femina, de circi in uinea Salomon uel heredes suos. Sic uendo tibi ipsas uineas quantum infra istas affrontationes includunt ab omni integritate, cum exio uel regressio suo, idest propter precium solidos .LX. tantum quantum tu emptor michi dedisti et ego uenditor de presente manibus meis recepi nichilque de ipso precio [p. 100b] apud te emptore remansit et est manifestum. Que uero ipsa omnia superius scripta de meo iure in tuo trado dominio et potestate ad proprium pro habendi, uindendi, donandi, commutandi et quicquid exinde facere auere uel iudicare uolueris in Dei nomine habeas potestatem. Sane quod fieri minime credo esse uenturum, quod si ego suprascriptus uenditor aut ullus homo qui contra hanc uenditionem uenerit pro irrumpendum, non hoc ualeam uendicare, sed in duplo tibi componere faciam et inantea ista uenditio firma permaneat.
Facta uenditione .VI. idus ianuarii anno .XXV. regnante Karolo rege filio quondam Ludouici. Sig+num Manla qui hanc uenditionem feci et firmare rogaui. Uuillisclus archipresbiter sss. (s. man.) Gondemarus leuita sss. Sperandeo sss. (s. man.) Senderedus sss. Stephanus presbiter. Giscafredus (s. man.) sss. Soni[p. 10l]alfredus sss. Stephanus presbiter.
Uillisclus presbiter, qui hanc uendicionem scripsi sss et sub die et anno quo supra sss.

34

922, gener, 28

Audesind, preuere, ven al bisbe Guiu de Girona dues vinyes situades al comtat de Girona, a la viia Fontanet dita de Santa Maria de la Bisbal, pel preu de quinze sous.

Arxiu Diocesà de Girona ©

Cart., pp. 103b-104b. Reg.: B 34.

In Dei nomine ego Audesindus presbiter uinditor sum tibi Uuigone epischopum emptore. Per hanc scripturam uenditionis mee uindo tibi [p. 104a] in comitatu Gerundense infra terminos de uilla Fontaneto quam uocant Sancta Maria uel in uinea de te comparatore et habet dextros .XXII. et de meridie de te prescripto emptore et habet dextros .XXX. et de occiduo in strata publica et habet dextros .XVIIII. et de circii subiungit in uinea Salomon et habet dextros .XXX. Et ipsa alia uinea affrontat ab oriente in uinea de te iam dicto comparatore et habet dextros .VIIII., et de meridie similiter in uinea de te comparatore et habet dextros .XX., et de occiduo in uinea de te comparatore et habet dextros .XXII. Quantum iste affrontationes includunt uel resonant sic uendo tibi ab omni integritate cum exio uel regressio suo inter me et te bona fide pacis placuit atque conueniat in adepto uel prefinito in precio solidos .XV. tantum quod tu emptor mihi dedisti et ego uenditor de presente manibus meis recepi, unde nichilque de ipso precio ad exoluendum superest non remansit, sed omnia mihi adimplesti, est enim manifestum. [p. 104b] Quem uero ipsas uineas sicut superius resonat de meo iure in tuo trado dominio et potestate ad auere, uendere uel quod de ipsas uineas facere uolueris in Dei nomine habeas potestatem omnique tempore. Quod si ego uenditor aut ullus homo qui contra hanc uinditionem istam uenerit ad irrumpendum quantum adeo tempore inmeliorata fuerint in ipsas uineas suprscriptas in duplo tibi componere faciam et in antea ista uenditio firmis permaneat.
Facta uenditione .V. kalendas februarii anno . XXV. regnante Karolo rege filio Lodouici.
Audesindus presbiter qui hanc uenditionem feci et firmare rogaui. Sig+num Formesindus presbiter. Sig+num Rotarius. Sig+num Leosgaderius.
Audesindus presbiter qui hanc uenditionem scripsi et sss sub die et anno quo supra.

35

922, abril, 25

Llop i Biada venen al bisbe Guiu de Girona una terra situada al comtat de Girona, a la vila de Fontanet, dita Santa Maria de la Bisbal, pel preu de dos sous.

Cart., pp. 99a-l00a. Reg.: B 35.

In nomine Domini, ego Luppus et Biada simul in unum uenditores sumus tibi Guigone episcopo sedis Gerundense emptore. Per hanc scripturam uenditionis nostre uendimus tibi in comitatu Gerundense in uilla Fontaneto que uocatur Sancta Maria, terram que nobis aduenit per parentum nostrorum, et affrontat ipsa terra cum ipsos pomiferos de orientis in terra de Sancta Maria uel in orto de Martino, et habet dextros .XXVII., de meridie in terra de Argelane et habet dextros . XXIII., de occiduo in fluuio Adaron, habet dextros . XXIIII., de circi in terra de Emila femina et habet dextros . XVI. Sic uendimus tibi ipsa terra cum ipsos pomiferos, quantum infra istas quatuor affrontationes includitur cum omni integritate, cum exios uel regressios suos [p. 99b] idest propter precium solidos .II. et nichilque de ipso precio apud te emptore non remansit et est manifestum. Que uero ipsa omnia superius scripta de nostro iure in uestro tradimus dominio et potestate ad abendi, diuidendi, donandi, commutandi et quicquid exinde facere uolueris, in Dei nomine habeas potestatem. Quod si nos suprascripti uinditores aut ullus homo qui contra hanc uendicionem uenerit pro

Arxiu Diocesà de Girona ©

inrumpendum aut nos ipsi uenerimus inferam uel inferant a partique tue quantum adeo tempore inmeliorata fuerit dupla tibi perpetim habitura, et inantea ista uenditio firmis permaneat.
Facta uinditione .VII. kalendas madii anno .XXV. regnante Karolo rege filio quondam Lodoici.
Sig+num Luppus, sig+num Biada, qui simul in unum uendicionem fecimus et firmare rogauimus. Sig+num Engelberto. Audesindus presbiter sss. Sig+num Leo. Sig+num Enego. Sig+num Salomon.
Uuillisclus presbiter qui hanc uinditionem scripsi sss sub [p. 100a] die et anno quo suppra.

36

922, juny, 7. Neuville

Precepte del rei Carles, donat a precs del bisbe Guiu de Girona, pel que confirma a Adroer la possessió de béns situats al comtat de Girona.

Cart., pp. 3ab. Ed.: Abadal II]2 pp. 381-383, que edita el text present; ES 43 ap 16, pp. 396-397. Reg.: B 36.

In nomine sancte et indiuidue Trinitatis, Karolus diuina propitiante clementia rex Francorum. Regalis mos est fideles suos donis multiplicibus honorare. Idcirco nouerit omnium sancte ecclesie fidelium presentium siue futurorum industria, quoniam accedens ante presentiam nostram uenerabilis presul Gerundensis ecclesie Guigo nomine expetiit a nostra mansuetudine ut fidelibus suis quasdam res quibus proprio iure utuntur, precepto nostro confirmaremus. Cuius peticionem benigne suscipientes concedimus prefato Adroario in comitatu Gerundense uillarem quod dicitur Monteraso, qui est in terminio Foliane. Terminatur uero predicta posessio a parte orientis in terminio Teudilane, a meridie in terra Sancti Felicis uel in aqua mortua, ab occidente in terminio Frugello, a parte cerci in rigo quod discurrit a Teudilane. Et in alio loco quod dicitur Exemines, domos, terras. Et in alio loco quod dicitur Armentaria, quem uocant Torecella, uel in ipso monte Todella, domos, hortos, terras, uineas. Et in alio loco quod dicitur Campo Taurane, casas, curtes, terras, uineas. Et in alio loco, ante muros Gerunde ciuitate, domos, hortos, terras, uineas. Precipimus etiam atque iubemus ut quidquid adquisitum habet uel de reliquo adquirere poterit infra fines Gozie uel Ispanie, tam ex donatione quam ex aprisione uel ex comparatione seu per conmutacione, [p. 31b] precipientesque iubemus ut nullus comes nec uicecomes aut uiccarius aut aliqua potestas prefatas res inquietare audeat uel aliquid censum exinde presumant accipere, tam ex hiis quam ex omnibus quecumque potuerint adquirere, sed libere teneat atque possideat ipse et omnis posteritas eius, nemine inquietante. Et ut hec nostre largitionis munus per succedentia tempora firmius habeatur et attentius obseruetur, manu propria subter firmauimus et anuli nostro impressione iussimus sigillari.
Signum Karoli (monograma) regis gloriosissimi.
Hagano notarius ad uicem Rogerii archiepiscopi summi cancellarii recognouit (rusc).
Datum .VII. idus iunii, indiccione .X., anno .XXX. regnante dompno nostro Karolo, redintegrante .XXV., largiore vero hereditate indepta, .XI. Actum Novavilla feliciter. Amen. [p. 4a]

Arxiu Diocesà de Girona ©

37

922, juny. Tours-sur-Marne

Precepte del rei Carles, concedit a precs del bisbe Guiu, que confirma les possessions de la seu de Girona.

Cart., pp. la-2b. O.: ADG, *Mitra* c. 6, núm 65. Ed.: ABADAL, pp. 148-151; MH ap. 68, cols. 842-843; ES 43 ap. 16, pp. 397-400. Reg.: B 37; MARQUÈS, *Pergamins*, núm. 3.

In nomine sancte et indiuidue Trinitatis, Karolus, diuina propitiante clemencia rex Francorum. Si locis sacris et diuino cultui mancipatis emolumentum nostre regie potestatis impendimus, augendo que non habent et roborando que possident, restituendo etiam que ablata sunt, non solum regiam excellentiam imitamur, uerum ipso Domino propitio et sanctis eius interuenientibus aeternam nobis post temporalem coronam affuturam liquido credimus. Idcirco nouerit omnium sancte Dei Ecclesie fidelium nostrorumque tam presentium quam futurorum industria, quia adiens sublimitatis nostre magnificentiam uir uenerabilis Wigo, Gerundensis ecclesie episcopus, petiit ut authoritates ecclesie sue rerum quas sui antecessores abauo et serenissimo rege Karolo nostroque genitore filio eius Hludouico adepti sunt, precepti nostri auctoritate renouare et confirmare atque augere dignaremini. Cuius petitioni nostra serenitas libenter annuens adquieuit.

Sunt autem ecclesie res in pago Gerundensi, uilla que dicitur Parietes Ruffini cum terminis suis, et uilla Sancte Marie que dicitur Funtanedus cum Cassania et uilla Fonsedicta cum Apiliares et Uentinaco cum terminis suis, Felcarias etiam cum Quartiano et omnibus adiacentiis suis, Uuascones et medietatem uille Molleti, Miliasam uillam, uillam Plantadicias cum monte Blosso et terminis suis, uillarem Fagiam cum uinea Castellani quondam sacerdotis, et Petredum [p. 1b] cum uillare Perdito, et in Celerano et in Palacroto quidquid Hilmeradus episcopus prefate ecclesie contulit, uilla Malueto cum terminis suis, et est sita in Araze, et quicquid Wifredus comes iam dicte ecclesie concessit in Areze, et quicquid prefatus pontifex Wigo emit in uilla Stagno et Stagneolo et in Cuculio, ualle Guntrani uel ipsas Medas, et in Murriano cum ipsa aprisione, et in Uilla Mala, et in Busceto, et in Munels, et in ualle Sancti Uincentii, et ipsas Palumarias que adiacent in Murriano, et omnia que Adrouarius dedit Sancte Marie et sancti Uincentii, et in Campolongo, et in Fornels, et uillare Seddonis cum omnibus ad se aspicientibus, et in ualle Lemina quicquid ibi Guisla femina dedit, et Castellum Fractum et Paciano.

Itemque in comitatu Bisillunense uilla que uocatur Bascara cum uillaribus suis et suo terminio necnon et archas, et uilarem uocantem Spedulias et uillarem Abdarama; terminantur autem istius uille fines ab oriente de ipsa fonte usque ad uillarem Abdarama, a meridie per ipsas salas Soniarii usque ad terminum Oriolis, ab occidente a Uilla de Mulis usque ad Parietes, sicut aqua uertit in Bascara, de parte uero circii usque ad medietatem Fluuiani aluei; uillas etiam duas que uocantur Crispinianus et Miliarias.

Et in pago Petralatensi, uilla que dicitur Farus cum omni suo termino; et in comitatu iam dicto, abbatiam Sancti Laurentii et abbatiam Sancti Martini cum omni sua integritate.

In pago uero [p. 2a] Impuritano uilla nuncupata Olianus cum suis terminis et uilla uocata Cacauianus. De supradictis his pagis, terciam partem telonei et terciam partem pascuarii atque mercati necnon et mansionatici.

Arxiu Diocesà de Girona ©

Supra que prefato episcopo Wigoni sueque ecclesie, que est in honore Sancte Marie genitricis Domini pro remedio anime nostre ac genitorum nostrorum, ob nimiam etiam fidelitatem quam illum erga nos cernimus habere, largimur perpauca nostre regali iure competentia potestati. In comitatu iam dicto Gerundensi, uillarem Dominium et uillarem qui fuit Cadabogii qui uocatur Brugaria, et in alio loco in ipso comitatu, de terra fiscali culturas et uineas. Termini istius terre sunt; ab oriente est terra Alonis femine et heredum suorum; a meridie, terra Gerundonis et heredum suorum; ab occidente terra Carpionis, a parte circi terra ipsius Carpionis. In tercio loco, qui dicitur Grunius, siluam quam uocant Super Rocam.

Quicumque ergo precepta huius ecclesie ab antecessoribus nostris, regibus uidelicet Francorum, collata temere precio aut aprisione seu quacumque occasione aut ingenio uiolare ausus est, iubemus ut irritum fiat, ne sancte Ecclesie atque regalis dignitatis largicio uilescere uideatur, quam nostram iussionem si quis preterire presumpserit, sciat se propria amissurum. Has autem predictas res omnes cum cunctis ad se pertinentibus ecclesiis, uidelicet terris cultis et incultis, uineis, siluis, pascuis, molendinis, piscatoriis, aquarumue decursibus, exitibus et regressibus, iam dicto [p. 2b] episcopo sueque ecclesie successoribus quieto ordine possidenda concedimus. Unde et hoc nostre altitudinis preceptum fieri iussimus, per quod precipientes comendamus ut honorem huius ecclesie ab antecessoribus collatum omnes fideles regni nostri custodiant, hoc est, ut nullus iudex publicus sed neque comes aut aliqua iudiciaria potestas minori maior predita persona in ecclesiis aut agris seu uineis aut reliquis memorate sedis posessionibus quas moderno tempore infra ditionem regni nostri legaliter possidet, aut que deinceps diuina pietas in ius ipsius loci augere uoluerit, ad causas iudiciario more audiendas uel discutiendas, aut freda exigenda aut mansiones uel paratas faciendas aud fideiussores tollendos aud homines ipsius ecclesie contra raciones distringendos, nec ullas redibitiones uel illicitas occasiones requirendas ulIo unquam tempore ingredi audeat, uel ea que supra memorata sunt penitus exigere aut unde uestituram habet, abstrahere presumat, sed liceat memorate sedis episcopo suisque successoribus predicte ecclesie ius quieto ordine possidere et nobis fideliter parere atque pro nobis ac tocius christianitatis plebe Domini misericordiam iugiter exorare. Ut autem hec nostre celsitudinis auctoritas robustiorem per succedentia tempora optineat firmitatis uigorem, manu propria regali more subter firmauimus et anuli nostri impressione insigniri iussimus.

Signum Karoli (signe)regis gloriosissimi.

Hagano notarius ad uicem Rogerii archiepiscopi summique cancellarii recognouit et sub (rusc) subscripsi anno imperii nostri indictione .X., anno .XXX. regnante domno Karolo, redintegrante .XXV., largiore uero hereditate indepta .XI. Actum in Setico contra Torn in Dei nomine feliciter. Amen.

38

923, febrer, 2

Albaric, trobant-se malalt, fa donació a la seu d'una terra situada al terme de la vila de Cassà.

Cart., pp. 346bisa-347a. Reg.: B 38.

Arxiu Diocesà de Girona ©

In nomine Domini, ego Albaricus, dum iaceo in stratu meo in mea [p. 346b] plena memoria uel in mea sanitate atque alacritate, tunc cepi cogitare ut pro remedio anime mee donare fecissem uineam meam, idest semudeta .X. ad domum Sancta Maria cuius ecclesia sita est infra muros Gerunda ciuitate, et est ipsa uinea in comitatu Gerundensi, infra termines de uilla Caciano, in podio Sancti Uincentii, qui mihi aduenit per excomparatione, et affrontat ipsa uinea de parte orientis in semitario qui pergit ad domum Sancti Uincentii, et de meridie affrontat in uinea Sunegildo, de occiduo uero in uinea de Nifridia femina, de parte circi adiungit in uinea de Structario. Quantum in istas quatuor affrontationes resonant, sic dono ego iam dictus Albaricus uel trado libenti animo ipsam uineam propter remedium anime mee ad domum predictam Sancte Marie siue ad ipsum pontificem nomine Ugonem uel ad eius successores siue ad canonicos ibidem Deo seruientibus et militantibus totum ab integro, cum exia et regressia. Si quis ego iam dictus Albaricus aut ullus homo qui contra hanc donationis uel traditionis scripturam uenerit ad irrumpendum [p. 347a] non hoc ualeat uendicare quod petit, sed ipsa uinea componere faciat in duplo cum omnia sua inmelioratione, et inantea ista scriptura donationis uel traditionis irrumpere non permittatur, sed plenissimam in omnibus suam optineat roborem.
Facta scriptura donationis uel tradictionis .ini. nonas februarii anno .XXVI. regnante Karolo rege filio Lodouici.
(s. man.) Albaricus (s. man.) qui hanc scripturam donationis uel traditionis fecit et firmare rogauit, subscripsit. Sig+num Berane. Sig+num Ansulfus. Sig+num Bonefatius.
(s. man.) Ansemundus presbiter, qui hanc cartam uel scripturam donationis atque traditionis scripsit et sss die et anno quo supra.

39

928, gener, 25

Ansulf ven a Fele i Maria, esposos, una terra que té al territori de Girona, al vilar de Canelles, pel preu de 3 sous.

Cart., pp. 246b-247a. Reg.: B 39.

In nomine Domini, ego Ansulfus uenditor sum uobis Fele et uxori tue Maria. Per hanc scripturam uenditionis mee et indictionis mee uindo uobis terra culta que mihi aduenit per excomparacione hic in territorio Gerundense, in uillare quem uocant Canellas et affrontat ipsa terra de oriente in terra de Quintillo femina et habet dextros .VI. et de meridie affrontat in terra Cluuiano et habet dextros .XXV. et de occiduo similiter in terra Cluuiano et habet dextros .VI. et de circi in terra Quintilone et habet dextros .XXV., sic uindo uobis ipsa terra cum suas affrontationes ab omni integritate cum exio uel regressio suo in aderato et diffinito precium solidos .VI., tantum quod uos emptores dedistis et ego uenditor de presenti manibus nostris excepimus et nichil de ipso precio apud uos emptores non remansit sed omnia adimplestis, et est manifestum. Que uero ipsa terra de meo iüre in uestro trado dominio et potestatem habeatis uindere, donare uel commutare et quidquid de ipsa terra agere, facere uel iudicare uolueris firmissimam potestatem et presente die et tempore. Sane quod [p. 247a] si ego uinditor aut aliquis de filiis aut de heredibus meis qui contra istam cartam uinditionis uenerit ad inrumpendum, aut ego uenero inferam uel inferant uobis aut

Arxiu Diocesà de Girona ©

partique uestre quam tunc eo tempore inmeliorata fuerit, duplam tibi perpetim habituram et inantea ista carta uenditionis firma et stabilis permaneat omnique tempore.
Facta carta uenditione .VIII. kalendas februarii anno .XXXI. regnante Karolo filio Lodouici.
Sig+num Ansulfus, qui hanc cartam uenditionem feci et firmare rogaui. Sig+num Argericus. Sig+num Nitardus. Sig+num Endalecus.
(s. man.) Leopardus presbiter qui hanc cartam uenditionis scripsi et sub die sss et anno quo supra.

40

931, març, 25

Optat i Melde fan donació a la seu d'una terra situada al comtat de Girona, al terme de Domeny.

Cart., pp. 358ab. Reg.: B 40.

In nomine Domini, ego Obtadus et uxor mea Melde donatores sumus ad domum Sancte Marie que est sita sedis Gerunda ciuitate, terra nostra propria que nobis aduenit de comparacione, et est in comitatu de iam dicta ciuitate, infra termines de Dominio, et affrontat de oriente in terra de Castellano uel suos heredes, et habet dextra .L., et de meridie in terra de Iuliano et de Adalaigo, et habet dextros .LXXXX., et de occidente in terra de iam dicta domo Sancte Marie et habet dextra .LXXXIIII., et de circi in ipsa strata que inde pergit, et habet dextra .LXXXIIII. Et alius campus affrontat de parte orientis in terra de iam dicta Sancta Maria, et habet dextros .XLIIII., et de cirti similiter ad domum Sancte Marie, et habet dextros .XLIIII. a dextro qui habet cubitos .V. et medio pede. Donamus hec omnia superius scripta ad domum Sancte Marie propter remedium animas nostras ab omni integritate cum exia et regressia earum ad alodium proprium. Quod si nos donatores aut aliquis de filiis uel de heredibus nostris aut ullus homo qui contra hanc ista donatione ad nos facta ad domum Sancte Ma[p. 358b]rie tradita uenerit ad irrumpendum, aut nos ipsi uenerimus non hoc ualeamus uendicare, sed componant aut componamus iam dicta terra sicut iam superius dictum est cum omni sua melioratione in duplo, et inantea ista donatio firmis et stabilis permaneat modo uel omnique tempore.
Facta donatione .VIII. kalendas aprilis anno .II. post obitum Karoli regis filii Lodouici.
Obtadus qui hanc donationem feci et firmare rogaui (s. man.). Sig+num Helmelde(sic) qui hanc donationem feci et firmare rogavi. (s. man.) Uitalis presbiter sss. (s. man.) Sonifredus leuita (s. man.). (s. man.) Iohannes presbiter. Leo sss. (s. man.) Uenerellus presbiter (s. man.)
(s. man.) Odocrus presbiter, qui hanc donationem scripsit sub sss die et anno qúo supra.

41

932, febrer, 21

Esmerad ven al bisbe Guiu una terra situada al comtat d'Empúries, a la vila de Vulpellac, pel preu de 100 sous.

Arxiu Diocesà de Girona ©

Cart., pp. 110b-111a. Reg.: B 41.

In Dei nomine, ego Ermengaudus uinditor sum tibi Guigone episcopo emptore. Per hanc scripturam uenditionis mee uindo tibi terra propria iuris mei qui michi accidit et aduenit ex comparatione, et est in comitatu Empuritane in uilla Uulpiliaco, qui affrontat ipsa terra de parte orientis in ipso aqueducto uel in ipso plato, et de meridie in terra de me emptore et de occiduo in ipsa aqueducto uel in ipso plato, et de parte uero circi in fonte uel subiungit in ipso aqueducto uel in ipso plato. Quantum infra istas quatuor affrontationes includunt de ipsa terra sic uindo tibi [p. 111a] cum omni integritate idest propter precium solidos centum tantum quod tu emptor michi dedisti et adimplesti et est manifestum et ego uenditor de presente manibus meis recepi et de iam dicto precio apud te emptore non remansit, sed omnia michi adimplesti et est manifestum. Que uero ipsa terra de meo iure in tuo trado dominio et potestate cum exios uel regressios suos uindere et commutare uel quicquid exinde facere uel iudicare uolueris, in Dei nomine habeas potestatem. Si quis ergo uinditor aut ullus homo de filiis de heredibus meis aut quilibet homo ad irrumpendum uenerit contra hac carta uenditione non hoc ualeat uendicare, sed in duplo tibi componere hoc faciam et inantea ista carta uindicionis firmis et stabilis permaneat omnique tempore.
Facta carta uenditionis .VIIII. kalendas marcii anno .IIII. quo obiit Karolus rex.
sss Esmeradus qui hanc uenditionem feci et firmare rogaui sss. Sig+num Lagenco. Sig+num Elderus. Sig+num Astiro. Sig+num Trasemiro (s. man.)
Godus presbiter qui hanc cartam uendicionis scripsi sss sub die et anno quo supra. [p. 111b]

42

(abans de 934), novembre, 3

Lia i els seus fills Sendred i Sindila venen al bisbe Guiu una terra situada al comtat de Girona, al terme de Fontedicta, *pel preu de dos mancusos.*

Cart., pp. 114b-115 a. Reg.: B 68.

In nomine Domini ego Lia femina et filios suos Sendredus et Sindila uuinditores sumus tibi Guigone episcopo emptore. Per hanc scripturam uenditionis nostre uindimus tibi terram nostram propriam que nobis aduenit per comparationem et per parentorum nostrorum uel pro qualicumque uoce, et est ipsa terra cum ipso heremo in comitatu Gerundense infra terminos de uilla Fontedicta, et affrontat ipsa terra de oriente in ipso rialo et habet dextros .vin. et passa ipsa claue de ipsa terra qui affrontat in terra de me comparatore et habet dextros .VI., et de meridie in terra de Auida femina et habet dextros .XXX., et subiungit in terra de Mirone cum heredes suos et habet dextros .XX., et de circii in terra de me comparatore et habet dextros .LIII. et habet ipso dextro alnes .VI. et medium pedum. Quantum in istas totas affrontationes includunt uel resonant, sic uindimus tibi ipsa terra [p. 115a] ab integrum cum exiis et regressiis earum propter precium mancusos duos et est manifestum. De nostro iure in tuo tradimus. Habeas potestatem habere uindere et donare uel etiam commutare et in Dei nomine habeas firmam potestatem. Si nos uenditores aut ullus homo qui contra hanc ista scriptura uinditionis uenerit ad irrumpendum, non hoc

Arxiu Diocesà de Girona ©

ualeat uendicare quod requirit, sed componat ipsa terra in duplo cum sua inmelioratione et inantea ista scriptura firma permaneat omnique tempore.
Facta ista scriptura .III. nonas nouembris regnante Rodberto rege.
Sig+num Lia femina, sig+num Sendered, sig+num Sendila, qui istam uendicionem fecimus et firmare rogauimus. Sig+num Guifredus. Sig+num Ermomirus.
(s. man.) Adulfus presbiter qui hanc scripturam scripsit sub die et anno (s. man.) quo supra.

43

934, novembre, 23

El comte Sunyer de Barcelona dóna a la seu de Girona el terç del monedatge d'aquesta ciutat.

Cart., pp. 45ab. Ed.: MH ap. 71, cols. 846-847; ES ap. 17, pp. 400-401. Reg.:
B 42.

In Dei nomine Suniarius gratia Dei comes et marchio, donator sum ad domum Sancte Marie uirginis qui est sita in Gerunda ciuitate sedis de ipsa moneta. Dono ibidem terciam partem de quacumque moneta ibidem expressierint, sic dono a suppradicta ecclesia propter Deum et remedium patri meo Uuuifredi quondam uel fratri meo Uuuifredi quondam et pro remedium anime mee uel filio meo Borrello, propter hoc sic dono uel trado a predicta ecclesia de quacumque moneta in suprataxata ecclesia Gerunda facta fuerit uel in eius comitatu ipsam terciam partem, in ea uidelicet racione quod si ego aut filius meus uel successoribus meis eam uenumdauerint, ipsam terciam partem accipiat episcopus de predicta ecclesia de ipsum precium, et si nos uel subcessoribus nostris ad opus nostrum retinere uoluerimus ipsa moneta in manu ministralibus et nostris ministralibus donent eis in manu ministralibus episcopis predicta ecclesia ipsam terciam partem sicut superius insertum est. Et si ipsi monetarii aut ullus homo ipsam monetam falsauerint, ego Suniarius comes uel successoribus meis distringere eos faciant uel faciam, et ipsum districtum apud nos retinemus. [p. 45b] Et si ego Suniarius uel filius meus aut ullusque homo qui de predicta ecclesia aliquid extraxerit uel extrahere uoluerit de hoc quod superius insertum est, non hoc ualeat uindicare quod repetent, sed component in uinculo solidos mille a predicta ecclesia, et inantea ista donatio firmis atque stabilis prmaneat omnique tempore.
Facta donatione uel tradictione .VIIII. kalendas decembris anno .VI. quod obiit Karolus rex.
+Suniarius comes qui hanc donatione feci+. S+. Unefredus uicecomes. Petrus sss. Uuifredus sss. Agilbertus ss. Senderedus sss. Teudardus sss. Hobtadus sss. Engilbertus (s. man.). Ennego archileuita sss. Eimo aba [p. 46a]. Uuistrimirus presbiter sss. Iohannes presbiter sss. (s. man.) Danimirus leuita sss. Recosindus (s. man.).

44

938, juliol, 7

Sunifred fa donació a la seu de Girona de terres que té per compra, situades al territori de

Arxiu Diocesà de Girona ©

Girona, als termes de Sales i Fargueres.

Cart., pp. 95b-96a. Reg.: B 43.

In nomine Domini, ego Sonifredus. Certum quidem et manifestum est quia placuit animis meis et placet ut faciam cartam donationis de terris que michi adueniunt ex comparatione ad domum Sancte Marie uirginis que est infra muros Gerunda, et est ipsas terras in territorio Gerundense, infra terminum de ipsas Salas uel in terminio de Farguerias. Affrontat ipsa terra cum ipsos astarios de oriente in terra de Altrude, et de occiduo in torrente qui discurrit ad ipsas Fontanellas, de meridie similiter in terra de A1trude, [p. 96a] et de cirtii in terra Guttesindo. Quantum infra istas .IIII. affrontationes includitur, sic dono et trado ipsam sextam partem, et est ipsa medietas terre .V. Et alia terra affrontat de oriente in ipsa strata, de meridie in terra Aldenagilde, et de occiduo et de cirti in ipsa strata. Quantum infra istas .IIII. affrontationes includitur sic trado et dono ad domum Sancte Marie ab omni integritate. Quod si ego donator aut ullus homo qui ipsas terras inquietauerit primum iram Dei incurrat et cum Iuda Scarioth qui Dominum tradidit participationem habeat et inantea ista donatio firma et stabilis permaneat.
Facta ista donatione nonas iulii anno .III. regnante Lodouico rege filio quondam Karoli regis.
+Sonifredus, qui istam donationem fecit et firmare rogauit.+Otoigo. Sig+num Gustus.
Sengericus presbiter, qui istam donationem scripsit (s. man.) sub die et anno quo supra. [p. 96b]

45

945, abril, 16

El comte Sunyer de Barcelona i la comtessa Riquilda donen a la seu de Girona els alous de Riufret i Fonts, situats a Calonge.

Cart., pp. 46ab. Ed.: MH ap. 80, cols. 856-857. Reg.: B 44, que localitza els alous a Llofriu.

In Dei eterni nomine et indiuidue Trinitatis, ego Soniarius comes ac marchio et uxor mea Richildis comitissa donatores sumus ad domum Sancte Marie sedis Gerunda ipso nostro alaude quem habemus in comitatu Gerundensis, in appendicio Sancti Martini, in uillare que uocant Riuo Fredo uel infra eius termines, uel infra termines de uilla que uocant Fontes, qui mihi aduenit a predicto Soniario comite pro(sic) mea comparacione quod ego emi de Sonifredi episcopi, et a me predicta Richildes comitissa, per meum decimum. Per hanc scripturam donationis dono ego predictus Soniarius comes a predicta ecclesia ipsum meum alaude propter remedium anime genitore uel genitrice mea et propter remedium anime mee et fratri meo condam Borrelli et filio meo condam Ermengodi et condam predicti Sonifredi episcopi. Et ego predicta Richilde comitissa dono a iam dicta ecclesia predicta mea hereditate propter remedium anime mee et propter remedium anime de condam filio meo Hermengaudi. [p. 46b] Donamus nos Soniarius comes et Richildes comitissa predictum nostrum alaudem ad iam dicta ecclesia, idest casas, casales, curtes, curtales, ortos, terras, uineas, arboribus pomiferis, siluis, garricis, molinis, molinaribus, pratis, aquis, pascuis,

Arxiu Diocesà de Girona ©

aquarumue ductibus uel reductibus, omnia et in omnibus sicut in ipsa mea scriptura resonat, totum ab integro cum exiis et regressiis earum. Quod si nos donatores aut ullus homo qui contra ista donatione uenerit ad inrumpendum a partibus predicta ecclesia non hoc ualeat uindicare, sed componat ipsa omnia superius dicta dupla cum omni sua melioracione et in antea ista donatio firma permaneat omnique tempore.
Facta donatione carta .XVI. kalendas madii anno .VIIII. regnante Ludouico rege filio condam Karoli.
+Soniarius comes, qui hanc donationem fecit+. (s. man.) Richildes comitissa (s. man.) qui hanc donacionem feci. Audegarius uicecomes sss. Engilbertus sss. Undila (s. man.). Ariolus sss.
(s. man.) Oriolus presbiter qui hanc donationem scripsi et sss die et anno quo supra. [p. 47a]

46

948, abril, 10

Eucària ven a Ernemir i Recisind una terra situada al comtat de Girona, a l'apèndix de Sant Martí de Calonge a la vall de Fonts i a la vila de Riufred, pel preu de 6 diners.

Cart., pp. 349b-350a. Reg.: B 46.

In nomine Domini, ego Eucharia femina uenditrix sum uobis Ermemiro et Recisindo emptores. Per hanc scripturam uenditionis mee uendo uobis terra mea propria, que mihi aduenit de parentum meorum et est ipsa terra in comitatu Gerundensi in ualle Fontes, in appenditio sancti Martini, in uilla que dicunt Riufredo, et affrontat ipsa terra de parte orientis in ipso aqueducto et habet dextros .VII., et de meridie in terra de Centullo, et habet dextros .XIIII., et de occiduo in terra Sancta Maria et habet dextros .VI. et de circi in domibus uel in clauso de me uenditrice et habet dextros .XI. Quantum in istas .IIII. affrontationes includunt, uendo uobis ad omnem integritatem.cum exio et regressio suo propter precium quod inter nos bene conuenit, idest denarios .VI., et nichil exinde remansit et est manifestum. Que uero ipsa terra que superius resonat de meo iure in uestro trado dominio et potestate faciendi exinde quod uolueritis, maneat uobis [p. 350a] firma potestas. Quod si ego uenditrix aut ullus homo qui contra istam scripturam uenerit ad irrumpendum in duplo uobis componere faciat et inantea ista uenditio firma permaneat omnique tempore.
Facta uenditione .IIII. idus aprilis anno .XIII. regnante Lodoico rege filio Karoli.
Sig+num Eucheria, qui hanc uenditionem feci et firmare rogaui. Sig+num Leopardo uir me consensit. Sig+num Braidila. Sig+num Abbo.
+Ascaricus presbiter, qui hanc uenditionem scripsit et sss et die et anno quo supra.

47

950, marc, 1

El bisbe Gotmar de Girona permuta amb Rainilda dues terres situades al comtat de Girona, al terme de Vilademany, a l'apèndix de Sant Joan d'Aiguaviva, per altres terres

Arxiu Diocesà de Girona ©

situades al terme de Domeny.

Cart., pp. 72b-74b. Ed.: VL 13 ap. 14, pp. 243-245, ex LVC f. 147. Reg.: B 45, que data de 948.

Textus legalium scripturarum insonat ut de ecclesiasticis rebus proprio consentiente episcopo uel clericis uniuscuiusque ecclesie commutatio nostre(sic) ecclesiastice fiant, quatinus et congruus honor ecclesiasticus resultet et qui comutat minime grauiter uideatur se sustinere dispendio. Igitur in Dei nomine, ego Gothmarus humilis Gerundensis ecclesie episcopus, prospiciens iuxta petitionem nobilissima femina Rainilde nomine qualiter a nobis petit commutari terram sibi a nobis pro alias, una cum consensu canonicorum nostrorum uel reliquorum bonorum hominum assensu prebentes decreuimus hanc scripturam commutationis nostro equo animo fieri atque legaliter roborari. Dono itaque in hac commutatione terras que sunt in comitatu Gerundense, in appenditio Sancti Iohannis, in terminio de Uilla Magni, que fuerunt de condam Bugarani quem ipse proprio suo bono animo eidem contulit ecclesie et [p. 73a] et afrontat ipso unus campus de oriente in terra de Ennegone et de suos parentes uel heredes, de meridie in terra Trasegontia, de occiduo in terra Ennegone presbitero, de circii in terra Ademiro. In alio loco affrontat in ipsa terra de oriente in terra Adroario, de meridie in terra Trasegontia et de occiduo in terra de Aizo, de circi in terra Adroario. Has igitur terras que infra istas affrontationes resonant pro tua commutatione tibi perpetualiter habenda uel possidenda atque donanda trado ut in Dei nomine amodo et deinceps tam habendi quam commutandi seu uendendi necnon et donandi cuicumque uolueris licentiam et potestatem tam tu quam successores tui perpetualiter habeas. Similiter autem ego supradicta commutatrix pro hanc commutatione quam a uobis recipio dono ecclesie Sancte Marie et uobis dompno Gothmaro episcopo atque uniuersis ecclesie ipsius canonicis uestre uidelicet diccioni subditos terras cum earum affrontationibus quas habeo in comitatu Gerundense, in terminio de Domenio in locum quem aucupant (sic) [p. 73b] Brugaria uel Monte Eudone, et ueniunt michi istas terras per meam comparationem uel per meum decimum et affrontat ipsa terra de oriente in terra de Bonissimo, de meridie in riuo qui inde discurrit, de occiduo in terra de Frunimia, de circi in uia que inde discurrit. Et alia terra affrontat de oriente in strata que pergit ubique, de meridie uel de occiduo in terra Uuilaireno, de circi in torrente qui discurrit, et alia terra affrontat de oriente et de meridie in terra Sancti Petri, de occiduo in ipsa strata, de circi in terra Sancti Petri. Hec autem omnia sicut superius nominata sunt pro ipsa commutatione quam a uobis recipio dono has terras aput earum affrontationes domui Sancte Marie et uobis dompno episcopo supranominato trado atque transfundo et perpetualiter habenda concedo, ut ab hodierno die et in posterum liberam exinde habeatis potestatem habendi, possidendi necnon et iusta(sic) ecclesiasticam consuetudinem gubernandi. Ex hac autem commutatione duas scripturas fieri iussimus, ex quibus una uobis nostra manu clericorum nostrorum firmatam tradimus [p. 74a] alia uero supradicte Rainilde uel supradicte uel ceterorum bonorum hominum roborata recipimus. Si quis autem contra hanc scripturam meam commutationis uenire uel aliquid molestum agat et ipsam scripturam irrumpere conauerit hoc quod repetit et uendicare non ualeat set insuper sint tibi culpabiles et heredibus tuis tam ego episcopus quam successores mei et persoluere tibi et heredibus tuis has terras cum omnibus ad illas pertinentes in duplo quantum adeo tempore ualere potuerunt. Similiter obligo Rainilde supradicte ipsas terras quas a uobis commutatione trado ut si hanc scripturam commutationis mee tam ego quam aliqua persona, aut filiis aut filiabus meis aut heredibus emissa irrumpere uoluerint, hec uindicare non ualeant, sed ipsas

Arxiu Diocesà de Girona ©

terras quas uobis in commutatione trado uel successoribus uestris uobis omnia in duplo restituere cogamur.
Concreta est igitur hec commutationis scriptura die kalendis martii anno .XIII. regnante Lodouico filio condam Karoli in Dei nomine feliciter amen.
Sig+num Rainildes qui istam commutationem fieri et firmare rogaui. Sig+num Durando. Sig+num Fruilla. Sig+num Lunares. Sig+num Gerun[p. 74b]dense. Sig+nium Udalaricus.

48

(abans de 954), març, 30

Bruguerols dit Albaró, la seva esposa Bonadona i Ermessenda venen a Guifre una terra situada al comtat de Girona, al terme de Fonteta, pel preu de dos mancusos.

Cart., pp. 107b-108a. Reg.: B 300.

In nomine Domini ego Bruguerols quem uocant Albaron et uxori sue Bona Donna femina et Ermesinde femina uinditores sumus tibi Guifre. Per hanc scripturam uenditionis uendimus tibi terra nostra que nobis aduenit per parentorum nostrorum uel per qualecumque uoce. Et est ipsa terra in comitatu Gerundensi, in terminio de Fontedeta, et affrontat ipsa terra de oriente in terra Lina, et habet dextros .XVI., de meridie in terra de Sanla et in terra ermatre in me comparatore, et habet dextros .XXVII., de occiduo de me comparatore uel in terra de Gontre quem dicunt Bonus Homo et habet dextros .XVIIII., de circi in terra de Caluicia femina et habet dextros .XXXIII., et habet .II. alnas cum medium pedum. Quantum infra istas quatuor affrontationes includunt uel resonant, sic uendimus tibi ipsam terram [p. 108a] ab omni integritate cum exiis uel regressiis earum propter precium mancusos, .II. et est manifestum, et sic de meo iure in tuo tradimus dominio et potestate ad habere, uindere, donare et comutare et est manifestum, in Dei nomine habeas potestatem. Quod si nos uinditores aut ullus homo aut femina qui contra ista scriptura uenditionis uenerit ad inrumpendum, non hoc ualeat uindicare quod repetit, sed componat predicta terra in duplum cum sua inmelioratione et in antea ista scriptura donationis firma permaneat omnique tempore.
Facta ista scriptura .III. kalendas aprilis anno .XXXII. regnante Lodouico rege.
Sig+num Bruguerols quem uocant Albaron, sig+num Bona Dompna, sig+num Ermisinda femina qui istam cartam donationis (sic) fecimus et firmare rogauimus. Sig+num Guifre. Sig+num Soniofredus. Sig+num Leotardus.
(s. man.) Ego Anesac sacer, qui ista scriptura scripsit sub die et anno quo supra.

49

957, juny, 29

Duravol i Midira, esposos, fan donació a l'església de Santa Maria de Castelló d'una terra situada al comtat de Peralada, a la vila de Castelló.

Cart., pp. 88a-89a. Reg.: B 47.

Arxiu Diocesà de Girona ©

In nomine Domini, ego Durauolus et uxor mea Midira. Certum quidem et manifestum est quoniam placuit animis nostris et nullius quoque suadentis ingenio uel imperio suadentis, sed propria et spontanea nostra uoluntate et hoc elegit bona uoluntas ut aliquid de nostra terra dedissemus ad domum Sancte Marie uirgine Christi propter remedium animarum nostrarum, cuius ecclesia sita [p. 88b] est in comitatu Petralatense, in uilla quam nominant Castellione, sic donamus uobis domum iam dictam que nobis aduenit per comparationem nostram, et affrontat iam dicta terra de oriente in aragalio Salyo, et de meridie ad nos donatores et de occiduo in terram Quadramiro, et de circio affrontat in terra Raimundi. Quantum infra istas omnes affrontationes includitur sic donamus et tradimus ipsam terram plus senioraticum ab integro taliter ut ministri uel sacerdotes qui eidem ecclesie sint seruient dispensare et presenti die et tempore. Si uero nos donatores aut ullus homo qui contra istam scripturam uenditionis uenerit ad irrumpendum uel traditionis, aut nos ipsi uenerifnus aut qui hoc fecerit, in primis iram Dei incurrat super eum et cum Iuda qui Dominum tradidit et a liminibus sancte Dei ecclesie sit extraneus nisi propter hoc satisfecerit.
Facta scriptura donationis uel traditionis .III. kalendas iulii anno tercio regnante Leuthario rege.
Sig+num Durauolus, sig+num Midira [p. 89a] qui hanc scripturam donationis uel tradicionis fecimus et firmare rogauimus. Sig+num Edegisii. Sig+num Albario. Sig+num Quinabaldo.
Sensius presbiter, qui hanc scripturam donationis scripsi et (s. man.) sub die et anno quod supra.

50

958, gener, 31

Discle ven a Vuicoeie, sotsdiaca, una vinya situada a Cervià pel preu de 10 sous.

Cart., p. 260ab. Reg.: B 48.

In nomine Domini, ego Disclus uenditor sum tibi Uuicoeie subdiachono emptore. Per hanc scripturam uenditionis mee uindo tibi uineam uel terram propriam meam que mihi aduenit de parentorum meorum in comitatu Gerundense, in termini de Ceruiano, et affrontat ipsa uinea de parte orientis in uinea Sancone, et habet dextros .XVI., de meridie in terra Cariberto, et habet dextros .XXXII. et de occiduo in strada et habet dextros . XVII., et de circi in uinea Sancone [p. 260b] et habet dextros .XXXIII. Quantum infra istas quatuor affrontationes includunt, sic uindimus tibi ab integro cum precio suo, idest propter precium solidos .x., tantum quod emptor mihi dedisti et ego uenditor manibus meis recepi et de ipso précio nichil remansit, sed omnia mihi adimplesti et est manifestum. Hec omnia suprascripta de meo iure in tuo trado dominio et potestate presenti die et tempore. Quod si ego uenditor aut ullus homo qui contra hanc scripturam uenditionis uenerit ad irrumpendum aut ego tienero a partique uestre quantum adeo tempore inmeliorata fuerit dupla uobis componere faciam et inantea ista uenditio firma permaneat omnique tempore.
Facta ista carta uenditionis .II. kalendas februarii anno .IIII. regnante Leotario rege.
Sig+num Disclo, qui istam uenditionem feci et firmare rogaui. Sig+num Euenco. Sig+num

Arxiu Diocesà de Girona ©

Fridio. (s. man.). Saicarius leuita sss.
Deodatus presbiter (s. man.) qui istam scripturam scripsit et sss die et anno quo supra.

51

958, setembre, 28

Odoari prevere, Sunifred sacerdot i Joan clergue, com a marmessors d'Adalbert, lliuren a la canònica de Girona un alou situat al comtat de Besalú, al terrne de Parets.

Cart., pp. 308b-309b. Ed.: CONSTANS, núm. 39]40. Reg.: B 49.

In Christi nomine, nos Odoarius presbiter et Sonifredus sacerdos et Iohannes clericus, qui sumus aduocati uel helemosinarii de quondam Adalberti. Certum quidem et manifestum est enim quia comendauit nobis quondam Adalbertus sua helemosina per suum testamentum ubi propriis manibus scripsit sicut in serie condicionis habemus uinctum et obligatum, et mandauit nobis ut si ille in ipsa peregrinatione quod predidit mortuus fuisset, sicut et fuit, cartam donacionis fecissemus sicuti et facimus ad domum Sancte Marie sedis Gerundensis ecclesie de suum alodem quod ille habebat in comitatu Bisuldunense, in uilla Fontaneto que uocant Parietes uel infra eorum termines, excepto ipso maliolo quod plantauit Adaulfus et frater suus Salomon, quod iussit donare ad domum Sancte Leocadie, excepto ipso molino qui fuit de Licia, quod iussit donare ad filio suo nomine Ennegone. Et aduenit illi iam dictus alaudes tam per parentorum quam per comparationem, idest casas, curtes, ortos, terras, uineas, arboribus pomiferis uel impomiferis, fontis, requis, [p. 309a] molinis, mulinaribus qum illorum caputaquis uel decursibus et cum illorum usibilia in paratione idest casas, curtes, hortos, terras, uineas, arboribus in omnia uel in omnibus quidquid dici uel nominari potest, per istam scripturam donationis nos supranominati manumissores iam dicto alaude sicut superius insertum est ad predictam domum Sancte Marie, in eadem uidelicet ratione ut dum Sonifredus presbiter auunculus eius uel helemosinarius uiuus fuerit, potestatem habeat iam dictam alaudem tenere, excolere et fructificare et de ipsas fruges quas dominus Deus dederit qui ad eius partem aduenerit per singulos annos terciam partem donare faciat propter remedium de condam Adalberti et ad ipsos clericos de domum Sancte Marie donare fecisset .L., sicuti et feci, et donare fecisset ad prelibatam domum propter ipsam operam pessa .I. de argento, sicuti et facit; post excessum uero Sonifredi presbiteri remanere faciat istos iam dictos alaudes cum scriptura donationis ad prelibatam domum Sancte Marie sedis Gerunda cum exiis et regressiis earum, ut tandem presens episcopus quam et successores eius qui episcopale regimen tenuerint, potestatem habeant iam dictum alaudem tenere, excolere et exfructare secundum canonica instituta, in eadem uidelicet ratione ut tam presens episcopus quam et succes [p. 309b] sores eius qui per morem episcopalem istum alaudem tenuerint per singulos annos donare faciant ipsam terciam partem de omnes quas dominus Deus ibidem dederit et ad illorum aduenerit propter remedium quondam Adalberti, in peregrinis et hospitibus et in pauperibus, et si hoc immune fecerint et iam dictum placitum noluerint adimplere, sit inter Deum et illos et Sancta Maria uel in illorum conscientiam. Quicquid autem contra hoc titulum donationis uel pactum superius scriptum surrexerit uel infremuerit, contra eum cui litem intulerit euanescat, et insuper sit culpabile Deo et Sancta Maria, scriptura donationis firma permaneat cum sua dupla emendatione et inmelioratione, et inantea hoc titulum donationis

Arxiu Diocesà de Girona ©

uel pactum inconuulsum permaneat.
Acta est autem hec scriptura donationis uel pactionis .IIII. kalendas octobris anno .V. regnante Leutario rege, filio quondam Ludouici.
+ Soniofredus sacerdos, tutor et helemosinarius (s. man.), Odoarius presbiter, tutor et helemosinarius, qui simul in unum istam donationem fecimus et firmauimus. Iohannes Lubatone. Oliba.
Odoarius presbiter, qui hoc titulum donationis scripsit et (s. man.) die et anno quo supra.

52

962, gener, 31

Audesind, levita i escrivà, ven a Agna dues peces de terra situades al comtat de Girona, al terme de Domeny, pel preu de dos sous i mig.

Cart. pp. 361a-362a. Reg.: B 50.

In nomine Domini ego Audesindus leuita et scriptor uenditor sum tibi Agna femina emtrice. Per hanc scripturam uenditionis meum do tibi in ipsa mea porcione de ipsas terras in duos locos que est in comitatu Gerundense, in locum quem uocant Dominio, qui michi aduenit de parentorum meorum. Que affrontat ipsa una terra de parte orientis in terram de Tudisclo presbitero et habet dextros .VIII., et de meridie in medio alueo de Tezer, et habet dextros .III., de occiduo in terra de Adanasia femina uel de heredes suos et habet dextros .XVIIII., de parte uero circii in terra de Sancta Maria, et habet [p. 361b] dextros . III. Et in alio loco in ipso terminio qui affrontat de parte orientis in terra de Argelaua femina uel de filiis suis et habet dextros .XII., et de meridie in ipsa uia que discurrit ad Ierunda ciuitate et habet dextros .L. et de occiduo in terra de me comparatrice et habet dextros .XII., de parte uero circii in terra de Cecilia uel suos heredes et habet dextros .L. Quantum infra istas affrontationes includitur, sic uendo tibi ipsam meam portionem de ipsas terras que ibidem resonant cum omni integritate, cum exiis vel regressiis illorum, propter precium solidos .II. et dimidium, nichilque de ipso presio (sic) apud te remansit et est manifestum. Omnes uero istas terras de meo iure in uestro trado dominio et potestate. Sane quod si ego uenditor aut ullus homo qui contra hanc cartam uenditionis uenerit ad irrumpendum non hoc ualeat uendicare quod repetit, sed in duplo componat tibi, ista scriptura in antea firma permanente et sit firma et stabilis omnique tempore.
Facta carta uenditionis pridie kalendas februarii anno .VIII. regnante Leutario rege filio condam Lodouici.
Sig+num Audesindus leuita, qui istam cartam uenditionis fecit et firmare rogauit. Sig+num Sinceredus. Sig+num [p. 362a] Petrus. Sig+num Uidal.
(s. man.) Audesindus leuita, qui istam cartam donationis (sic) scripsi sub die et anno (s. man.) quo supra.

53

963, març, 18

Arxiu Diocesà de Girona ©

Faquil ven a Guillem prevere una terra situada al comtat de Girona, al terrne de Domeny, pel preu de tres sous.

Cart., pp. 358b-359b. Reg.: B 51.

In nomine Domini ego Faclis femina uenditrice sum tibi Guilielmus presbiter emptore. Per hanc scripturam [p. 359a] uinditionis mee uindo tibi terram meam propriam que mihi aduenit de parentorum meorum, et est ipsa terra in comitatu Gerundensi, infra terminos de uilla que uocatur Dominio, qui affrontat de oriente in terra de Audesindo leuita, et habet dextros .XXX. et .VI., de meridie in terra de Petro, et habet dextros .III., et de occiduo in terra de Cecilia femina et habet dextros .XXXII., et de circii in ipsa strata que discurrit a Gerunda ciuitate et habet dextros .III. Quantum infra istas quatuor affrontationes includitur, sic uendo tibi ipsa terra ab omni integritate, cum exiis uel regressiis suis propter precium solidos .III., et nichil de ipso precio apud te emptore remansit, et est manifestum. Que uero ipsa terra de meo iure in tuo trado dominio et potestate, et quicquid exinde facere uolueritis, in Dei nomine habeatis potestatem ex presenti die et tempore. Sane quod si ego uenditrice aut ullus homo qui contra hanc istam cartam uenditione uenerit pro irrumpendum, non hoc ualeat uendicare quod repetit, sed in duplo componat tibi ipsa terra cum omni sua inmelioratione, et in antea ista uenditio [p. 359b] firma et stabilis permaneat omnique tempore.
Facta carta uenditione .XV. kalendas aprilis anno .VIIII. regnante Leutario rege filio condam Lodoici.
Sigh+num Fachil femina, qui istam cartam uenditionis feci et firmare rogaui. Sig+num Sengefredus. Sig+num Olomir. Sig+num Arnallus.
(s. man.) Audesindus leuita, qui istam cartam scripsit sub die et anno et (s. man.) quo supra.

54

968, febrer, 2

El comte Miró Bonfill, de Besalú, fa donació a l'església de Girona i al bisbe Arnulf d'un alou que té per donació del seu gerrna, el comte Sunifred, situat al comtat de Besalú, al terrne de Parets.

Cart., pp. 301b-302a. Ed.: MH ap. 106, col. 889. Reg.: B 52.

In nomine sancte et indiuidue Trinitatis. Ego Miro comes dono domino Deo et Sancte Marie Gerundensis ecclesie ac presuli Arnulfo atque successoribus ipsius cunctoque clero ibidem militantibus dono quendam alodem meum qui mihi aduenit pro donatione Soniofredi comitis fratris mei; estque in comitatu ipse alode Bisullunensis, in uilla que uocatur Parietes uel in eius termines. Enimuero quidam in prefato loco habuit quondam Raifredus et tenuit et filii eius Adalbertus et Sonifredus presbiter et Oliba nepos ipsorum et Sonifredus comes, et quantum ego uideor habere et possidere qualicumque ex acquisitione, ex integro cedo domino Deo et Sancte Marie et prefatis personis pro remedio animarum parentum meorum et fratrum ipsiusque mee, idest in casis, in casalibus, in curtibus, in orreis, in ortis, in uiridariis, in molendinis, in terris, in uineis, in pratis, in pascuis, in

Arxiu Diocesà de Girona ©

garricis, in siluis, in arboribus pomiferis [p. 302a] seu impomiferis, aquarum ictibus uel reditibus. Habet suprataxatus alodis affrontationes a parte orientis in Baschara et a parte meridiana in Uilla de Mulis et a parte occidentali in uilla Gallinaris et in uilla de Orfanis, et a parte aquilonari in flumine Fluuiano. Omnia uero que includuntur infra istas partes tetragonas, ut dixi, a presenti die in reliquum dono domino Deo et suprataxatis personis, uidelicet ipsas res quas ego et supra denominate persone uise fuerunt ibidem possidere. Si quis uero, aut ego aut ullus ex parentibus ipsorum extiterint qui hanc cartam cessionis temerare uel irrumpere temptauerint, componat hec omnia dupliciter, et quod adquirere temptauerint non uindicent, sed semper inuiolabilis et firma hec cessio permaneat.
Facta est autem hec scriptura .IIII. nonas februarii anno .XIIII. regni Lotario rege filio Lodouici regis, elapsis annis ab Incarnatione Domini .DCCCCLXVIII., indicione .XI.
Iohannes presbiter qui hanc scripturam donationis scripsi et (s. man.) sub die et anno quo supra.

55

968, febrer, 21

El comte Miró Bonfill, de Besalú, fa donació a la seu de Girona de l'alou d'Adalbert, rebel, situat al comtat de Besalú, a la vila de Parets.

Cart., pp. 300a-301b. Ed.: MH ap. 107, cols 889-891; ES 43 ap. 22, pp. 410-412.Reg.: B 53.

In Christi nomine, cuius ordine cuncta disponuntur, ego Miro gratia Dei comes dono domino Deo et Sancte Marie alme sedis Gerundensis ecclesie quendam alodem meum proprium qui mihi aduenit per successionem fratrum meorum, seu quomodo in hac scriptura cessionis succincte euidentissimeque subterius anotabo. Perspicuum est igitur omnibus nobis in hac terra degentibus quia quidam homo, Adalbertus nomine, cum aliquibus ex parentibus suis in contrarietate domini Uuifredi principis populique terre huius scandala conturbationesque mouere conati sunt, in tantum etiam ut prescriptum principem ex opido suo eicientes inimicisque suis illum contrahentes tamdiu unanimiter illum persecuti sunt usquequo prenominatus transgressor gladio eum peremit. Proinde scilicet iamdictus transgressor ad instar Iude omnia qui habere uidetur posposuit et sese exilio contradidit. Rebus igitur suis sub calliditatis studio et concinnatione falsissima in dominio Soniofredi sacerdotis qui unus ex transgressoribus extitit, prescripta contulit sub isto uidelicet ordine, ut dum superstes ille sacerdos extiterit, eas teneret; post obitum uero suum prephate sedis habitura relinqueret. Annuente igitur potestate diuina frater supradicti principis meusque castrum quod supradicti transgressores prescripto principe subtrax[p. 300b]erant conquisiuit, et dum in eo cum suis subditis resideret iudicibus doctoribusque nostre legis consuluit quid ei de rebus tam nefariis transgressoribus agere oporteret; at illi, perspectis uenerabilium patrum scriptis, dederunt sententiam ut euacuatis scriptis supradicta fraude confectis res omnes tam nephariorum transgressorum, ad ultimum in dominium supradicti principis deberent deuenire, et quidquid ex hiis rebus idem princeps elegerit facere, liberam haberet potestatem. Sicque factum est ut per instanctiam iudicum auctoritatesque legum rebus prefatis idem princeps in suo reciperet dominio eas dum superstis extitit quiete tenuit; post obitum nempe suum in prescripto Mironi prefatum

Arxiu Diocesà de Girona ©

alodem habituro reliquit. Tandem ego supradictus comes, superna respectione afflatus mihi diuinitus in hoc ut autumno est inspiratum ut ob hoc remedium animarum meorum fratrum ipsiusque mee, alodem prefatum predicte ecclesie conferrem. Estque ipse alodius in comitatu Bisullunense, in uilla que dicitur Parietes uel in eius terminos; terminaturque a parte orientali in Baschara, et a parte meridiana in Uilla de Mulis, et a parte occidentali in uilla Gallinaria uel in uilla de Orfanis et a parte aquilonari in flumine Fluuiano. Dono igitur ego suprascriptus comes prefate ecclesie omnem alodem quem habeo in suprataxatos terminos per predictam uocem [p. 301a], in casis, in casalibus, in curtis, in curtalibus, in ortis, in ortalibus, in terris cultis uel incultis, in uiridariis, in uineis, in uinealibus, in arboribus pomiferis uel impomiferis, in pratis uel pascuis, in garricis et in aquis, in molendinis, in molendinaribus aquarumue ictibus uel reditibus, omnia et in omnibus quantum alodem predicti transgressores Adalbertus uidelicet et Oliba infra suprataxatos terminos habuerunt et ego nunc uideor habere uel possidere per predictam uocem. Omnia igitur prescripta trado uel cedo prefate ecclesie, ut tam presens episcopus quam clerici ibidem Deo militantibus quam et successores sui suorumque irreuocabili ordine predictum alodem possideant retineantque sine alicuius minoratione uel contraditione, quemadmodum de rebus a fidelibus sancte ecclesie collatis sanctorum canonum statuta constituunt atque decernunt. Si quis uero, aut ego aut ullus ex parentibus ipsomm extiterunt qui hanc cartam cessionis temerare uel euacuare conauerint, quod acquirere temptauerint non uindicent, sed cogantur hec omnia superius inserta, quantum eo tempore inmeliorata fuerint prefate ecclesie componere dupliciter, et insuper sanctorum canonum sententiis feriantur, et hec scriptura semper maneat inconuulsa.

Exarata est igitur hec scriptura cessionis die .VIIII. kalendas marcii anno Dominice trabeationis .DCCCCLXVIII., inditione [p. 301b] .XI. anno uidelicet .XIII. francorum rege Lotario regnante.

Miro, gratia Dei comes sss, qui hanc scripturam donationis feci et testibus idoneis ut eam roborarent petiui. Miro leuita (s. man.). Baldericus presbiter sss. Bernardus (s. man.). Sig+num Uuanagodus uicecomitis. Sig+num Orioli. Sig+num Tepberti. Sig+num Sonifredi. Sig+num Regismundi.

Desiderius Ieuita qui hanc scripturam donationis scripsi (s. man.) sub die annoque prefixo.

56

970, maig, 28

Els marmessors d'Abbó levita lliuren a la seu de Girona tres mujades de terra situades al vinyal d'Espesells, a Cervià amb reserva de violari per al sagristà Esperandéu.

Cart., pp. 259ab. Reg.: B 54.

In nomine Domini Ennego archileuita, Aliarius, Senderedus leuitas et Teudesindus, nos qui sumus elemosinarii de quondam Aboni leuita. Manifestum enim quia precepit nobis ut scripturam donationis fecissemus ad domum Sancte Marie sedis Gerunde sicuti et facimus de sua uinea quam habebat in uineario de Espezellos, quod illi aduenit per sua hereditate, quod sunt modiatas .III., in tale pactum uel placitum ut dum uiuit Sperandeus sacrista teneat et possideat in seruitio Sancta Maria, et ad obitum suum eligat alium clericum qui eam teneat et possideat in seruitio Sancta Maria, et sic faciat unus post unum usque ad

Arxiu Diocesà de Girona ©

consumationem seculi. Istam uineam suprascriptam sic donamus nos predicti elemosinarii ad iam dictam ecclesiam propter Deum et remedium anime sue sicut nos iuratum uel probatum habemus a serie conditionis ut firma sit de predicta ecclesia et de iam dicto Sperandeo et de alios clericos qui post eum uenturi emnt post eum, et qui contra ista scriptura donationis uenerit pro irrumpendum, non hoc ualeat uendicare quod repetit, sed componat ipsa uinea in duplo ad predicta Sancta Maria cum omni sua melioratione et insuper ueniat super illum maledictio Dauitica et fiat extraneus a liminibus sancta Dei Ecclesia et obsorbeat illum terra sicut absorbuit Dathan et Abiron, et habeant [p. 259b] participacionem cum Iuda Scarioth qui Dominum tradidit, amen, et inantea ista donatio firma permaneat omnique tempore.
Facta ista scriptura donationis .v. kalendas iunii anno .xvi. regnante Lotario rege filio Lodouici.
Ennego archileuita elemosinarius ss. Allasius et leuita elemosinarius. (s. man.) Senderedus leuita elemosinarius. (s. man.) Uuadamirus archipresbiter et elemosinarius. Sig+num Bonus Homo. Sig+num Acfredus. Sig+num Galindus.
In Dei nomine Ricarius presbiter, qui istam donationem scripsit et (s. man.) sub die et anno quo supra.

57

975, febrer, 8

Ariulf i alguns familiars seus fan donació a la seu de Girona d'un alou situat al comtat de Girona, al terme de la Barroca, i l'indret de Canadell, amb reserva de conrear-lo donant tasca i cens.

Cart., pp. 347a-348a. Reg.: B 55.

In nomine Domini, ego Ariulfus et uxor mea Candida et Tritille et filius meus his nominibus Bellus et Ermegillus et Seniofredus et Estregodo femina et filio meo Iohanne presbitero. Placuit animis nostris et placet nullius contradicentis nec suadentis imperio, et hoc elegit nobis bona uoluntas ut nos omnes simul in unum donare fecissemus alodem nostrum ad domum Sancte Marie sedis [p. 347b] Gerunde, sicuti et facimus, qui est in comitatu Gerundensi, in terminio quem dicunt Sobre Rocha, in aprisione de Crimal quem uocant Canadello, idest terras et modiatas .v. cum ipsa que ibidem est, cum curte et orto et cum ipsos arbores et cum ipsas petras, et affrontat de oriente in ipso casale qui fuit condam Tudisclo, et de circi in ipso torrente quod discurrit in tempore pluuiarum, et de meridie in ipso campo de Tritille femina, et de occiduo in ipso torrente. Quantum infra istas affrontationes includunt, sic donamus ipsum alodem ad domum Sancte Marie superius scriptum totum ab integrum, cum exiis uel regressus earum in ea uidelicet ratione ut dum uiuimus nos donatores teneamus et possideamus, nos et posteritas nostra post nos ipsum alodem, et per singulos annos donare faciamus ipsa thasca et solidata una aut solidum unum, et uolumus et mandamus ipsa thasca et ipsa solidata capiat eas caput scolis et Argemirus sacrista dum uiuunt teneant et possideant, et post obitum illorum remaneat caput scole et alii sacriste qui fuerint post eos usque in finem in domum Sancte Marie. Que uero ipsa omnia superius scripta [p. 348a] de nostro iure tradimus in potestate Sancte Marie et istis canonicis suprascriptis sicut superius insertum est. Quod si nos donatores aut ullus

Arxiu Diocesà de Girona ©

homo qui contra ista dona uenerit pro irrumpendum, non hoc ualeat uendicare quod repetit, sed componat ipsum alodem in duplo ad domum Sancte Marie, et insuper iram Dei omnipotentis incurrat et cum Iuda Scarioth qui Dominum tradidit particeps fiat, et absorbeat illos terra sicut absorbuit Dathan et Abiron, et a liminibus sancte Dei ecclesie extraneus fiat et ueniat super illos malediccio dauitica que dicitur in psalmo: *Deus meus pone illos ut rotam et sicut stipula ante faciem uenti*, et inantea ista donatio firma permaneat omnique tempore.
Facta ista scriptura donationis .VI. idus februarii anno .XXI. regnante Lothario rege filio condam Lodouici regis.
Sig+num Ariulfus, sig+num Candida, sig+num Truictille femine, sig+num Bellus, sig+num Ermegillus, sig+num Soniofredus, sig+num Estregodo, qui simul in unum cum bono animo istam donationem facimus et firmare rogamus. Sig+num Adroarii, sig+num Uadamirus, sig+num Uigila.
(s. man.) Iohannes presbiter qui istam donationem dictaui et scripsi et subscripsi sub die et anno quo supra. [p. 348b]

58

979, maig, 31

Oliba ardiaca i el seu germà Sunifred fan donació a la seu de Girona d'un alou situat al comtat de Besalú, al lloc de Pontós, a fi que els seus fruits siguin esmerçats per socórrer pobres i pelegrins.

Cart., pp. 89b-90b. Reg.: B 56.

Quoniam cunctorum in hac labenti atque misera uita degentibus iusta deliberatione decernitur atque optima prouidentia agitur ut quisquis huic uite inherens dum in isto mortali corpore deget prouideat cum Dei adiutorio ne eterno subcumbat supplicio. Ob id nos in Christi nomine Oliba archileuita atque Sonifredus fratres dominici, desiderantes [p. 90a] regni additum, necnon nostrorum peccaminum mole grauati perpetuum trementes tartarum, omnipotenti Deo cuius misericordia creati pro cuius in hac lucis uita uenimus, cuius tuitione protecti, cuius etiam dono ditati, ipsi donare aliquid de alaude nostro satagimus qui nobis et quicquid sumus dedit, et quantum habemus tradidit. Unde congruum nobis uidetur ut qui cuncta nobis tribuit, partem sibi uindicet perpetim habituram suam nobis exinde poscentes largissimam misericordiam quatinus nobis impertire dignetur gaudia se credentibus repromissa. Quapropter tradimus ei alaudem nostrum qui est in comitatu Bisuldunense, in loco nuncupato Pontonos succedentem ipsum alaudem nobis ex hereditate parentum nostrorum seu per comparationem, quantum ibi uidemur habere uel meremur per quamcumque uocem, in ea uidelicet racione ut tam presens episcopus quam ex ordine ei in perpetuum succedentes seu clerici Domino famulantum uel beate Uirgini in eadem sede prebentes uel famulaturi erunt, in perpetuum expendere faciunt in ciúitate Gemnda quicquid Dominus ibidem dederit [p. 90b] in egestate pauperum uel ospicium peregrinorum. Si quis uero contra conditorem suum quod omnino fieri non credimus, aud hoc titulum donationis disrumpere conauerit uel aliquid fraudare siue minuere ex predio domini sui temptauerit, non uindicet quod repetit, sed primum iram eterni iudicis incurrat, postremum cum Iuda proditore dampnandus perpetuo igne.

Arxiu Diocesà de Girona ©

Acta est series donationis pridie kalendas iunii anno .XXV. regnante Lothario rege filo quondam Lodouici.
Oliba archileuita, Sonifredus qui hoc titulum donationis fecimus et testes firmare rogauimus. (s. man.) Morgardus hac si indignus sacerdos (s. man.). Ferrarius, hac si indignus sacerdos (s. man.). Ferrarius presbiter (s. man.). Arnulfus leuita (s. man.).
(s. man.) Trasericus subdiachonus, qui hanc scripturam donacionis scripsi et sub (s. man.) die et anno quo supra.

59

980, març, 8

Miró bisbe de Girona, en agraïment al comte Gaufred, que li havia fet justícia dels homes de Pals que pretenien sortir de la seva jurisdicció, remet a aquests les tasques, mantenint, però, l'obligació dels mateixos de satisfer certes prestacions a la seva seu.

Cart., pp. 71b-72b. Ed.: VL 13, ap. 18, pp. 251-252. Reg.: B 57.

Antiquitus sancitum est et in precedentium patrum sententiis reperimus scriptum ut circa uictas personas ac presertim paupertate depressas et seueritatem legis aliquantulum debeamus temperare, quia sicut ipsa lex fertur si in toto proprietas iudicii adtenditur, procul dubio mansuetudo deseritur. Idcirco ego Miro, sancte sedis Gerundensis ecclesie antistis, una cum consilio et conibentia nostrorum cetu clericorum, ob amorem Dei et mercedem dompni Gauzfredi comitis qui nobis dignatus est fieri de hominibus qui habitant in uilla que dicitur Palaz qui scripturam falsissimam in eius iuditio protulerunt in contrarietatem scripte sedis et ipsum alodem qui dicitur Palaz euaserunt de dictione prefate sedis, propter honorem et mercedem supradicti comitis nostreque legis censura qua merebamini eis indulgemus. Insuper et ipsum alodem quem de potestate prefate sedis euaserunt eis beneficiamus, sub ista uidelicet racione ut de ipsas terras taschas non donent nec de ipsas uineas quartum nec medium. Ceteras uero funcciones et redibitiones persoluent quemadmodum soluere consueuerunt, oblias [p. 72a] quoque in octabas Natalis Domini persoluant aut costolatico unum cum ancha aut capones .II. et eminas singulas de ordeo et focatias duas triticeas et eminas singulas de uino per singulos annos. Uendere aut donare aut commutare ipsum alodem non presumant nisi inter se conuiuentes ipsius uille. Seniorem exterum aut mundanum sibi non eligant nisi autem me aut a successoribus meis largitum atque concessum, quod si aliter fecerint statim initio sue transgressionis careant huius alodii benefitium. Statuimus etiam ut nullus successor nostrorum eis censum alium augere audeat.
Facta hec scriptura .VIII. idus marcii anno .XXVI. Lotario rege regnante.
+Miro gratia Dei episcopus sss. Barone leuita (s. man.). Miro sacerdos (s. man.). Otho leuita (s. man.). Seruus Dei presbiter (s. man.). Petrus archileuita. Seniofredus subdiachono (s. man.) sss. Uuibertus archileuita sss. Leuita Arnulfus (s. man.) clericus. Wigo diachonus. Adalbertus presbiter sss. Aimericus leuita (s. man.). Oliba leuita sss. Teudericus presbiter. Seniuldus presbiter (s. man.). Miro presbiter sss. Amalricus subdiaconus. [p. 72b]
+In Dei nomine Tridiarius presbiter et cantor qui hanc scripturam scripsi et (s. man.) sub die et anno quo supra.

Arxiu Diocesà de Girona ©

60

983, febrer, 22

Giscafred prevere fa donació a la seu de Girona, en mans del bisbe Miró Bofill, d'una terra situada al comtat d'Empúries, al terme de Vulpellac, arnb retenció de violari.

Cart., pp. 111b-112a. Reg.: B 58.

In nomine Domini ego Guiscafredus presbiter. Certum quidem et manifestum est quia placuit animis meis et placet iullius cogentis imperio nec suadentis ingenio, sed propria et spontanea hoc elegit michi bona uoluntas ut donare fecissem ilodium meum proprium sicuti et facio ad domum Sancte Marie sedis Gerundensis ecclesie quod ego habeo uel habere debeo in comitatu Empuritano, in uilla Uulpiliaco uel in eius termines, idest casas, curtes, ortos, terras, uineas, arboribus, pratis, pascuis, tquis aquarum, cultum et heremum, quantum dici uel nominari potest, sic dono iam dictum alodem ad prephatam ecclesiam, ego am dictus Guisgafredus presbiter cum exiis et regressiis earum et cum illorum affrontationibus, sub ista uidelicet ratione, ut dum ego uixero teneam iam dictum alodem a prefata ecclesia ego iam lictus in seruitio prefate ecclesie et per benefitium donno Mirone episcopo, et post obitum meum remaneat ad iam dicta ecclesia et domno Mirone episcopo quem uocant Bone Filio et uccessoribus suis si eum superuixero sine ulla occasione aut inquietudine. Quod si ego donator aut ullus homo qui contra ista tonatione uenerit pro irrumpendum aut ego [p. 112a] non hoc ualeam aut ualeat uendicare quod requirit, sed componam aut omponat iam dictum alodem in duplo ad iam dicta ecclesia cum imni sua melioratione et inantea ista donatio firma permaneat omnique tempore.
Facta ista scriptura donationis .VIII. kalendas marcii anno .XXVIIII. regnante Lotario rege filio quondam Lodouici.
Guisgafredus presbiter qui istam donationem feci et firmare ogaui. (s. man.) Arnulfus diachonus (s. man.). +Otho leuita sss. Uibertus archileuita SSS. Guiscafredus presbiter (s. man.). Americus leuita (s. man.). Sentildes presbiter (s. man.). Uuillelmi presbiteri (s. man.). Arfredus archileuita sss.
In Dei nomine Richarius presbiter qui istam donationem scripsi cum isto pacto suprascripto et sub (s. man.) die et anno quo supra.

61

984, abril, 28

Guifred ven a Adalgarda una terra situada al comtat d'Empúries, al vilar Oriol, pel preu de 10 sous.

Cart., pp. 259b-260a. Reg.: B 59.

In nomine Domini, ego Uuifredus uinditor sum tibi Adalgardis femina emptrice. Per hanc scripturam uenditionis mee uindo tibi terra mea propria que mihi aduenit per cartam donationis de uxori mea nomine Aluira femina, et est in comitatu Impuritano in terminio de

Arxiu Diocesà de Girona ©

uillare Oriollus, et affrontat de oriente in flumine Adaron et habet dextros .XXIIII., de meridie in terra de Ferrocinto quem uocant Tauello et habet dextros .XXVIII., de occiduo in terra de Petro et habet dextros .XXIIIII., de circi in terra de Ranoualdo et habet dextros .XXIIII. Quantum infra istas quatuor afrontationes includunt, sic uendo tibi ab omni integritate cum exio uel regressio earum in precio solidos .X. quod tu emptrice mihi dedisti et ego uenditor manibus [p. 260a] meis recepi et nichil exinde remansit, est manifestum. Que uero ista omnia superius scripta de meo iure in tuo trado dominio et potestate ad faciendum exinde quod uolueris, in Dei nomine habeas potestatem a presenti die et tempore. Quod si ego uinditor aut ullus homo qui contra ista uenditione ad irrumpendum uenerit non hoc ualeat uendicare sed componat tibi in duplo et in antea ista uenditio firmam habeat potestatem.
Facta ista uenditione .IIII. kalendas madii anno .XXX. regnante Leutario rege filio quondam Ludouici.
Sig+num Uuifredus qui ista uenditione feci et firmare rogaui. Sig+num Leopardus. Sig+num Uuilarara. Sig+num Petro.
(s. man.) Bontesimus presbiter qui hanc uenditionem scripsit et sss die et anno quo supra.

62

985, maig, 4

Frediscle fa donació a la seu de Girona d'una vinya situada al comtat de Besalú, a la vila de Parets.

Cart., p. 303ab. Reg.: B 60.

In nomine Domini ego Fredisclus. Certum quidem et manifestum est enim quia placuit animis meis et placet nulloque cogentis imperio nec suadentis ingenio, sed propria et spontanea hoc elegit mihi bona uoluntas ut scripturam donationis uel traditionis fecissemus ad domum Sancte Marie sedis Gerunde de uinea mea propria que mihi aduenit per parentorum meorum, et est ipsa uinea in comitatu Bisullunense, in terminio de uilla de Pareds, et affrontat ipsa uinea a parte orientis in uinea de Sancta Maria et habet dextros .VIIII., de meridie similiter de Sancta Maria et habet dextros .XXV., et de [p. 303b] occiduo similiter de Sancta Maria et habet dextros .VIIII., et de circio similiter de Sancta Maria et habet dextros .XXV. Quantum infra istas .IIII. affrontationes includitur, sic dono uel trado ad domum Sancte Marie totum ab integro, cum exio uel regressio eorum in moderato et diffinito propter remedium anime mee. Quod si ego donator aut ullus homo qui contra istam scripturam donationis uel traditionis uenero uel uenerint ad irrumpendum aut inquietare uoluerit, in primis iram Dei inueniat et a liminibus sancte Dei Ecclesie fiat extraneus et cum Iuda Scarioth participationem habeat, et inantea ista scriptura donationis firma et stabilis permaneat omnique tempore.
Facta ista scriptura donationis .IIII. nonas madii anno .XXXI. regnante Leutario rege filio quondam Ludouici.
Sig+num Fredisclus qui istam scripturam donationis feci firmarique rogaui.
(s. man.) Utiba presbiter, qui istam scripturam donationis feci et firmare rogaui et scripsi (s. man.) die et anno quo supra.

Arxiu Diocesà de Girona ©

63

986, febrer, 24

Witiza i Esperandéu, marmessors d'Otó levita, lliuren a la seu de Girona alous situats a Cornellà.

Cart., p. 293ab. Ed. CONSTANS, núm. 47. Reg.: B 61.

In Christi nomine. Ego Uuitiza presbiter, quem alio nomine uocant Aurutio, et Sperandeo, qui sumus elemosinarii Otonis leuite. Certum quidem est atque perspicuum quia precepit nobis iam dictus Oto per suum testamentum, sicut in ipsa cognitione quam legaliter roborauimus resonat, ut scripturam donationis fecissemus a Uundalgaude (sic) fratri suo de ipso suo manso dominico quod habebat in comitatu Gerundense, in uilla Corneliano, et de omnem suam hereditatem quam ille habebat in iam dicta uilla Corneliano uel in eius termines et in uilla Curtes uel in eius termines, excepto ipsum alode quod donauit ad ecclesiam Sancti Petri que est in Corneliano, et exceptum ipso alode quod donauit ad Sancto Stephano quod est in uilla Surdis, et excepto ipsum alode quod donauit ad Soniuldo leuita, et in comitatu Bisullunense, ipsum alode quod habebat in Puzolas, sic iniuncxit nobis ut scripturam donationis fecissemus ad iam dicto Uuandalgaude sub isto uidelicet ordine, ut dum uiueret iam dictus Uuandalgaudes tenuisset iam dictos alaudes sic quod nec uindere uel comutare non licuisset ei; et si filios [p. 293b] de legitimo coniugio non habuisset, post obitum suum ad ecclesiam Sancte Marie sedis Gerunde absque ulla dubietate iam dicti alodes remanerent. Post hec igitur uterque, Otho uidelicet et Uandalgaudes Barchinona ingressi et a paganis comprehensi, nusquam comparuerunt deinceps. Et ideo nos suprascripti helemosinarii tradimus iam dictos alodes ad prefatam ecclesiam ob animarum illorum remedium, ut maneant ibidem mancipati in perpetuum sine alicuius minoratione uel contradictione, cum finibus et terminis et adiacentiis et illorum affrontationibus et uiarum exitibus atque reditibus. Quod si ullus uiuens homo hanc scripturam temerare conauerit, non hoc ualeat uendicare, sed hec omnia superius inserta, quantum adeo tempore meliorata fuerint, in duplo prefate ecclesie componere cogatur et hec scriptura firma permaneat omnique tempore.
Facta scriptura donationis .VI. kalendas inarcii anno .XXXII. regnante Lotario rege.
Uuitiza presbiter (s. man.), sig+num Sperandeo qui hanc scripturam donationis fecimus et firmare rogauimus. Sig+num Uidal. Sig+num Enego. (s. man.)
Morgadus presbiter, qui hanc scribturam donationis scripsit (s. man.) die et anno quo supra. [p. 294a]

64

992, novembre, 29

Seguer i Tedelet, esposos, venen a Baró ¡ a Ramon levita una mujada de terra situada al comtat de Girona, a Tuinano *pel preu de 24 sous.*

Cart., p. 292ab. Reg.: B 63, que data de 993.

Arxiu Diocesà de Girona ©

In nomine Domini, ego Segarius et uxor eius Tedeleth uel Bonadompna uenditores sumus uobis Barono et Raimundo leuita, emptores. Per hanc scripturam uenditionis nostre uendimus uobis terram nostram que nobis aduenit per parentorum nostrorum uel per comparationem , et est ipsa terra in comitatu Gerundense, in terminio de Tuinano, et affrontat [p. 292b] ipsa terra de parte orientis in terra de me uenditore, et de meridie in terra de Sancta Maria sedis Gerunda, et de occiduo affrontat in terra de me comparatore, et de circii affrontat in terra de me uenditore, et est modiata .I. et habet dexter et alnas .LV. et medio pede. Quantum infra istas .IIII. affrontationes includitur, sic uindimus uobis totum ad integritatem, cum exios uel regressios suos, idest propter precium solidos .XXIIII. et est manifestum. Quam uero ipsam terram de nostro iure in uestro tradimus dominio et potestate. Quod si nos uenditores aut ullus homo qui contra istam cartam uenditionis uenerit ad irrumpendum, non hoc ualeat uendicare quod requirit, et inantea ista uenditio firma et stabilis permaneat.
Facta carta uenditionis .III. kalendas decembris anno .VI. Ugone regnante.
Sig+num Segarius, signum Thedelet qui istam cartam uenditionis fecimus et testes firmare rogauimus. Sig+num Suniarius. Sig+num Longardus. Sig+num Semiarius.
(s. man.) Sennaudus presbiter, qui istam cartam uenditionis scripsit die annoque prefixo uel (s. man.) quo supra. [p. 293a]

65

993, febrer, 21

Els marmessors de Langobard, dit Bellhom, lliuren a la seu de Girona una terra situada a l'indret d'Examines o Vulpellera.

Cart., pp. 188a-189a. Reg.: B 62.

In nomine Domini, ego Mirone et Adalbertus sacerdotes et Bona Dompna femina et Esmeradus presbiter, aduocati qui sumus et tutores uel helemosinarii de quondam Longobardo quem alio nomine uocabant Belshom. Certum quidem et manifestum est quia commen[p. 188b]dauit nobis sua helemosina et precepit nobis ut scripturam donationis fecissemus de terra sua ad domum Sancta Maria sedis Gerunde quod ille habebat in iam dicto comitatu in Examines ad ipsa Uulpellera, et affrontat de oriente in terram de Uuilielmo, de meridie in terram Gerundelle femine, de occiduo in terra uel in uia Sancti Petri, de circi in terra Uuilielmo uel heredes suos, et est macelatum .I. Quantum infra istas quatuor affrontationes includunt, sic donamus nos helemosinarii ipsa terra ad domum Sancte Marie ab integro, cum omnes exias uel regressias earum, sicut nos iuratum et probatum habemus ut asserunt conditiones. Quod si nos donatores aut ullus homo qui contra ista scriptura donationis uenerit pro inrumpendum, non hoc ualeat uendicare quod repetit, sed componat ista terra in duplo cum sua immelioratione, et inantea ista donatio firma permaneat omnique tempore.
Facta ista scriptura donationis nono kalendas marcias anno . VI. regnante Ugone rege.
Miro presbiter et helemosinarius sss. (s. man.) Adalbertus presbiter et helemosinarius sss. sig+num Bona Dompna, nos helemosinarii qui istam donationem fecimus, firmauimus et firmare rogauimus. Sig+num Stephanus. Sig+num Amalrico. Sig+num [p. 189a] Marino.

Arxiu Diocesà de Girona ©

(s. man.) Sperandeo. presbiter qui ista scriptura donatione scripsi sub die (s. man.) et anno quo suppra.

66

994, gener, 31

Adalbert dit Baret, Ameli prevere i Garsenda, marmessors de Rudafred, lliuren a la seu de Girona una terra situada a Celrà.

Cart., pp. 211a-212a. Reg.: B 64.

In nomine Domini Ego Adalbert quem uocant Baret et Amidius presbiter et Garsens femina. Manifestum est enim quia comendauit nobis quondam Rudafredis in sua helemosina et precepit nobis ut scriptura donationis fecissemus ad domum [p. 211b] Sancte Marie sedis Gerunde de terra sua quam ille habebat in comitatu Gerundensi, in terminio de uilla Cilrano in locum quem uocant iuxta ipsa Strada, sicuti et facimus et sunt plus minus quarterades .V., in ea uidelicet ratione dum uixerit Miro presbiter teneat et possideat, et post obitum suum remaneat ad domum Sancte Marie, sicut in ipso iuditio resonat et nos iuratum habemus in serie conditionis. Quod si nos donatores aut ullus homo qui contra istam scripturam donationis uenerit ad irrumpendum, non hoc ualeat uendicare quod requirit, sed componat ipsam terram superius scriptam in duplo et inantea ista scriptura firma perma neat modo et omni tempore.
Facta ista scriptura donationis .II. kalendas februarii anno .VII. regnante Ugone rege. post obitum Lodouici.
Sig+num Adalberti quem uocant Baret, sig+num Gersendis, qui istam scripturam donationis fecimus et firmare rogauimus Sig+num Dominicus. Sig+num Uilfredus. Sig+num Sonifredus.
Amelius presbiter siue helemosinarius, qui istam scripturam donationis scripsit [p. 212a] et (s. man.) die et anno quo supra.

67

994, abril, 5

El comte Ramon Borrell I de Barcelona i la comtessa Ermessenda, esposos, donen a la seu de Girona tres alous, situats respectivarnent a Pals, Boada i Mollet.

Cart., pp. 68b-70a. Reg.: B 65.

In nomine Domini. Ego Raimundus comes et uxor mea Ermesens comitissa donatores sumus Deo et Sancta Maria sedi Gerunda ipsa turre que est in locum qui dicitur Palaz, que fuit de Olibano et de Seniofredo fratre suo, simul cum ipsa ecclesia Sancti Petri que est fundata iuxta ipsa turre cum omnes res que ad ipsam ecclesiam pertinent et cum ipsos alodes [p. 69a] qui sunt in comitatu Gerundense qui fuerunt de Olibano iam dicto et cum fratre suo Seniofredo quod Suniarius hodie tenet, id sunt casas, casalibus, curtes, curtilibus, ortis, ortalibus et terras et uineas, arboribus, cultum et heremum, quantum dici uel nominari

Arxiu Diocesà de Girona ©

potest quod fuit de supradictos fratres uel quod Suniarius hodie tenet. Hec omnia suprascripta tradimus et donamus nos ego Raimundus suprascriptus et uxor mea ad domum Sancte Marie suprascripte ad ipso iure perpetuo, et donamus ad supradicta sede ipsos alodes qui fuerunt de Ermetrude femina siue de Rauello qui fuit, in terminio de Buada uel in parrochia Sancti Felicis uel quod Guifredus de Rioner hodie ibi tenet, id sunt casas casalibus, curtis, curtilibus, ortis, ortalibus, arboribus, terras et uineas, cultum uel heremum ad proprium, et donamus ego Raimundus suprascriptus et uxor mea suprascripta ad suprascripta sede ipsum alodem de Molleto qui fuit de Olibano quod hodie tenet Suniarius qui fuit filius de Gardinia femina, id sunt casas, casalibus, curtis, curtilibus, ortis [p. 69b] ortalibus, curtibus, terras et uineas, cultum uel heremum, quantum Suniarius hodie ibi tenet. Hec omnia suprascripta aduenit ad me Raimundo per parentorum meorum uel qualicumque uoce, ad me Ermesens per meum decimum; et nos omnia suprascripta donamus et tradimus a proprio ad supradictam sedem. sine fraude et sine ulla resematione, cum exiis et regressiis earum et cum illorum affrontationes. Quod si nos donatores aut ulla persona hec scriptura uenerit ad inrumpendum, non hoc ualeat uendicare quod repetit, sed in duplo componat hec omnia suprascripta et inantea ista donatio firma et integra perma neat modo uel omnique tempore.
Facta donatione nonas aprilis anno .VII. regnante Ugone rege qui dudum fuerat dux.
Sig+num Raimundi comes, sig+num Ermesens comitissa, nos qui hanc donationem fecimus et firmare rogauimus. (s. man.) Arnulfus, ac si indignus episcopus et abba (s. man.) sss. Oliba archileuita. Adalbertus leuita (s. man.) (s. man.). Adalbertus leuita. Sig+num Oliba. Sig+num Guisadus. Sig+num Stephanus. Sig+num Seniuldus.
Ferreolus leuita qui istam scripturam donationis [p. 70a] scripsi die et anno quo supra.

68

995, gener, 20

Guitart arxilevita dóna a la seu una casa de recent construcció situada dins la ciutat de Girona, exceptuant-ne una part, destinada a alberg de pobres.

Cart., pp. 319a-320a. Ed.: VL 13, ap. 21, pp. 256-257; J. MARQUÈS-J. M. MARQUÈS, a AIEG 14 (1960) pp. 293-294. Reg.: B 66.

In nomine Domini ego Guitardo archileuita, donator sum domum Sancta Maria sedis Gemnda. Manifestum est enim quia placuit amicis meis et promptissime placent ut pro remedium anime mee et remedium anime auunculi mei Lobathoni condam cartam donationis fecissem ad tibi iam dicta domini nostri Ihesu Christi genitrice Sancte Marie de domibus meis in quo (sic) nunc habito et dego, sicuti et facio. Dono namque tibi per huius donationis indaginem ipsas meas domos nouiter constructos, que ego habeo [p. 319b] infra muros de Gerunda ciuitate, iusta cellarium atque cenaculum episcopale, qui mihi aduenit per mercedem largitionis quod michi fecit predicto auunculo meo bone memorie quondam Lobatono, cuius memoria in benedictione sit semper, seu per quamcumque uoce. Que affrontat ipsum mansum uel domum cuncta sui officinia de parte orientis in uia et platea que pergit ad Gerundella, de meridie similiter in uia et in platea predicte ciuitatis, qui ambit ea, de occiduo in casas de Goltredo leuita et Guifredo sacerdote, de circi in coquina et curte

Arxiu Diocesà de Girona ©

et solario episcopale. Quantum istas affrontationes totidem includunt, cum solos et superpositos, cum guttis et stilliciniis, cum curtibus et diuersis officiniis atque hedificiis, sic dono ea omnia ad tibi supralibata uirgine Sancta Dei genitrice Maria ab omni integritate, simul cum exiis et regressiis earum, exceptus ipsa xenodochia que ad pauperum ac peregrinorum hospitia supralibato auunculo meo Lobaton iussit construere, et est manifestum. Que uero predicta domo uniuersaque eius pertinentia que supra resonat, que tibi gloriosa dono atque concedo, de meo iure in tuo trado, ita ut diebus uite mee teneam eum et possideam quiete et secure et sine aliqua [p. 320a] inquietudine quamdiu uixero. Et post obitum meum remaneat ad tibi prelibata uirgine Sancta Maria cum omni integritate, et quicquid exinde serui tui uoluerint gerere et facere, plenissimam in omnibus licentiam habeant et perfluant, quemadmodum et de aliis munificentiis sedis tue pertinentibus. Quod si ego donator aut ullus aliquis homo qui contra hoc uenerit ad inrumpendum, non hoc ualeat uendicare, sed componat aut componam tibi suprataxata omnia in quadruplum prout patres sancti sanxerunt, et in antea ista donatio firma permaneat omnique tempore.
Acta donatione .XIII. kalendas februarii anno .VIII. regnante Hugone rege qui dux fuerat pridem.
Guitardo, qui ista donatione feci et firmare rogaui. (s. man.) Arnulfus ac si indignus gratia Dei episcopus et abbas+. Aiz archipresbiter (s. man.). Eredarius (s. man.)
+Bonus Homo leuita scripsit (s. man.) die annoque prefixo.

69

996, agost, 7

Belletrudis ven a Bonuç una terra situada al terme de Corçà, indret d'Anyells, pel preu de tres mancusos.

Cart., p. 214ab. Reg.: B 67.

In nomine Domini ego Belletrudis femina uenditrix sum tibi Bonutio. Per hanc scripturam uenditionis mee uendo tibi terram meam que mihi aduenit de quondam uiro meo nomine Gondemar uel propter meum lectuosum, et est ipsa terra in comitatu Gerundense, in terminio Carciano que dicunt Angells, et affrontat ipsa terra de oriente in terra de filiabus suis de quondam Uuadamir, et habet dextros .LXXX., de meridie in terra Sancta Maria et habet dextros .XL., et de occiduo similiter in terra Sancta Maria, et habet dextros .LXX., de circio in terminio Angells uel in ipsa terra herma, et habet dextros .XVI. Quantum infra istas .IIII. affrontationes includunt, sic uendo tibi ipsam terram totum ab integrum cum exio et regressio [p. 214b] eorum propter precium mancusos tres, nichilque de isto precio apud uos emptores non remansit et est manifestum. Quod uero de ipsa terra de meo iure in tuo dominio trado et potestate faciendi exinde quod uolueris. Quod si ego uenditor aut ullus homo qui contra hanc istam scripturam uenditionis uenerit pro inrumpendum, non hoc ualeat uendicare sed componat ipsam terram in duplo et in antea ista scriptura uenditionis firma et stabilis permaneat omnique tempore.
Facta ista scriptura uenditionis .VII. idus augusti anno .X. regnante Ugone rege.
Sig+num Belletruda femina, qui ista scriptura uenditione feci et firmare rogaui. Sig+num Gogmar. Sig+num Odone. (s. man.) Undilane presbiter. Sig+num Sonifredo.

Arxiu Diocesà de Girona ©

Rodegerius presbiter qui istam scripturam uenditionis scripsi cum die et anno (s. man.) quo supra.

70

1002, desembre

El papa Silvestre confirma al bisbe Odó de Girona les possessions del seu bisbat que s'esmenten, situades als comtats de Girona, Besalú, Empúries i Peralada.

Cart., p. 57. Còpia del s. XII: ADG *Mitra* C 6, núm. 88, d'acord amb la qual corregim el text. Ed.: MH ap. 150, cols. 958-959; ES 43, ap. 25, pp. 419-421. Reg.: B 69; Marquès, *Pergamins*, núm. 5.

+Siluester episcopus seruuus seruorum Dei, dilecto filio Oddoni uenerabili episcopo sancte sedis Gerundensis ecclesiae tuisque successoribus in perpetuum. Desiderium quod religiosorum prepositorum ordinacione et sanctorum locorum stabilitate permanere monstratur sine aliqua est Deo auctore dilacione sustentandum et quociens in sue utilitatis commodis nostrorum assensus et apostolicorum auctoritatis exposcitur presidium iuxta benignitatis intuitum nobis conuenit subuenire et pie pro integra securitate ex racione solidare ut ex hoc nobis quoque primum a conditore omnium Deo in sidereis arcibus ascribatur. Et ideo, quia postulastis a nobis ut prefatum episcopatum Sanctae Mariae Gerundensis ecclesiae apostolicorum auctoritatis proprie muniremus et omnia eius pertinencia perenni iure ibidem inuiolabiliter permanendo confirmaremus, uidelicet, quantum habere uidetur infra muros ciuitatis Gerundensis uel in eius comitatu una cum ecclesia Sancti Felicis martiris et Sancti Narcissi qui est iuxta portam ciuitatis Gerundae cum omnibus eorum pertinenciis et ecclesiam sancte Mariae quam dicunt Episcopale simulque cum ipso alaude uel fisco que dicunt Fontaneto et Fonteadeta et Apiliares et Uentinacho et Muro et Murello de Palacio et ipsa fonte, hec omnia cum decimis et primitiis et oblacionibus et seruicium fiscale; et ipsum alaudem que dicunt Pariete Rufino cum terminis et adiacenciis suis et omnes ecclesias parochiales uel appendi[p. 57b]cios qui sunt in omni comitatu Gerundense, cum decimis et primitiis et oblacionibus et alaudes que ad ipsas ecclesias pertinent uel habere uidentur. Et terciam partem de ipsamoneta de ciuitate Gerunda simul cum censu de ipsos iudeos atque terciam partem de ipso toloneo de ipsos mercatos de predicta ciuitate uel de ipsius comitatu et terciam partem de ipsos pascuarios de predicto comitatu.

Et in comitatu Bisuldunense ipsum alaudem quem dicunt Baschara et ipsum alaudem de Crispiniano cum eorum terminis et adiacentiis et cellam sancti Laurencii qui est super castrum Bebeta quemadmodum federata per precepta regalia detinet, et ecclesiam Sancti Martini que est in locum quem dicunt Calidas, cum omnibus que habere uidentur, et omnes ecclesias parrochiales uel appendicias que in predicto comitatu Bisullunensi sunt, qui sunt de predicta sede uel esse debent, cum decimis et primiciis et oblacionibus et alaudes que ad ipsas ecclesias pertinent, cum tercia parte de teloneo et mercatos suos et ipsos pascuarios.

Et in ciuitate Empurias omnia quantum ibidem predicta sedes habet, cum ipso censu de ipso mare. Et in comitatu predicto Empuriense ipsum alaudem quem dicunt Uliano, cum terminis et adiacentiis suis et cum seruicio fiscale, et ecclesias que ibidem sunt fundatas cum decimis et primiciis et ob[p. 58a]laciones que ad ipsas ecclesias pertinent, et ecclesiam Sancti Iohannis que est in Bedenga cum decimis et primiciis et oblacionibus et omnes

Arxiu Diocesà de Girona ©

ecclesias parrochiales cum eorum appendicios que sunt in predicto comitatu Empuriense sunt, una cum decimis et primiciis et oblacionibus que sunt de ipsas ecclesias.
Et in Petralata ecclesiam Sancti Martini cum decimis et primiciis et oblacionibus suis, et in comitatu Petralatensi ecclesiam Sanctae Mariae cum decimis et primiciis et oblacionibus et alaudibus suis et omnes ecclesias parrochiales cum eorum appendiciis qui sunt in comitatu predicto Petralatensi cum eorum decimis et primiciis et oblacionibus et alaudibus, et terciain partem de teloneo de ipsos mercatos et terciam partem de ipsis pascuariis. Et ut absque iugo seu iurisdiccione cuiuscumque personae constabilire nostri priuilegii pagina corroboraremus, propterea tui flexi precibus per huius nostre auctoritatis priuilegium statuentes decernimus ut cuncta loca urbana uel rustica, idest plebes, ecclesias, cortes, castellas, casales, turres, uineas terras diuersaque predia culta et inculta, omnia et in omnibus quantum predicta sedes Sancte Marie in predictos comitatos hodie habet uel habere debet et inantea auxiliante Deo adquisitura erit, cum magna securitate quietus debeas possidere, et post te uniuersis successoribus tuis episcopis in perpetuum, ita ut nullus dux, marchio, comes, uicecomes siue quaelibet magna pamaque persona ipsum episcopatum de prephatis omnibus rebus que inibi pertinere [p. 58b] uidentur audeat inuadere, molestare uel inquietare, et hec omnia ut supra iussimus tota in perpetuum persistant, statuimus apostolica censura sub diuini iuditii operacione et anathematis interditione ut nulli numquam successorum nostrorum pontificum presumant aliquam uim aut inuasionem de ipso episcopatu ad ipsa sede predicta facere. Si quis autem, quod fieri non optamus, temerario ausu contra huius nostre apostolicorum confirmaoionis seriem uenire temptauerit, sciat se Dominum apostolorumque principis Petri anathematis uinculo innodatum et cum diabolo et eius atrociis pompis atque Iuda traditore Domini et saluatoris nostri Ihesu Christi in aeternum ignem concremandum, simulque et in uoragine tartarea dimissus cum impiis deficiat; qui uero custos et obsemator huius nostri priuilegii extiterit, benedictionis gratiam et uitam aeternam a Domino consequatur in secula seculorum.
Scriptum per manus Petri notari et scriniarii Sancte Romane ecclesie in mense decembri indicione istae primae.
Exemplar translatum de autenticho. (signes tironians). Bene ualete. [p. 59a]

71

1003, juny, 4

A petició del bisbe Odó de Girona, el comte Bernat de Besalú reconeix judicialment no tenir drets sobre les esglésies, que defineix, de Sant Pere de Montagut i Sant Feliu de Beuda.

Cart., pp. 54a-55a. Ed.: MH ap. 151, cols. 959-960: ES 43, ap. 26, pp. 421-423; VL 13, ap. 22, pp. 257-258. Reg.: B 70.

Antiquitus enim sancitum est et in precedentium patrum sententiis repperimus scriptum ut iudex de re discussa iuditia conscribat sua quam manu roboret qualibet affuturum ex hoc intentio moueatur. Quapropter ego Sonifredus iudex et Uillelmus et Senderedus iudices, imperante Bernardo gratia Dei comite, scriptura noticie statuimus qualiter modo uenit Odo episcopus sancte sedis Marie Gerundensis ecclesie una cum suorum caterue clericorum in castrum Bisullunum ante suprascripto comite ante suosque regni proceres, idest Adalbertus,

Arxiu Diocesà de Girona ©

Abbo, Dela, Wadamiro abbates, laicorum presentia Miro uicecomes, Auriolus suoque filio Iohanne, Adalbertus filius Fredoloni et Adalbertus Tassioni, Amalrico, Sonifredo, Rogario, Bonifilio, Miro, Menardo, Ardimanno, Arnal Tebert et item Senfredo, Stephano saione; et ante suprascriptos iudices uel ceterorum bonorum hominum ibidem consistentium suam ingenti promit querelam de parrochia Sañcti Petri que est situs in Monte Acuto et de parrochia Sancti Felicis cuius domus est fundata in uilla Beuita, quod predictus comes tenet, et clamat ut has ecclesias cum omnes earum decimas, primitias uel oblationes fidelium debent esse proprie de predicta sede et in eius iure manere perhenniter. Predictus comes libenter eum audiuit et diligenter inquisiuit utrum debent esse de prefata sede an suus directus per ulla sua adquisicione aut per uoce suorum parentorum. Has igitur uoces requisitas, ego suprascriptus Bernardus audiui auctoritates prefatam [p. 54b] sedem, timui transgredere precepta sanctorum canonum et recognoui meminitas ecclesias cum omnia que ad eas pertinent plus esse directum domino Deo sueque genitricis Marie et de predicta sede uel suprascripto Odoni episcopi quam meum aut de nulla potestate seculari sine consensu aut donitum de supradicto episcopo aut suis successoribus. Et ego suprascriptus Bernardus dimitto eas per directum de predicta sede in potestate suprascripti Odoni episcopi et canonicis eius qui ibidem aderant, idest Uillelmo archileuite et Argimiro primi scrinii necnon et Agalberto et Adalberto, Arnusto uidelicet et Raimundo, Galindo quoque et Bone Filio, Soniofredo scilicet et Gondemaro, Domnutio quamuis et Uillelmo et Sperandeo et Berengario, Petrone et Alexander, ut deinceps nec ego nec ullus uiuens homo nec ulla potestas secularis suprascriptas ecclesias, omnia que ad eas pertinent de iure prefata sede subtrahere presumpserit, aut ista scriptura nostre definitionis uiolare conauerit aut inualidam eam fieri uoluerit, hoc quod repetierit inane fiat et omnipotens Deus una cum sanctis suis ei resistat et insuper ista supranominata omnia a suprascripta sede in quadruplo componere cogatur et canonica dampnatione subiaceat, et in antea ista notitia uel diffinitione firma et inconuulsa permaneat in euo.

Acta est igitur hec noticia uel diffinitione .II. nonas iunii anno .VII. regnante Rodberto rege.

Sig+num Bernardus + gratia Dei comes, qui hanc notitiam uel diffini[p. 55a]tionem firmaui et testibus ad roborandum tradidi. Sig+num Miro uicecomite. Sig+num Oriol. Sig+num Arnal. Sig+num Mir. Sig+num Adalbertus. Sig+num alium Adalbertum. Sig+num Menardus. Sig+num Ardman. Adalbertus. Sig+num Sonifredus. Sig+num Abo, aba cenobii Sancti Laurentii. Miro (s. man.). Stephanus (s. man.). Ego Guilielmus iudex huius edictionis tactu necessitate occulorum signoque impressionis corroboro. +Sonifredus iudex (s. man.). Adalbertus sacerdos et abba (s. man.).

72

1005, abril, 8

Renoviga ven a Guisla una possessió situada al comtat de Girona, a Fellines, pel preu d'una unça d'or.

Cart., pp. 267b-268a. Reg.: B 71.

In nomine Domini ego Renouiga femina uinditrice sum tibi Uisla femina emptrice. Per hanc scripturam uinditionis mee uindo tibi casas cum curtes et ortos et terras cultas uel in[p. 268a]cultas, uinealibus, arboribus pomiferis uel impomiferis, et aduenit mihi omnia per

Arxiu Diocesà de Girona ©

commutationem uel per qualemcumque uocem, et sunt ista omnia in comitatu Gerundense, in locum quem dicunt Felines in eius termines. Et affrontat ista omnia de parte orientis in canadel que uocant Cirisol, et de meridie in Espidels et de occiduo in Villa Freder et de circi in Fonolegt. Quantum infra istas .IIII. affrontationes includunt sic uindo tibi ista omnia superius scripta que ego habeo uel habere debeo per qualicumque uoce ab integro, cum exio uel regressios earum precium inter me et te bene conuenit .I. unctia auri, nichil de ipso precio apud uos emptores non remansit et est manifestum. Que uero ista omnia superius scripta de meo iure in uestro trado dominio et potestate. Quod si ego uenditrice aut ullus homo qui contra hanc scripturam uenditione venerit ad irrumpendum aut ea venero, componat tibi ista omnia superius scripta in duplo, et inantea ista scriptura uenditionis firma et stabilis permaneat omnique tempore.
Facta scriptura uenditionis .VI. idus aprilis anno .VIIII. regnante Rotberto rege filio quondam Ugonis.
Sig+num Renouiga qui istam scripturam uenditionis fecit et testes firmare rogauit. Sig+num Raimundus. Sig+num Sonifredus. Sig+num Ermesindo. Adalbertus presbiter.
+Stephanus leuita qui istam scripturam uenditionis feci et scripsi et (s. man.) sub die et anno quo supra [p. 268b].

73

1005, novembre, 14

Miró prevere, i Ennec dit Llops, marmessors de Joan, lliuren a la seu un camp situat al comtat de Girona, al terme de Domeny.

Cart., pp. 359b-360a. O.: ACG, Roura núm. 30. Reg.: B 72.

In nomine Domini ego Mirone presbitero et Ennegone quem uocant Lobs, qui sumus aduocati uel elemosinarii de condam Iohanni. Manifestum est enim quia commendauit nobis condam Iohanni sua helemosina et iniunsit nobis scriptura donacionis fecissemus ad domum Sancte Marie sedis Gerunde de ipso campo qui est subtus ipsa uia usque ad ipsa uia que pergit ad Sancto Gregorio, et est ipso campo in comitatu Gerundense, infra terminio de uillare qui fuit de condam Amoroni, uel in locum quem dicunt ipsa Coma, et affrontat ipso campo cum omnes arbores qui ibidem sunt, tam maiores quam minores [p. 360a] de oriente in ipso torrente qui inde discurrit per tempus pluuiarum, de meridie in ipsa uia que inde pergit, de occiduo in terra Sancti Petri Gallicancii et de circii similiter in terra Sancti Petri. Quantum infra istas .IIII. affrontaciones includunt, sic donamus ipso campo sicut superius resonat totum ab integrum cum exiis et regressiis earum ad iam dicta ecclesia propter remedium anime de condam Iohanni. Quod si nos donatores aut ullus homo uel femina qui contra ista scriptura donacione uenerit ad inrumpendum, non hoc ualeat uiridicare quod requirit, sed in primis iram Dei omnipotentis incurrat, et a liminibus sancte Dei Ecclesia extraneus fiat et cum Iuda qui Dominum tradidit particeps fiat et inantea ista scriptura donacione firma permaneat omnique tempore.
Facta ista scriptura donacione . XVIII. kalendas decembris anno .X.mo regnante Rodberto rege.
(s. man.) Miro presbiter et elemosinarius. Sig+num Ennegone quem uocant Lobs, qui ista donatione fecimus et firmare rogauimus. Sig+num Arnall. Sig+num Oriolo. Sig+num

Arxiu Diocesà de Girona ©

Gerundes.
(s. man.) Erouigius presbiter, qui ista scriptura donacione scripsit et (s. man.) die et anno quo supra. [p. 360b]

74

1007, febrer, 22

Lomarig ven al bisbe Odó un alou que té a la ciutat de Girona, al Mercadal, pel preu de dos mancusos.

Cart., pp. 335b-336a. O: ACG, Roura, núm. 31, que data de 1006. Reg.: B 73.

In nomine Domini ego Lomarig uenditor sum tibi Odone episcopo emptore. Per hanc scripturam uindicionis mee uindo tibi alodem meum proprium quod habeo prope Ierunda ciuitate ad ipso Mercadal, quod mihi aduenit per parentorum meorum. Affrontant hec omnia ipsa terra de parte orientis in terra Sancta Maria, de meridie similiter, de occiduo in terra comitale, de circii in ipso reg. Quantum infra istas .iin. affrontaciones includitur sic uindo tibi predicta omnia tota ab integre, cum exiis et regressiis earum et cum illorum affrontacionibus in propter precium mancusos .II. de auro cocto iaffarinos, et nichil de ipso precio apud te emptore non remansit ad soluendum, et est manifestum. Que uero hec omnia superius scripta de meo iure in tuo trado dominio et potestate ad omnia facere quod uolueris. Quod si ego uinditor aut ullus homo uel femina quod contra ista scriptura uindicione uenerit pro inrumpendum, non hoc ualeat uindicare quod requirit, sed componat tibi ista omnia superius scripta in duplo cum omni sua inmelioracione, et in antea ista scriptura uindicione firma permaneat omnique tempore.
Facta ista scriptura uindicione .VIII. kalendas marcias anno .XI. regnante Rodberto rege.
Sig+num Lomarig, qui [p. 236] ista uindicione feci et firmare rogaui. Sig+num Guischafredus. Sig+num Reimundus. (s. man.) Bonusomo presbiter sss.
(s. man.) Cassius presbiter, qui ista scriptura uenditionis scripsit et + sub die et anno quo supra.

75

1015, juny, 19

El comte Ramon de Barcelona i la comtessa Ermessenda, a fi d'augmentar el preu que han pagat per l'adquisició de l'església de Sant Daniel, fan donació a la seu de quatre mujades de terra situades prop del Mercadal de Girona, a fi que les tingui el sagristà de la mateixa seu.

Cart., p. 55ab. O. ACG, Roura núm. 33. Ed.: ES 43 ap. 27, pp. 423-425. Reg.: B 74.

In nomine Domini. Ego Raimundus gratia Dei comes et coniux mea Ermesindis uoluntate Dei comitissa, nos uterque nostra sponte donatores sumus domino Deo et domui Sancte Marie matris domini sedi Gerundensi aliquid de propietate nostra, idest quatuor modiatas de terra propter ampliationem et magnificationem precii uidelicet .C. auri untias quas nos

Arxiu Diocesà de Girona ©

dedimus pro scriptura emptionis quam nobis fecit Petrus aepiscopus istius sedis cum suis cannonicis de aecclesia Sancti Danielis, cum suis omnibus rebus, que sita est prope urbem Gerundensem ut istud precium maius et ampliatum fuisset sicuti est. Aduenit mihi Raimundo comiti per genitores meos et mihi Ermesindi comitisse per uocem quam leges gotice dant uxoribus comitum in iilorum rebus. Est hec terra quatuor modiatas iusta urbem Gerundensem in ipso plano super ipsum Mercadalem. Affrontat a parte orientis in terra de nobis [p. 55b] donatoribus, de meridie, in ipso Guadello siue in strata, de occiduo in ipso rego comitale, de parte uero circii in terra de nobis donatoribus. Quantum iste affrontationes includunt, sic donamus domino Deo et domui prelibate sedis, eo tenore totum ab integro, ut omnes sacriste qui ab hodierno die usque ad finem seculi fuerint de predicta sede beate Marie teneant predictam terram modiatas quatuor unusquisque in suo hordine sub seruitio Christi et iam dicte sedis, et de nostro iure in ius prefate sedis transfundimus et immittimus cum exiis et regressiis eius ad proprium. Quod si nos donatores aut aliquis homo iniuste et absque lege hanc donationem inrumpere temptauerimus aut temptauerit, euanescat eius assertio uel nostra et insuper pro temporali pena componat predicte domui beate Marie prescriptam terram quatuor modiatas in triplum, et inantea hec donatio firma permaneat omnique tempore.
Facta ista donatio .XIII. kalendas iulii anno .XVIIII. regnante Roberto rege.
+Raimundus, gratia Dei comes, +Ermesindis gratia Dei comitissa, nos qui ista donatione fecimus et firmare rogauimus. Sig+num. Bernardus Seniofredus. Sig+num Gerallus de Uelleigo. Sig+num Dalmatius de Rocabertino, frater eius. Sig+num Raiambaldus. Sig+num Isuardus, frater eius. Sig+num Miro Ostalensis. Sig+num Gilmundus. Sig+num Berengarius. Sig+num Gitardus Spado. Sig+num Ermemirus Companus. Sig+num Guandalgadus de Albares. Sig+num Gaucefredus Bernardus.
Poncius cognomento Bonifilii, clerici et iudicis, qui hec scripsi et sss sub die et anno quo supra (s. man.). [p. 56]

76

1018, juny, 30

El comte Berenguer i la seva mare Ermessenda fan donació a la seu de Girona d'un alou situat a Ullastret.

Cart., p. 19ab. O.: ACG Roura, núm. 35. Reg.: B 75.

In nomine Domini. Ego Berengarius gratia Dei comes, simul cum genitrice mea Ermessendis comitissa donatores sumus ad domum Sancte Marie sedis Gerunda alodem nostrum quod abemus in comitatu Impuritanense, in locum quem dicunt Uliastret et in Uellosos et in Tres Miseros, idest casas, curtes, ortos, terras, uineas, pratis, pascuis, siluis, garricis et cum ipso stagno qui ibidem est et cum ipsas ecclesias que ibidem sunt, cultum et heremum cum omni funcione uel redibitione earum et cum omnes agencentias uel termines earum, et aduenit hec omnia ad me Berengario per uocem genitori meo Raimundo quondam comite, quod ille acquisiuit per donatione uel uindicione quondam Guislaberti comitis uel Ugoni fratri suo, et ad me Ermesendis per meum decimum uel per qualicumque uoce uel auctoritate, et abent affrontationes ipsi alaudes de una latus in terminio de Fontanilias uel

Arxiu Diocesà de Girona ©

de Palacio, et de alia latus subiungit in terminio de Canipostel uel de Canepost, et peruadit per ipso termino de Laneras uel de Monte Tirone et peruadit usque ad terminio de Monte Fonellario ultra flumen Adarone, et de tercio latus nectitur in Monte Fonellario uel in eius termines uel in terminos de Cabliauels siue de Mata Iudica et peruenit usque ad terminos de Uillare Glecio [p. 19b] uel de Acunnano uel de Serra que dicunt Manualdo uel de Acunnanel, et peruadit per ipsum terminum de Libiano usque ad ipsum terminio de Fontanilias. Quantum infra istas totas affrontationes includunt, sic donamus et concedimus ipsos alodes Deo et Sancta Maria sedis Gerunda, uel ipsas ecclesias qui infra et supra ipsos alodes suprascriptos sunt, totum ab integro, cum exiis et regressis earum propter amorem Dei et remedium anime Raimundi comitis nostrorumque remissio peccatorum, et ideo quia recognouimus quod predictos alodes idest Uellosos cum suos termines per directum debent fieri de Sancta Maria sedis Gerunda, sicut in ipso precepto regali resonat, quia iam multa annorum est tempora transacta quod eum acquisiuit per preceptum regis predicta Sancta Maria. Quod si nos donatores aud ullus homo uel femina qui contra hanc scripturam donationis aliquam intulerit litem aut inferre uoluerit uim aut molestiam, aut uenerit pro inrumpendum, non hoc ualeat uindicare quod inquisierit, sed in duplo exsoluere cogatur prefatum alode cum sua immelioratione a prefata Sancta Maria, et in antea ista scriptura donationis firma permaneat omnique tempore.
Facta ista scriptura donationis pridie kalendas iulii anno .XX. tercio regnante Rodberto rege.
+Berengarius comes sss, sig+num Erminsindis gratia Dei comitissa, qui pariter in unum hanc cartam donationis fecimus et firmauimus et firmauimus et firmare rogauimus. Sig+num Udalardus. Sig+num Amadus uices comes. Sig+num Reimundus. (s. man.) Audericus presbiter.
Uuifredus gracia Dei abba, qui ista carta donationis rogatus scripsit et sub (s. man.) die et anno quo supra. [p. 20]

77

1018, agost, 26

Procés de la causa entre la comtessa Ermessenda de Barcelona i el comte Hug d'Empúries sobre la possessió de l'alou d'Ullastret.

Cart., pp. 20a-23b. Ed.: MH ap. 181, cols. 1013-1016. Reg.: B 76.

Hec noticia iuditii indicat causam que orta est inter Ermesendem comitissam et Hugonem comitem Impuritanensem anno uidelicet .XXIII. regni Roberti, post discessum domini Raimundi incliti comiti. Tenebat enim supradicta comitissa tutelam filii sui Berengarii comitis qui post finem patris remansit in minoribus annis. Propterea Hugo iam dictus requisiuit eam ut reddidisset illi alode quod dicitur Ulastred, quod ipsa tenebat per cartam uenditionis quam Hugo iste fecerat domino Raimundo comiti et per diffiniciones legales et per sacramentorum colligationes postquam iste Hugo transfuderat iam dictum alode cum omnibus suis pertinentiis et adiacentiis in potestate domini Raimundi comitis. Nam iste petitor asserebat se fecisse hanc cartam uendicionis in minoribus annis pro quo Ermessendis uice filii sui iam dicti, in presentia Bernardi comitis Bisullunensis et Olibani Ausonensis episcopi aliorumque multorum tam nobilium quam ceterorum uoluit fideiussorem dare Hugoni et uoluit se conligare cum illo legaliter, ut quemadmodum lex

Arxiu Diocesà de Girona ©

ordinasset, parata fuisset illi respondere et in iudicio reddere illi omnia que legaliter iudicata fuissent non debere esse iuris Berengarii prefati sed Hugonis. At ille renuit recipere fideiussorem seu alium legalem conligacionem, dicens facere bellum per militem suum cum altero milite domine Hermesendis ut utrisque decertantibus unus uictor effectus patuisset cuius iuris debebat esse quod requirebat. Cumque hoc noluisset [p. 20b] recipere iam dicta Ermesendis eo quod lex gotica non iubet ut per pugnam discutiantur negocia, Ugoni prefatus sine ulla auctoritate legis gotice uiolenter inuasit omne quod Ermesendis possidebat cum filio suo per cartam uendicionis et per alias legales definitiones seu sacramentorum colligationes que Ugo fecerat transactis etatis sue .XIIII. annis Raimundo comiti. Dumque Ermesendis ueraciter cognouisset se et filium suum expulsos esse iniuste a possessione supradicta, suprascripto anno mense augusto petiuit legaliter Ugonem iam dictum comitem in presentia Bernardi suprascripti comitis et Olibani episcopi iudiceque Guillemi Gerundensis et Gifredi Ausonensis et Bonifilii Barchinonensis residentibus nobilibus Mirono Ostalensi, Amato uececomiti Gerundensi, Gaucefredo Bernardo et Raimundo fratre eius, Audegario de Mulinello, Raimundo de Pubalo, Gaucefredo Uitale, Geraldo Caprariensi, Seniofredo Guitardo, Arnusto de Bigurio, Siluio cum patre suo Lobeto, Gifredo de Mulinello, Gondebaudo Bisorensi, Guilielmo de Sancto Stephano, Bernardo Amato leuita, Guilielmo leuita de Castro Olone, Bernardo Soniofredo, Gadallo Donnutio leuita, Raimundo Sancio, Seniofredo Lardale et Seniofredo Macoto, Bernardo Ruuiro, Ermengaudo Bernardo aliisque multis quorum nomina longum est texere, qui erant ex parte Bernardi comitis et Ugonis, tam clerici quam laici. Ad hanc quoque peticionem Ugo comes scriptis elegit assertorem suum Berengarium filium Eldemari de Fenestris ut uice sua ipse responderet. Ad hec quoque Ermessendis comitissa dicebat, sicuti et fecit dicens: Audio Ugonem comitem appellari eo quod [p. 21a] ipse inuasit posessionem uestram et abstulit eam a uestro iure; scio quia non inuasit quoniam ista possessio et infra terminos comitatus Empuritanensis et potestatem quam reges ibi pridem habuerunt, iste Ugo comes ibi habebat. Discucientibus hoc iudicibus probationem quam utraque pars proferebat, discusa prius ueritate uerborum, inuenerunt quod a die qua ipsum alode uenit in potestate Raimundi comitis, ipse comes Raimudus sine ullo impedimento integriter tenuit eum quemadmodum terminatum est in supradicta scriptura uenditionis, et omnem censum atque redibitionem omnemque potestatem quam ibi aut rex aut comes ante eum habuit, ipse comes Raimundus habuit et tenuit atque possedit in iam dicto alode Ulastredo cum omnibus illius pertinentiis et adiacentiis usque in diem quo mortuus fuit. Similiterque iam dicta comitissa cum filio suo post discessum iam dicti comitis tenuit prescriptum alode cum omnibus suis pertinentiis et adiacentiis et potestatem quam ibi aut rex aut comes ante eam habuit ipse (sic) tenuit cum filio suo et possedit, quousque ante iudicium, absentibus ipsis, Ugo comes iniuste inuasit possessionem hanc et maliuole et a dominio eius abstulit prescriptum alode cum omnibus rebus ibi repositis. Iudices autem cum illic patuit causa tante ueritatis, apertis codicibus legum gotorum, iudicauerunt quia hec possessio cum omnibus suis pertinentiis et adiacentiis reuerti debebat in potestate Berengarii comitis predicti et matris sue iamdicte et omnem po[p. 21b]testatem quam ante ibi habuerunt recuperare debebant, et Ugo comes, si aliquid periuditium potuisset recipere, exinde perdere debebat. Cumque hoc iudicatum fuisset a iudicibus, Bernardus comes nolens obedire huic iudicio tamdiu perseuerauit in ipsa contemptione quousque excogitauit rem inauditam, faciens confirmari a iudicibus supradictis iureiurando super altare Sancti Genesii de Orreolis hoc iudicium quoniam ipse fideiussor erat ex parte Ugonis, ut ipse Ugo talis extitisset in iuditio quemadmodum ilIi iudices legaliter iudicassent. Dato sacramento a

Arxiu Diocesà de Girona ©

iudicibus, Berengarius Eldemari filius assertor Ugonis interrogatus fuit a iudicibus ut recepisset testes quos comitissa proferebat legaliter. At ille noluit recipere eos, et proferens inanes et superfluas excusationes, absque consilio iudicum abstraxit se a iuditio. Post hec iudices secundum legis ordinem receperunt hos testes, Gaucefredum uidelicet et Bernardum Ruuirum et Seniofredum Guitardum et Geraldum fratrem Dalmatii, Audegarium de Molinellis et Seniofredum Lardalem, ita dicentes: Iuramus nos testes per Deum factorem omnium rerum et per altare et sacramentum Sancti Iohannis quod fundatum est in ecclesia Beate Marie uirginis que sedes Gerunde est, quia nos uidendo scimus quod Raimundus comes supradictus tenuit et possedit ipsum alode de Ulastredo cum omnibus suis pertinentiis et adiacentiis, cum omnibus censibus et oblationibus que exinde ullo modo exiebant quousque mortuus fuit, potestatem talem ibi illi [p. 22a] uidimus habere et possidere qualem aliquis homo uiuens in suis rebus propriis habet; iudicem et saionem ibi eum uidimus habere, et si que res ex placitis exiebant, comes Raimundus suam partem exinde habebat et habuit quousque obiit. Similiter post decessum eius uidimus Ermesendem comitissam et filium suum Berengarium habere et possidere supradictum alode de Ulastredo cum omnibus suis pertinentiis et adiacentiis et omnem supradictam potestatem uidimus eos ibi habere et possidere usque in diem quo Ugo comes inuasit hec omnia et abstulit a potestate et iure illorum. Dato autem hoc sacramento a testibus, iudices suprascripti consignauerunt supradictum alode in potestate Ermesendis comitisse et filii sui Berengarii comitis, ita dicentes: Nos creati iudices Gillelmus, Guifredus atque Bonus Filius, per omnes auctoritates legum que ad hanc rem pertinent consignamus et contradimus in potestate atque iure Ermessendis comitisse supradictique filii sui Berengarii supradictum alode de Ulastreto cum omnibus suis pertinentiis et adiacentiis et quicquid Ugo ex predicto alode presumpclosus inuasit et abstulit, totum tibi Ermesendi comitisse et filio tuo Berengario comiti consignamus et de potestate inuasoris in uestro dominio reducimus et transfundimus perhenniter habendum et quiete possidendum. Igitur, ut hoc iuditium maneat inconuulsum, gradatim sententiis legum eum muniuimus et ut cunctis perpateat quod Ugo comes ante iuditium nec debuerat usurpare quod usurpauit a potestate posessorum. Primo iudicauimus ut cartam uendicionis quam Ugo comes asserebat fecisse [p. 22b] in minoribus annis ante debuerat comprobari utrum ita esset quam res que per ipsam tenebantur inuase fuissent, dehinc iudicamus ut si aliquis pro hac carta uenditionis uiolentum aud pro aliqua re alia esse sibi Raimundum comitem astruxisset secundum legem que continetur libro .V. titulo .VL. capite .VI. debuerat astruere, quia ita dicit: *Si uiuentis cuiuslibet manifesta culpa non apparet, nefas esse nec dubitandum est ut eum quisque post obitum mansisse si reum accuset, ne igitur in fraude heredis defuncti quicumque post hec talia coneturpresumere huius legis sanctione redargui se nouerit, scilicet ut si quis quemlibet defunctum uiolentiis aut peruasorem sue rei siue directorem seu debitorem fuisse astruxerit, eumque quidquid illi certum secundum superiorem ordinem dixerit perpetrasse nec aliter eius assercioni credatur nec per qualemcumque scripturam aut testificationem legitimam id uerum esse indubitanter edoceat*. Sed quia Ugo comes non expectauit idcirco inuasionem de prescriptis rebus fecit. Et Iex que continetur in libro .V. titulo “Nil ita dicit” capitulo .XX.: *Si quis rem que est per iudicium repetenda priusquam aduersarium legaliter idest iudicialiter superet ita uendidit uel donauit alicui aut forsan tradidit occupandam ut absque audientia iudicis priuetur dominium possessoris, ipse qui possidet per executionem iudicis rem que occupata fuerat statim recipiat, nec de eius postmodum repeticione contempdat (sic) eciam si causa sit bona petentis*. Sed quia Ugo solet dicere quod Petrus, suus iudex illi tradidit suprascriptas res occupandas, scimus [p. 28a] quod iam dictus Ugo illi iudici primo

Arxiu Diocesà de Girona ©

mandauit atque deliberando tradidit eas ad occupandum et in suo dominio recuperandum, et pro eo quod ita fecit, sicut inuasor iudicabitur, quia rem antequam uinceret inuadi fecit. Et lex que continetur libro .VIII. titulo .I. capitulo .V. ita dicit inter alia: *Quia si nec expectata discussione id quod ab alio possidetur aut iuris alterius esse dignoscitur inuaserit, omne quod abstulit uel presumptuosus inuasit tam in mancipiis quam in ceteris rebus duplum ei restituat de cuius iure uisus est abstulisse, uel singulorum annorum fruges quas inde fideliter coilegisse iurauerit petitori compellatur exsoluere*. Et altera lex que continetur hoc libro et titulo, capitulo .VII. dicit ita: *Nullus domum inquietet absentis nec in expeditione publica constituti, et si quid per iuditium recipere potuisset absente eo que querat conuenturus inuaserit, reddat in duplum, si uero illus inuaserit, quod per nullum iudicium illi debebatur, reddat in triplum, hoc quod in aliis capitulis legum que ad hanc rem pertinent inuenietur.*
Actum est hoc iuditium .VII. kalendas septembris anno . XXIII. regni Roberti regis in Francia.
+Gaucefredus Uitalis. +Bernardus Ruuirus. +Soniofredus Gitardus. +Soniofredus Lardal, nos testes supradicte possessionis sumus et iurando testimonium nostrum confirmamus. +Gaucefredus Bernardus. +Raimundus Oliba. +Raimundus de Pubalo. +Arnustus de Bigurio. Siluius, Lobeti filius. +Lobetus. +Guilielmus de Sancto Stephano. +Bernardus Soniofredus.
+Raimundus Sancius. Mironus de Fabricata. Amado uicecomes. Wadalasare leuita. (s. man.) Uillelmus leuita. Bernardus leuita. [p. 23b] Ego Guilielmus iudex huius edictionis tactu necessitate oculorum signoque impressionis corroboro. +Guifredus Ieuita qui et iudex sub (s. man). Arbertus (s. man.). Falcucius leuita doctor paruulorum (s. man.). S. Poncii cognomento Bonus Filius clericus et iudex Barchinonensis.
Sig+num Poncius cognomento Bonus Filius, clericus et iudex qui hec scripsi et sss die et anno quo supra (s. man.).

78

1019, juliol, 21

Bernat s'exvacua judicialment, a instància de l'ardiaca Sendred, d'una petita illa de terra situada a Bàscara, a favor de la seu de Girona.

Cart., pp. 17a-18b. Reg.: B 79, que data de 1020.

Condiciones sacramentorum atque ordinatione Sonifredi iudice qui iussus est iudicare ista negotia uel placita per iussionem Senderi archipresbiteri et Guilielmo archileuita per iussionem et inperamento illorum proprio pontifici domini Petroni sedis Sancte Marie Ierundensis ecclesie episcopi in presentia Bernardi comitis necnon et filio suo Guillelmo comite, siue in presentia Bonifilio, Guifredo, Adalberto abbates, Falcutio, caput scole prefate sedis, Stephano canonico et Bono Homine sacristano et Deusdedit clerico qui exinde fuit sago et tollit fideiussores ex parte Sancte Marie et suis mandatariis, et de Bernardo de uilla Calabodii qui per uocem uxoris sue et per donitum socero suo Accione condam habet possessionem presumptiuo modo infra terminos de alode que dicunt Baschara siue uillare quod uocitant Abderama, siue in presentia multorum bonorum

Arxiu Diocesà de Girona ©

hominum nobilium, idest Berengario Arnallo, Gauzberto, Lotinne (sic), Mirone et item Mirone Raimundo et aliis plurimis istorum presentia, appetiuit et mallauit Sendredus archipresbiter suprascriptum Bernardum de ista mala presumptione quod habebat facta in honore Sancta Maria infra terminos de iam dicta Baschara siue uillare quod uocant Abderama. Suprascriptus Bernardus respondit quod per donitum socero suo Accione et per terminum [p. 17b] de uilla Calepodii tenebat iam dictum alodem in ipso loco fuit ostensa auctoritas magna precepta regalia et aliis scripturis ubi resonabant ipsi termines qui sunt infra iam dicta Baschara et iam dicta uilla Calepodii, et resonabant ipsi termines per cacumina montium qui est in uilla Calopodii et iam dicto uillare Abderama siue Baschara usque in Fluuiano, et a parte meridie usque in Pugo Soniario qui est supra uilla Calapodii, et piduauerunt et hostenderunt testes de prefata sede, idest Adalbertus abba et Soniofredus istos termines sicut in scriptura Sancte Marie resonat per ipsa cacumina, sicut aqua uergit a parte orientis a territorio Calopodii, et sicut uergit aqua a parte occidentis, a territorio Baschara siue in flumen Fluuiano, sic fuerunt isti testes parati iurare quod uiderunt tenere et possidere quietum per uocem Sancte Marie in diebus Accioni condam auctore suprascripto Bernardo, exceptus una insuleta que resonat per dextrum in scriptura quod ostendit Bernardus qui est iuxta Fluuiano, et de iam dicta insula profert mandatarius sancte Marie testes alios qui affirment quod uiderunt suprascripta insula laborare a Radulfo de uilla Bascara et ipsa tasca donare ad Bradilane ministrale Sancte Marie. Nomina testium qui hoc testificant et iurant hec sunt, Miro et Segino [p. 18a]. Nos suprascripti testes per trinum et unum et uerum Deum siue supra altare Sancti Aciscli martiris qui est fundatus in uilla Baschara quia uidimus de iam dicta insula sicut superius resonat ipsum censum prendere per uocem Sancte Marie. Et ea que dicimus, recte et ueraciter testificamus et iuramus per supra maximum sacramentum in Domino. De istos alios suprascriptos terminos, exceptus ista insula concordat et est professus suprascriptus petitor Bernardus sicut suprascriptus Adalbertus abba cum Seniofredo istos terminos habet piduatos et uoluit eos affirmare per sacramentum sicut est ueritas et lex precipit quod omnis homo qui est petitus per legem de aliquam rem, et ille exinde est professus, non est necesse dare probationem, sed iudex exinde faciat iuditium de re discussa, idest scriptura sua manu roborata ne forte ad futurum contentio oriatur.

Facta ista deffinitione .XII. kalendas augusti anno .XXIIII. regnante Robberto rege. Et de ista omnia, sicut superius resonat me euacuaui et postquam habui suprascriptus Bernardus istos sacramentos receptos noluit isto suo nomine et suo signo firmare et extraxit se de ipso placito et habiit, noluit hoc suo digito signo impressione roborare.

Sig+num Miro, sig+num Seguino, nos testes qui hunc sacramentum fideliter iuramus. Sig+num Bernardus qui istos sacramentos recepit et auscultauit cum filio suo Petrone. Sig+num Guillielmus comite. Sig+num [p. 18b] Pontio. Sig+num Sonifredus iudex (s. man). Auditores de istos sacramentos hi sunt. Sig+num Berger. Sig+num Bernardus, gratia Dei comes (s. man.).

Eroigio presbiter, qui hanc donationem et confirmationem siue professionem scripsi et (s. man.) die et anno quo supra.

79

1019, novembre, 20

El bisbe de Girona, Pere, la comtessa Ermessenda de Barcelona i altres persones doten la

Arxiu Diocesà de Girona ©

canònica de la seu de Girona.

Cart., pp. 32b-36a. Còpia del s. XII: ACG, Roura núm. 36, que data de 1018; donem les variants d'aquest text amb la sigla ACG. Ed.: MH ap. 182, cols.1016-1019; VL 12, ap. 30, pp. 312-317, que edita la còpia referida, tot i anomenar-la "autògraf'; ES 43, ap. 28, pp. 425-430. Reg.: B 81, que data de 1020. Vegeu també núm. 85.

Cum in nomine sancte et indiuidue Trinitatis in ecclesia Sancte Dei genitricis Marie sedis Gerundensis in unum residerent episcopi Petrus, eiusdem sedis presul, Ermengaudus Urgellensis, Deusdedit Barchinonensis, Berengarius Helenensis, Adalbertus Carcasonensis, Ato Coseranensis, abbates etiam Bernardus Sancte Marie Crasse, Petrus Rodensis, Landricus Gissalensis, Guifredus cenobii Gallicantus, Amblardus cenobii Sancti Cirici, Uiues cenobii Sancti Pauli Maritimi, Poncitis cenobii Sancti Saturnini, necnon etiam quamplurimi alii sacerdotes, assistentibus archidiaconis eiusdem sedis Gerundensis ac Barchinonensis, diuinitus inspirati concordi ac pari animo definientes statuerunt ut ad seruitium Dei et eius Genitricis in eadem sede domus canonica construeretur et rebus ecclesiasticis et fidelium dono iuste collatis ditaretur, quo facillime Deo ibidem cotidie familiariter militaretur et quicumque [p. 33a] eiusdem sunt ordine iusto preficerentur. Unde idem Petrus, presul egregius, de statu ecclesiastico diligenter tractans cum his omnibus, presente ac consenciente comitissa Ermesendis una cum filio suo Berengario comite et marchione, collaudantibus cunctis predictis, donauit ad construendum et ditandum iam dictam canonicam domum hec que infrascripta sunt, dicens: Ego in Christi nomine Petrus episcopus Gerundensis episcopus, permittente Ermesende comitissa eadem filioque suo Berengario comite, dono ad hedificandum et munerandum atque ditandum iam dictam canonicam domum ad seruitium Dei et eiusdem Genitricis ecclesiam Sancte Marie de Castellone cum decimis atque primiciis atque oblacionibus eius et suis omnibus alodiis, et ecclesiam Sancte Eulalie de Uilla Noua cum decimis et primitiis et oblationibus fidelium et alodiis suis, et ecclesiam Sancte Marie de Aguillana cum omnibus rebus ad eam pertinentibus, et ecclesiam sancti Saturnini de Arens cum omnibus rebus que ad eam pertinent. Et in comitatu Bisuldunense ecclesiam sancti Petri de Monteacuto cum omnibus suis pertinentiis, et ecclesiam de Curcauello cum omnibus suis pertinentiis et ecclesiam Sancti Andree de Lorona et alias parrochias et alodia que Miro uicecomes Bisuldunensis tenebat quando obiit ab hoc seculo et iuris Sancte Marie esse dignoscebantur cum omnibus suis pertinentiis, et ecclesiam de Ordeis et fiscum de Lebrers cum decimis et primitiis et omnibus illorum pertinentiis. Supradicta autem omnia que in aliis comitatibus sunt, ego supranomi[p. 33b]natus Gerundensis episcopus Petrus taliter dono et trado predicte canonice domui qualiter iam dicta sedes Sancte Marie ea in prenominatis aliis comitatibus iuste habere debet uel habet.

Insuper ego Ermesendis et Berengarius comes et Petrus episcopus damus prelibate canonice ecclesiam Sancti Martini de Cacano cum decimis et primitiis atque omnibus pertinentiis eius, necnon et ecclesiam Sancti Martini de Colonico cum decimis et primitiis et eius oblationibus atque alodiis et ecclesiam Sancti Iuliani de Curtibus cum omnibus suis pertinentiis et alodium quod Bremundus uicecomes debitauit ad predictam canonicam domum, et est in comitatu Gerundensi, in uilla Pera, necnon et mansum de Fontadeta cum omnibus suis pertinentiis et medietatem ecclesie Sancte Leocadie de Parietibus, quantum scilicet ad eandem ecclesiam pertinet, et alodium de Ferrerons et de Ruuirans cum omnibus appenditiis suis, et medietatem parrochie sancti Felicis de Palatio Rabani, cum

Arxiu Diocesà de Girona ©

omnibus eius pertinentiis, et molendina .IIII.or que Gitardus archidiaconus tenebat.
Et ego Arnustus dono atque concedo ad eandem canonicammedietatem decimarum de parrochia Sancti Stephani que est sub appenditio Sancti Martini de Romaniano.
Et nos predicti Petrus et Ermesendis et Berengarius donamus eidem domui canonice parrochiam Sancti Amantii cum decimis et primitiis atque oblationibus et cum suis omnibus pertinentiis et cum suo appenditio ecclesie Sancti Martini de Presa, cum decimis et primitiis et oblationibus et cum sacrariis et cimiteriis .XXX. passuum, et ecclesiam Sancti Martini de Campo Maiore cum omnibus suis pertinentiis, et parro[p. 34a]chiam Sancti Mameti de Rudmorts cum omnibus suis pertinentiis, et medietatem ecclesie Sancti Martini de Lemena cum suis pertinentiis et parrochiam Sancti Andree de Mata, cum omnibus pertinentiis.
Dono quoque ego Petrus episcopus parrochiam Sancti Petri de Nauata cum omnibus suis pertinentiis et fiscum Crispiani cum quartis Sancti Stephani de Bas, et medietatem tascarum de Bascara et ecclesiam de Fontanilles cum suis pertinentiis et ecclesiam Sancti Genesii de Monels cum omnibus suis pertinentiis et omne alodium quod condam fuit de Altrude femine et est in Monels et illa concessit domui canonice, cum omnibus suis pertinentiis, et dono eidem canonice de omnibus adaperturis que mihi adaperte fuerint ex rebus ecclesiasticis decimam partem. Preterea ego Petrus statui et confirmaui et donaui una cum clericis predicte sedis de omnibus rebus mobilibus quas acquisiturus sum uel accepturus de episcopatu Sancte Marie terciam partem predicte Sancte Marie, in tali ratione ut de predicta tercia parte dentur due partes restaurationi ecclesie, alia uero tercia pars detur predicte canonice.
Ego uero Ugo comes Impuritanus dono censum de duobus carauis predicte domui canonice in Impuriis ciuitate que ad me pertinet uel pertinere debet, et quidcquid homines ipsius terre predicte canonice conceserint simul dono et habere consencio propter salutem anime mee et filiorum meorum ac coniugis.
Postea moriens Bernardus Robores reliquit ecclesiam Sancti Mennati de Uilla Blareis cum decimis et primitiis suis eidem canonice et ecclesiam Sancte Agathe cum suis [p. 34b] pertinentiis, consilio et uoluntate predicti Petri pontificis. Preterea ego sepedictus Petrus episcopus dono eidem canonice ecclesiam Sancti Iuliani de Castelfreit cum omnibus suis pertinentiis.
Et quidam miles uir bonus nomine Soniarius Ruffus moriens absque liberis reliquit totum suum alodium cum integro de Monte Caluo eidem domui canonice et totum suum alodium de Monte Malo cum integro sui et totum suum alodium de Espidels et totum suum alodium de Pantaleu cum eorum omnibus pertinentiis, eligens Dominum ad uicem filii hereditandum. Similiter eius coniux Adaledis moriens reliquit suas uoces in supradictis alodiis omnibus predicte canonice.
Ego Pontius caput scole et leuita dono alodium de Puio Alto cum finibus et terminis et cum suis afrontationibus eidem canonice Sancte Marie.
Preterea alii boni uiri morientes timentes Deum relinquentes sua alodia heredem fecerunt predictam canonicam, idest Raimundus Gutiscli de Puials, Sendredus Guilielmi et Miro frater eius, et Domnutius clericus de Cruce et Berengarius Domnutii, qui reliquit suam hereditatem de Uliiars predicte canonice.
Et suprascriptus Soniarius reliquit suum alodem de Castanet et ipsum de Castellomen cum molendinis et monars in fluuio Ticeri. Et Seniofredus Saffard reliquid alodium eidem domui canonice infra terminos parrochie de Canapost et reliquit eidem domui quod est ad Rocam.

Arxiu Diocesà de Girona ©

Et ego Petrus predictus episcopus dono ipsum mansum de Abellars cum suis pertinentiis omnibus, necnon et medietatem [p. 35a] parrochie Sancte Marie Episcopalis decimarum et fiscum de Parietibus cum molendinis suis et cum omnibus rebus ad eundem fiscum pertinentibus quod tenebat archidiaconus Gulielmus, et alodium quod est in Rodas et in Armenteria et in Palatio Rabani et ecclesiam sancti Cipriani Maritimi atque ecclesiam sancti Aciscli cum omnibus illorum pertinentiis.

Predictus denique Bernardus Robores reliquit omne alodium quod habebat in parrochia Sancti Dalmatii de Tornauels uel in Seliga eidem domui canonice, et Adalbertus Ennegonis dedit .uu. mansos cum illorum pertinentiis, qui sunt in parrochia Sancti Felicis de Borseleu eidem domui.

Et Raimundus prepositus reliquit mansum unum in Fuixan cum suis pertinentiis, et Guilielmus Seniulli alterum ibidem cum suis pertinentiis, et Arnaldus de Conzels reliquit medietatem sui alodii quod habebat in Fuxan uel in Conzels predicte canonice, et Bernardus Tegmarius dimisit de suo alodio eidem domui quod habebat in Palatio Frogel et in Pera, et Guitardus Gaucefredi clericus reliquit omnem suum alodium prenominate ecclesie quod habebat in Furnels et in Camdoran et in Uilla de Asinis, et Baron Boni Hominis dimisit alodium quod habebat in Camos, et uxor Raimundi Boni Hominis mansum unum quod est in Uilla de Man iam dicte domui, et Gifredus Guilielmi dedit .IIII. mansos qui sunt in parrochia Sancte Cecilie de Carcar, et .IIII. in uilar Sitaran eidem domui et Stephanus presbiter de Cacan [p. 35b] reliquit mansos duos qui sunt in eadem parrochia, in Ratxac et Salelas.

Et uicecomitissa Impuritanensis uxor quondam Guilielmi reliquit unum mansum quod habebat in Uirginibus sepius dicte domui cum suis pertinentiis, et predictus uir eius Guilielmus uicecomes reliquit omnem alodium quod habebat in Castellone eidem ipsi domui, et alodium quod est in Pedret et in Mercadal et in plano ante Gerundam et ipsum de Bedoc totum quod fuit de Uzulard (sic) dedit Gondebaudus predicte domui canonice cum omnibus suis pertinentiis.

Et Berengarius episcopus eiusdem sedis donauit terras cum molendinis et mulinars cum omnibus eorum pertinentiis et simul cum ipsa aqua Ticeri usque in medium alueum eiusdem Ticeris que sunt a termino loci qui uocatur Sale Alte usque ad Mercadal quod est ante Gerundam ciuitatem canonice eidem. Hec omnia a predicto episcopo Berengario donata sunt in parte meridiano cum palatio et cum triliis et cum his que tenent Boni Filius et Iohannes clerici.

Et comitissa predicta Ermesendis donauit alodium quod fuit Bernardi Amati clerici eiusdem canonice; hoc alodium cum suis pertinentiis est in ualle Angles.

Petrus presbiter Montis Eusebii reliquit alodium eidem canonice in eodem monte.

Sunt alia plurima alodia et terre et mobilia que hodie predicta domus canonica habet et possidet et habere debet et futuro, Domino donante a fidelibus iuste collata eadem canonica adquisierit cum suprascriptis omnibus. Hec omnia supradicta in iure predicte canonice nos pre[p. 36a]nominati episcopi ab integro confirmamus propriis nominibus; et si aliquis abstulerit aliquid ex suprascriptis rebus omnibus, aut suppradicta omnia denserit (sic) a iure canonico nec satisfaciens resipuerit, restitutis ab integrum ablatis, perpetuo anathematis uinculo eundem aud eosdem presumptores excommunicamus et consortio fidelium separamus et cum Iuda Domini proditore in inferno inferiori participem fieri optamus.

+Petrus episcopus, +Berengarius comes, +Ermesendis comitissa, nos qui hanc donationem libenti animo fecimus et firmare eam rogauimus.

Acta sunt hec anno Incarnationis Dominice .XVIIII. post millesimum, .XII. die kalendarum

Arxiu Diocesà de Girona ©

decembrium anno .XXIII. regni Roberti regis.
Ego Benedictus sancte catholice et apostolice Romane ecclesie confirmo hoc prescriptum et precipio in Dei nomine ualere in eternum cum apostolica auctoritate. Ato episcopus+. +Uillelmus episcopus. Ermengaudus ac si indignus gratia Dei episcopus. (s. man.) Berengarius sancte sedis Helenensis episcopus hec suprascripta libenter confirmo. Adalbertus episcopus Carcassonensis. Deusdedit Dei gratia hac indignus episcopus omnia suprascripta confirmo. Oliba sancte Ausonensis ecclesie episcopus licet indignus, quod iustum est confirmo sss. +Amelius episcopus hoc confirmo. Ugo ecclesie Uticensis. Stephanus episcopus Atensis. +Bernardus gratia Dei episcopus.[p. 36b]

80

1020, març, 31

La comtessa Ermessenda i el seu fill, el comte Berenguer Ramon I fan donació a la seu de Girona d'una torre rodona pròxima a l'església de dita seu.

Cart., pp. 67b-68b. Ed.: VL ap. 15, pp. 296-297, ex. LVC f. 107. Ed. parcial: CONSTANS *Diplomatari*, núm. 56. Reg.: B 77.

In Dei nomine ego Ermesendis, gratia Dei comitissa simul cum prole mea Berengario comite et marchio, donatores sumus Deo et Sancta Maria sedis Gerunda aliquod ex alode nostro quod habemus infra muros predicta ciuitate Gerunda. Donamus namque et concedimus a predicta Sancta Maria propter amorem Dei et eius genitricis uel omnibus sanctis et propter remedium anime nostre siue pro anima Raimundi comitis bone memorie cui requies sit perpetua a Deo concessa, et est iste alodis uidelicet [p. 68a] ipsa turre rotonda cum ipsos muros que sunt ex utraque parte in circuitu de ipsa turre et cum ipso casale uel curte qui est ante ipsa turre, qui afrontat predictus alodius uel turre cum muribus siue parietibus, de oriente in ipso alode uel pariete de Othone leuita qui fuit de condam Pontione, de meridie cum ipsa ecclesia de Sancta Maria siue in ipso cimiterio de predicta ecclesia, de occiduo affrontat in alode de Sancta Maria ubi Raimundus leuita abitabat, de uero circi affrontat predicto alode cum turre et muros in nostro proprio alode uel in uinea de nos donatores uel de Raimundo qui fuit condam comite, qui aduenit predicta omnia ad me Ermesendis comitissa per donatione de uiro meo Raimundo comite uel per meum decimum, et ad me Berengario per uocem parentorum. Quantum istas affrontationes includunt, sic donamus Deo et Sancta Maria totum ab integrum cum exiis et eorum regressis ut ex presenti die et in perpetuum clericis Deo et Sancta Maria habeat potestatem ad possidendum in seruicio Sancta Maria. Quod si nos donatores aut ullus homo uel femina qui contra ista scriptura [p. 68b] uenerit ad irrumpendum, non hoc ualeat uindicare quod requirit, sed predicto alode componat aut componamus in duplo cum omni sua inmelioratione Deo et Sancta Maria, et inantea ista scriptura donationis firmitatem optineat omnique tempore.
Facta ista scriptura donationis .II. kalendas aprilis anno .XXIIII. quod regnare cepit Robertus in Francia.
Sig+num Ermesindis gratia Dei comitissa qui ista donatione feci et firmare rogaui. Sig+num Berengarii gratia Dei comes. (s. man.). Amado uicecomes. Sig+num Udalardus.

Arxiu Diocesà de Girona ©

Sig+num Raimundus Oliba. Odegario.
Bernardus sacer (s. man.) qui ista carta donationis scripsit sub die et anno (s. man.) quo supra.

81

1020, abril, 11

Calvícia ven a Gultrat una terra situada al comtat de Girona, al terme de Fonteta, pel preu de 3 sous.

Cart., pp. 116b-117a. Reg.: B 78.

In nomine Domini, ego Caluicia femina uenditore sum tibi Gultrado emptore. Per hanc scripturam uindicionis mee propria que mihi aduenit de parentorum, et est ipsa terra in comitatu Gerundensi, in termino de Fontedicto. Sic uindo tibi ipsa mea terra cum tota hereditate ab integrum cum exiis et regressiis earum propter precium solidos .III. et est manifestum. Et de meo iure in tuo trado et habeas potestatem de ipsa terra facere quod uolueris in Dei nomine habeas firmam potestatem [p. 117a] Quod si nos uenditores aut ullus homo qui contra istam uenditionem uenerit ad irrumpendum non hoc ualeat uindicare quod requirit, sed componat tibi ipsa terra in duplum cum sua immelioratione et in antea ista uenditione firma et stabilis permaneat omnique tempore.
Facta ista uenditionis carta .III. idus aprilis anno .XXVIIII. regnante Rodberto rege.
Sig+num Caluicia qui ista uenditione feci et firmare rogauit. Sig+num Stephano. Sig+num Leotardo. Sig+num Galbert.
(s. man.) Ellemarus presbiter qui ista scriptura scripsit sub die et anno quo supra.

82

1024, setembre, 10

Llobet i Adalets, esposos, venen a Domènec i Riquel, esposos, una vinya situada al comtat de Girona, al terme de Celrà, indret de Riard, pel preu de mig mancús.

Cart., p. 202ab Reg.: B 82.

In nomine Domini ego Lobet et uxor mea Adalax uenditores sumus uobis Dominicus et uxori tue Richel emptores. Per hanc scripturam uenditionis nostre uendimus uobis peciam .I. de uinea cum ipsa terra herema uel cum ipsa ficulnea que ibidem est, quam nos habemus in comitatu Gerundense, infra terminos de uilla Celrano, ad ipso Riardo, in locum que dicunt ad ipsa Ruira, et aduenit nobis iam dictum alode per parentorum uel per qualescumque uoces. Et affrontat iamdicta uinea cum ipsa terra herema de oriente in uinea Sancti Petri Gallicantus, et habet dextros . XII., de meridie in ipso torrent uel in terra Sancti Petri et habet dextros .XII., de occiduo in uinea Sancti Petri, et habet dextros .IX., de parte uero circii in uinea Sancti Felicis, et habet dextros .VIII. a dextros de alnas .VI. ab uncias maiores de medio pede, Quantum [p. 202b] infra istas .IIII. affrontationes includitur, sic uendimus uobis iam dicto alode totum ab integrum cum exiis et regressiis earum propter

Arxiu Diocesà de Girona ©

precium medio mancuso de auro optimo et nichilque de ipso precio apud uos emptores non remansit, et est manifestum. Quem uero alodem de nostro iure in uestro tradimus dominio et potestatem, ad faciendum quod uolueritis. Quod si nos uenditores aut ullus homo qui contra hanc scripturam uenditionis uenerit ad inrumpendum non hoc ualeat uendicare quod requirit, sed componamus uobis iam dicto alode in duplo cum sua melioratione, et inantea ista scriptura uenditionis suum optineat robur.
Facta ista scriptura uenditionis .IIII. idus septembris anno .XXVIIII. regnante Roberto rege.
Sig+num Lobetus, sig+num Adalaz, qui hanc scripturam uenditionis fecimus et firmare rogauimus. Sig+num Mironis. Sig+num Ioscebertus. Sig+num dd (sic) Isard.
Iohannes qui hanc cartam uenditionis scripsit et sub die et anno quo supra (s. man.).

83

1027, juny, 10

Aldeguer, la seva esposa Tresgòncia i el seu fill Gaufred fan donació a la seu de Girona d'un alou situat a Girona, ai Mercadal.

Cart., p. 336ab. Reg.: B 83.

In nomine Domini. Ego Audegarius et uxor sua Transsegontia et filio nostro Gaucfredo donatores sumus domino Deo et Sancte Marie sedis Gerunde. Certum quidem et manifestum est quia placet animis nostris nulliusque cogentis imperio nec suadentis ingenio, sed propria et spontanea hoc elegit nobis uoluntas ut carta donationis fecissemus sicuti et facimus ad predictam domum sancte Marie de ipso nostro alaude qui est in comitatu Gerundensi, ante Gerunda ciuitate, ad ipso Marcadale, id est ipsum ortum de Eldefredo et de Bona Domna qui fuerunt condam. Et affrontat ipsa terra cum ipso orto de oriente in terra de iam dicta Sancta Marie uel de Sancto Felice, de meridie, in terra de Bona Dopna qui fuit condam, de occiduo et de circi, in terra comitale. Quantum infra istas .nii. affrontationes includitur, sic donamus ad predictam domum Sancte Marie quantum nos ibi habemus in ipso orto uel habere debemus pro qualicumque uoce, totum ab integrum, cum exiis uel regressiis earum et est manifestum. Que uero ipsa omnia [p. 336b] superius scripta de nostro iure in Sancte Marie iam dicte sedis tradimus dominio et potestate. Quod si ego aut nos donatores ullusque homo contra hanc cartam donationis uenerit ad irrumpendum, non hoc ualeat uendicare quod requirit, sed in duplo ista omnia predicta componat cum omni sua inmelioratione, et inantea ista carta donationis firma et stabilis permaneat omnique tempore.
Facta ista carta donationis .IIII. idus iunii anno .XXXI. regnante Roberto rege.
Sig+num Odegario, sig+num Trasegontia, sig+num Gaufredus, qui hac cartam donationis fecimus et testibus firmare rogauimus. Sig+num Lobaton. Sig+num Salamirus. Signum (s. man.) Sonifredus.
Deusde presbiter, qui hanc cartam donationis scripsi cum litteris emendatis (s. man.) die et anno quo supra.

84

1030 abril

Arxiu Diocesà de Girona ©

El papa Joan XIX, corresponent a la promesa que li ha fet el bisbe Pere Rotger de redimir trenta captius hispans, li concedeix l'ús del pal.li en dotze festes de cada any i li dóna consells de comportament.

Cart., pp. 60a-61b. Ed.: MH ap. 203, cols. 1044-1045; ES 43, ap. 29, pp. 430-432. Reg.: B 84.

Iohannes episcopus, seruus seruorum Dei Petro uenerabili episcopo sancte Gerundensis ecclesie et dilecto in Chisto filio perpetuam in Domino salutem et apostolicam benedictionem. Cum tui amoris causa aliquit agimus, tanto nos placere Deo deuocius confidimus, quanto tuam conuersationem tam euangelicis quam apostolicis glorificatam testimoniis scimus, ad eius namque laudem refertur illud quod dicitur: *Qui manet in caritate, in Deo manet et Deus in eo*. Si ergo per caritatem in Deo manemus, et Deus in nobis et sine illa Deo placere non possumus in nostris omnibus operibus sine intermissione illam preferre debemus. Et quia urgente pastorali sollecitudine qua diuinitus uidemur prediti, si aliquos captiuos ab hyspanis redimere possemus te ueniente ad limina apostolorum interrogauimus. Respondisti .XXX.ta captiuos te uelle et posse pro remedio anime nostre redimere et libertati [p. 60b] dare semel duodecim in anno uicibus tibi pallei usum concederemus; zelo itaque Dei qui eos proprio sanguine redemit accensi peticioni tue condescendimus palleumque gestandum duodecim in anno uicibus tibi solummodo concessimus, in Natale uidelicet Domini, in Epiphania, in Cena Domini, in Resurrectione Domini, in die lune Resurrectionis, in Ascensione Domini, in Penthecostes, in festiuitate Sancti Petri, in festiuitate Omnium Sanctorum, in assumptione Sancte Marie, in festo Sancti Saturnini, in uno concilio diocesis uestre. Cuius quidem indumenti honor modestia actuum uiuacitate seruandus est. Hortamur ut ei morum tuorum ornamenta conueniant quatinus auctore Deo recte utrobique possis esse conspicuus. Itaque uita tua filiis tuis sit regula in ipsa si qua tortitudo in illis iniecta est, dirigant, in ea que imitentur aspiciant, in ipsa semper considerando proficiant ut tuum post Deum uideantur esse bene quod uixerint. Cor ergo neque prospera que temporaliter blandiuntur extollant neque aduersa deiciant, sed quicquid illus fuerit, uirtute paciencie deuincant. Nullum apud te locum hodia, nullum fauor indiscretus inueniant. Districtum mali cognoscant insontem apud te culpabilem suggestio mala non faciat, nocentem gratia non excuset. Remissum te delinquentibus non hostendas ne quod ultus non fueris perpetrari permittas. Sit [p. 61a] uite et boni pastoris dulcedo, sit et iudicis seuera districtio. Unum scilicet quod innoscitur uiuentes foue aut aliud quod inquietos feriendos a prauitate compescat. Sed quoniam nonnumquam prepositorum zelus dum districtus malorum uult uindex existere, transit in crudelitatem correptio, iram iudicio refrena et censuram discipline sic discute ut et culpas ferias et a dilectione personarum quas corrigis non recedas. Misericordem te prout uirtus patitur pauperibus exhibe. Opressis defensio tua subueniat. Oprimentibus modesta ereptio (sic) contradicat. Nullius faciem contra iusticiam accipias. Nullum querentem iusticiam despicias. Custodia in te equitatis excellat, ut nec diuitem potentia sua aliquid apud uos extra uiam suadeat racionis audire nec pauperem de re sua faciat humilitas desperare, quatinus Deo miserante talis possis existere qualem sacra lectio precipit dicens: Oportet episcopum irreprehensibilem esse. Sed hiis omnibus uti salubriter poteris si magistram caritatem habueris, quam qui secutus fuerit, a recto' tramite non recedit. Ecce fructum karissime inter multa alia ista sunt sacerdocii, ista sunt pallei, que si studiose seruaueris quod foris accepisse hostenderis inip. 61b]tus

Arxiu Diocesà de Girona ©

habebis. Sancta Trinitas fraternitatem uestram gratia sue protectione circundet atque ita in timoris sui uia nos dirigat ut post uite huius amaritudines ad eternam simul peruenire mereamur.
Scriptum per manum Sergii scriniarii sancte Romane ecclesie mense aprili indiccione tercia decima. (Rota: Iohannis papae). +Bene ualete.

85

1019 i 1031, setembre, 24

Dotació de la canònica de la seu de Girona, que repeteix i complementa la de 1019.

Cart., pp. 29b-32b. Ed.: VL 12 ap. 31, pp. 317-321. Reg.: B 80 i 86.

Cum in nomine Domini in Gerundensi ecclesia Sancte Marie matris Domini in unum residerent episcopi Petrus, huius ecclesie presidens, Ermengaudus Urgellitanus, Deusdedit Barchinonensis, Berengarius Helenensis, Adalbertus Carcasonensis, Ato Cosoranensis, abbates etiam Bernardus Sancte Marie Crasse, Petrus Rodensis, Landricus Gisalensis, Guifredus de Gallicantu, Amblardus de Sancto Quirico Petralatensis, Uiuanus de Sancto Paulo Maritimo, Poncius Sancti Saturnini Urgellitani necnon etiam alii sacerdotes multi Domini, astante quoque caterua archidiaconorum tam ex Barchinonensi sede quam ex Gerundensi, anno Incarnationis Domini .XVIIII. post millesimum, .XII. die kalendas decembrium, diuinitus est illis inspiratum ut in seruicio Dei Sancteque Marie quatinus offitium Dei melius et perfectius ibi compleretur et si qua [p. 30a] Cristi sunt ordine iusto perficeretur. Tunc Petrus suprafatus episcopus, annuente Hermesende comitissa una cum filio suo domino Berengario comite et marchione, annuentibus atque hoc collaudantibus cunctis canonicis ceterisque clericis iam dicte sedis Sancte Marie donauit ad construendum et ditandum canonicam domum hec que infra sunt scripta dicens: Ego in Christi nomine Petrus episcopus Gerundensis, permittente Ermesende comitissa una cum filio suo Berengario comite et marchione, donator sum ad hedificandum et munerandum atque ditandum canonicam domum in seruitio Dei et Sancte Marie matris eius ecclesiam Sancte Marie de Castellone cum decimis et primitiis atque oblationibus eius et suis omnibus alodibus et ecclesiam Sancte Eulalie de Uilla Noua cum decimis et primitiis et alodibus suis, et ecclesiam Sancte Marie de Agullana cum omnibus rebus ad eam pertinentibus et ecclesiam Sancti Saturnini de Arengis cum omnibus rebus que ad eam pertinent; et in comitatu Bisuldunensi ecclesiam Sancti Petri de Monteacuto cum omnibus suis pertinentiis et ecclesiam de Curchauello cum omnibus suis pertinentiis et ecclesiam de Lorona et alias parrochias et alaudes que Miro uicecomes Bisildunensis tenebat quando obiit ab hoc seculo et iuris Sancte Marie esse dignoscebantur, cum omnibus suis pertinentiis, et ecclesiam de Ordeis et ipsum fiscum de Lebres cum decimis et pertinentiis et omnibus illorum pertinentiis. Supradicta autem omnia que in alienis comitatibus sunt, ego suppranominatus Gerundensis episcopus Petrus taliter dono et trado prefate canonice domui qualiter iam dicta sedis Sancte Marie eas in prefatis alienis comitatibus iuste habere debet uel habet. Insuper ego Ermesendis et Berengarius comes et Petrus episcopus damus prefate canonice ecclesiam Sancti Martini de [p. 30b] Catiano cum decimis et primitiis atque omnibus

Arxiu Diocesà de Girona ©

pertinentiis eius, necnon et ecclesiam Sancti Martini de Colonico cum decimis et primitiis eius et oblationibus et ipso alodio quod Bermundus uicecomes debitauit ad predicta canonica, et est ipso alodio in comitatu Gerunde in uilla Pera, et ecclesiam sancti Iuliani de Curtibus cum omnibus suis pertinentiis et ipsum mansum de Fontadeta cum omnibus suis pertinentiis et medietatem ecclesie Sancte Leocadie de Parietibus, quantum scilicet ad hanc ecclesiam pertinet ipsum alode de Ferreronibus et Rouiraniis cum omnibus suis pertinentiis et medietatem parrochie sancti Felicis de Palatio Rafano cum omnibus eius pertinentiis et molina quatuor que Gitardus archipresbiter tenebat. Et ego Arnustus uel dono atque concedo ad prefata canonica ipsa medietate de ipsas domos de uilla Sancti Stephani que est appendicium per Sancti Martinum de Romaniano quod quondam Soniofredus Guitardus tenebat per manum dicti Arnusti et parrochiam Sancti Amantii cum omnibus suis pertinentiis, et ecclesiam Sancti Martini de Campo Maiore cum omnibus suis pertinentiis et parrochiam Sancti Mameti de Rodemortuos cum omnibus suis pertinentiis et medietatem ecclesie Sancti Martini de Lemena et parrochiam Sancti Andree de Mata. Hec autem omnia supradicta que huic domui damus perhenniter illic et integriter confirmamus ob abluenda nostra facinora et remedium anime domini Raimundi comitis, ut semper munimine supradictorum episcoporum stabilita et inconuulsa permaneant. Et quecumque alia Gerundensis ibi episcopus aut ex suo proprio aut ex propietate Sancte Marie prefate sedis per consensum meum aut filii mei Berengarii aut alicuius comitis Gerundensis dederit iam dicte canonice semper [p. 31a] illic maneant intemerata et uigore omnium legummunita. Similiter iubemus de omnibus rebus quas prefate canonice aliquis homo utriusque sexus aut alicuius ordinis iuste dederit abinceps. Et si, quod esse minime credimus, aliquis homo utriusque sexus alicuius ordinis aliquid aut totum quod supradictum est demere aut aufferre uoluerit de prefata canonica aud si de omnibus rebus que abinceps hec domus iuste acquirere poterit ullo modo aliquid aut totas ipsas res presumpserit aliquid demere aut auferre, nos episcopi supradicti Petrus, Ermengaudus, Deusdedit, Berengarius, Adalbertus, Ato et abbates supradicti excomunicamus eum et sub anathematis uinculo demergimus et a liminibus sancte Dei Ecclesie sequestramus quousque ad dignam satisfactionem ad canonicos prefate domus ueniat deplorare et emendet que infideliter gessit. Et si ad dignam satisfactionem uenire contempserit, participationem cum Iuda Scariothe in inferno habeat, numquam dum uiuit ad communionem recipiendus, et post mortem flammis ultricibus exurendus. Et ut hec omnia bene munita permaneant nominibus nostris et subscriptionibus corroborauimus et corroborare rogauimus. Similiter ego prefatus Petrus episcopus dono tibi Raimundo preposito per obedientiam de ipsa canonica de omnibus que Dominus mihi daturus est per opertura de ipso auere de Sancta Maria pro eius amore, de .M. solidos, .C., et de .D., .L., et de .CCCC. inantea decimam partem tibi concedo pro seruitium Domini et [p. 31b] Sancta Maria sicut hic est roboratum, ita tibi concedo in tua uita et in mea. Egoque supradictus Petrus, postquam series huius ordinationis corroborata sunt sicut subterius inspici potest, eligens aliquid prefate canonice dare dono ecclesiam Sancti Genesii de Monels cum decimis et primitiis et omnibus suis pertinentiis et omne alode quod fuit condam Adaltrudis femine et est in Monells, et illa concessit domui Sancte Marie cum omnibus suis pertinentiis et adiacentiis et placuit mihi denuo mei corroboratione nominis illuc illic firmare.

Ego Ugo gratia Dei comes Impuritanus dono atque concedo censum de duobus carabis in Impuriis ciuitate quod ad me pertinet et pertinere debet et ad uicem comitem eiusdem terre. Dono uidelicet Deo et canonice sedis Sancte Marie Gerundensis supradictum censum et quicquid homines ipsi predicte terre canonice concesserunt sim uel dono uel habere

Arxiu Diocesà de Girona ©

consencio propter salutem anime mee et filiorum meorum ac coniugis. Ugo comes, qui hunc censum donans et consentiens firmaui.
+Petrus leuita, testis. Adebrandus presbiter, testis. Adalbertus presbiter, testis.
Actum est hoc anno .XXV. regni Roberti regis.
+Petrus episcopus+. +Ego Benedictus Sancte Catholice et apostolice Romane ecclesie confirmo hoc scriptum et precipio in Dei nomine in eternum ualere cum apostolica auctoritate. Berengarius comes. +Reibaldus archiepiscopus Arelatensis. +Ermesendis gratia Dei comitissa, nos qui hanc donationem libenti animo fecimus et firmare eam rogauimus. S. Toepzi.' +Petrus episcopus. +Uillemus episcopus. Ermengaudus ac si indignus episcopus [p. 32a] (s. man). Berengarius, Sancte Sedis Helenensis episcopus hec suprascripta libenter confirmo. Adalbertus episcopus Carcassone. Deusdedit gratia Dei Ausonensis episcopus omnia supradicta confirmo (s. man.). Raimundus archileuita Barchinonensis +. (s. man.) Uiuas, ac si indignus abbas sancti Pauli Maritima. (s. man.) Gaufredus gratia Dei abba. Poncius ac si indignus abbas Sancti Saturnini cenobio Urgellensi. (s. man.) In Dei nomine Landricus abba. (s. man.) Guifredus sancte prime Narbonensis ecclesie episcopus hoc confirmo.
Dono quoque ego Petrus episcopus ipsam parrochiam de Nauata cum omnibus suis pertinentiis et ipsum feuum siue fiscum Crispiani et quartos Sancti Stephani de Basso et ipsas medietates de basas de Bascara et ecclesiam de Fonticulis que ad eam pertinent. (s. man.) Poncius leuita et caput scole dono atque concedo ipsum alaudium de Puio Alto cum fines et termines et cum illorum affrontationes ad canonicam Sancte Marie sedis. Oliba Sancte Ausonensis ecclesie episcopus licet indignus, quod dictum est confirmo sss.
Post hec omnia suprascripta ego predictus donator Petrus uidelicet episcopus statui et confirmaui una cum clericis prefate sedis ut de omnibus rebus mobilibus que ego Petrus episcopus acquisiturus sum uel accepturus de ipso episcopatu Sancte Marie, dono atque concedo ipsam terciam partem ad predictam almam Mariam, in tali uidelicet ratione ut de predicta tercia parte flant; ipse due partes flent ad restaurationem predicte ecclesie, et alia tercia pars fiat de ipsa canonica.
Facta est autem ista additio .VIII. kalendas octobris [p. 32b] anno ab Incarnatione Domini .MXXXI., anno .XXXVI. regnante Robberto rege.
Emilius episcopus hoc confirmo. Ugo episcopus ecclesie Uzetensis. Froterius episcopus Nemausensis+. Petrus episcopus. + Stephanus episcopus Attensis. Guilielmus gratia Dei Urgellensis episcopus. +Bernardus gratia Dei episcopus (s. man.) +Berengarius gratia Dei Gerundensis episcopus corroborauit quod iurauit.
Sig+num Poncius cognomento Bonus Filius clericus et iudex, scriptor et sss. huius donationis.

86

(1010-1032), abril, 3

El bisbe Pere de Girona i Bonhome, sagristà de la seu, estableixen a Guadamir, prevere, una terra situada prop de la ciutat de Girona, al Mercadal, amb dret de transrnetre-la a un altre clergue.

Cart., p. 317ab. Reg.: B 85.

Arxiu Diocesà de Girona ©

In nomine summi et eterni Dei miseratoris et pii, ego Petrus gratia Dei episcopus et Bonus Homo sacer et scriniarius sancte sedis Gerunde donatores sumus a te Uadamiro presbitero pariter cum ceteris canonicis prefate sedis. Per hanc scripturam donationis nostre donamus tibi alaudem Sancte Marie prescripte sedis, idest pecia una de terra qui ei aduenit per donationem condam Odoni episcopi, quod ille emit de Gomarigo, et est ipsa pecia de terra ante in ciuitate Gerunda, super ier hanc scripturam donationis nostre donamus tibi alaudem Sancte Marie prescripte sedis, idest pecia una de terra qui ei aduenit per donationem condam Odoni episcopi, quod ille emit de Gomarigo, et est ipsa pecia de terra ante in ciuitate Gerunda, super ipso Mercatale, ad ipsos Ortos, et affrontat ipsa pecia de terra de parte orientis in terra Sancti Felicis, de meridie et de occiduo in terra comitale, de parte uero circi in terra prefati Sancti Felicis. Quantum infra istas affrontationes includunt, sic donamus tibi predictam terram ab omni integritate cum exiis et regressiis suis, in tali pactu ut dum uiuis teneas et possideas, in seruicio Sancte Marie, et post obitum tuum eligas unum clericum qui teneat [p. 317b] ipsa terra in seruicio Sancte Marie. Si quis uero contra hanc scripturam uenerit pro inrumpendum, non hoc ualeat uindicare quod requisierit, sed componat tibi predicta terra in duplo cum omni sua inmelioratione, et in antea ista donatio firmis et stabilis permaneat omnique tempore.
Facta ista scriptura donationis .III. nonas aprilis regnante Roberto rege.
Petrus +episcopus. +Bonus Homo sacerdos et sacrista, qui istam donationem fecimus et firmauimus firmarique rogauimus. +Raimundus archileuita. (s. man.) Bernardus leuita. Eriballus archileuita. +Arnallus archileuita. Uillelmus prepositus+. (s. man.) Poncius leuita et scole caput (s. man.) (s. man.) Uillelmus leuita et prepositus+. +Stephanus presbiter. Borrellus leuita. Arnallus archileuita +.
Segarius sacerdos et monachus, qui istàm cartam donationis scripsit (s. man.)

87

1034, març, 13

Miró Ennec i Gerberga, esposos, venen a Ponç levita i cabiscol un alou situat al comtat de Girona, al terme de la vila de Salzet, dita Sant Sadurní, pel preu de cinc mancusos.

Cart., pp. 98a-99a. Reg.: B 87.

In nomine Domini. Ego Mirone Enego et uxori sue Guiberga uenditores sumus Poncio leuite et scole caput emptorem. Per hanc scripturam uenditionis nostre uendimus tibi ipsum alaudem qui est in comitatu Gerundense, infra terminio de uilla Salitedo quem uocant Sancti Saturnini, in locum quem uocant ad ipso Uilar, et est ipsum alaudem casas cum solos et superpositos rem. Per hanc scripturam uenditionis nostre uendimus tibi ipsum alaudem qui est in comitatu Gerundense, infra terminio de uilla Salitedo quem uocant Sancti Saturnini, in locum quem uocant ad ipso Uilar, et est ipsum alaudem casas cum solos et superpositos et cum curtes et cum ortis et clausis, terras cultas et heremas cum omni genera arborum que ibidem sunt. Et affrontat ipsa casa cum ipso clauso de oriente in casa de Poncio caput scole et in ipsa strata, de meridie in strata publica, de occiduo in terra Poncio uel eius herede, de meridie in terra de Bona Dompna et de Ermengard et de Poncio capud scole et uadit usque in riuo Adarone, de occiduo in riuo Adaron, de meridie in ipsa strata

Arxiu Diocesà de Girona ©

que pergit ad ipso Pontonale, de occiduo affrontat in predicta insula cum ipso heremo et cum ipso pugo quem dicunt Aduro in uias de Poncio caput scole uel de Amada [p. 98b] de cirtii in terra herema de Poncio caput scole. Quantum infra istas totas affrontaciones includitur uel resonant, sic uendimus tibi predictum alaudem totum ad integrum cum exiis uel earum regressiis quantum dici uel nominari potest propter precium mancusos .v. Que uero ista superius scripta de nostro iure in tuo tradimus dominio et potestate ad omnia facere que uolueris. Quod si nos uenditores aut aliquis homo uel femina qui contra istam scripturam uenditionis pro irrumpendum uenerit non hoc ualeat uendicare quod requirit, sed componat aut componant ista omnnia supradicta tibi cum omni sua inmelioratione et inantea ista scriptura uenditionis firma et stabilis permaneat omnique tempore.
Facta ista scriptura uenditionis .IIII. idus martii anno .III. regnante Enricho rege.
Sig+num Mirone Enego. Sig+num Girberga, nos qui simul in unum istam scripturam uenditionis fecimus et firmauimus et testes firmare rogauimus [p. 99a]. Sig+num Tradredo. Sig+num Poncio. Sig+num Uilapata que habet nomen Girberth Giaut.
Ginticimus presbiter qui istam scripturam uenditionis scripsit sub die et anno (s. man.) quo supra.

88

1034, agost, 30

Bernat, Sunyer i Ermengarda venen a Sunifred i Doda, esposos, una terra situada al comtat de Girona, al terme de Corts, al pla, pel preu de dos mancusos i una somera.

Cart., p. 255ab. Reg.: B 88.

In nomine Domini. Ego Bernardus et Soniario et Ermengards uinditores sumus Soniofredus et uxori sue Doda emptores. Per hanc scripturam uenditionis mee uindo tibi terra nostrapropria que nobis aduenit ego Bernardus per donationem quam fecit mihi Gillelmus pater meus, et est ipso alode in comitatu Gerundense, in terminio de Curtis, in ipso Plano. Et affrontat ipsa terra de parte orientis in ipsa strada, et de meridie in alode sancte Marie sedis Gerunde et de occiduo in alode Sancti Stephani et de parte circii in terra Sunifredi Adalo. Quantum infra istas .nii. affrontationes includitur sic uindo uobis terra nostra propria totum ab integrum cum exiis uel regressiis earum propter precium mancusos .II. et somera una et est manifestum. Que uero hec omnia superius scripta de meo iure in uestro tradimus dominio et potestate ad faciendum quod uolueris. Quod si nos uenditores aut ullus homo uel femina qui contra istam cartam uenditionis uenerit pro irrumpendum, non hoc ualeat uendicare quod requirit, sed componat uobis omnia in quadruplo, et inantea ista carta uen[p. 255b]ditionis firma et stabilis permaneat omnique tempore.
Facta carta .III. kalendas septembris anno .IIII. regnante Angelrico rege.
Sig+num Bernardo, sig+num Soniario, sig+num Ermengard qui istam cartam fieri iussi et testes firmare rogaui. Sig+num Soniario. Sig+num Stephano. Sig+num Miro.
(s. man.) Isarnus subdiachonus, qui ista scripsit die et anno quo supra.

89

Arxiu Diocesà de Girona ©

1035, gener, 6

Guitart ven a Pere i Adelaida, esposos, una vinya de dues sesterades de cabuda, situada al comtat de Girona, a la vila de Monte Bosin*, pel preu d'un mancús i una migera de blat.*

Cart., pp. 264b-265a. Reg.: B 89.

In nomine Domini ego Guitardus uinditor sum tibi Petro et uxori sua Adalecia emptores. Per hanc scripturam uenditionis mee uindo tibi sexterades .II. de terra cum uinea que ibi est fundata uel radicata, et aduenit mihi per donatione de fratre meo Iocefredus uel pro qualicumque uoce uel uoces, et est ipsa terra cum uinea uel cum ipsos arboribus in comitatu Gerundense, in uilla de Monte Bosin, in loco quem uocant ad ipsa Eldeda, et affrontat ipsa terra cum ipsa uinea de oriente in uinea de Guitardi Fredarii, et habet dextros .XXV., de meridie affrontat in uinea de me uenditor uel heredes meos et habet dextros .III., de occidente affrontat similiter in terra cum uinea de me iam dicto uenditore uel heredes meos et habet dextros .XXV., de circi affrontat in ipso torrente qui discurrit in tempore pluuiarum et habet dextros .III., et habet ipso dextro alnas .III. legitimas et medium pedum pede. Quantum infra istas .IIII. affrontationes includunt uel resonant sic uindo uobis predicta terra cum uinea tota [p. 265a] ab integro cum exiis uel regressiis earum inpropter precium mancusum unum et migeriam .I. de frument et est manifestum. Quem uero predicta terra cum ipsa uinea de meo iure in uestro tradimus dominio et potestate et de ipso alode faciendi omnia que uolueritis. Quod si ego uenditor aut ullusque homo uel femina qui contra ista carta uendicione uenerit pro inrrumpendum, non hoc ualeat uendicare quod requirit, sed componam et componat in duplo de predicto alode cum omni sua immelioracione et inantea ista scriptura uenditione firma et stabilis permaneat omnique tempore.
Facta ista carta uenditione .VIII. idus ianuarii anno .IIII. regnante Henrico rege.
Sig+num Guitardi, qui ista carta uenditionis feci et firmaui firmarique rogaui. Sig+num Adalfo. Sig+num alio Adulfo. Sig+num Tedmant.
(s. man.) Riculfus presbiter qui ista cartam uenditionis scripsit sub die et anno sss quo supra.

90

1035, febrer, 1

Giscafred i Aurúcia, esposos, venen a Em una vinya situada al comtat de Girona, al terme de Villaret' pel preu de dues mancusades de blat.

Cart., pp. 265a-266a. Reg.: B 90.

In nomine Domini, Ego Giscafredus et uxor sua Aurucia uenditores sumus tibi Em femina emptrice. Per hanc scripturam uenditionis nostre uendimus tibi terra nostra propria ab ipsa uinea que est in ipsa terra sedet (sic) quam nos habemus in comitatu Gerundense, infra termines [p. 265b] de Villaret, que mihi aduenit ad me Uiscafred per uxorem meam, et a me Arucia per parentorum meorum aut per qualescumque uoces uel auctoritates, et affrontat ipsa terra in ipsa uinea de oriente in terra uel uinea de Seniollo, et habet dextros .V. et mig,

Arxiu Diocesà de Girona ©

de meridie in uinea uel terra Sancti Andree et habet dextros .XXVI. minus alnes .II. et medium pedem, de occiduo in uinea uel terra de Seniollo, et habet dextros .X., de circi in uine (sic) de Seniollo et habet dextros .XXVI. ab ipso dextro qui habet alnas . VI. et medium pedem ab ipsas unctias maiores. Quantum infra istas quatuor affrontationes includunt uel dextros resonant, sic uendimus tibi ipsa terra ab ipsa uinea qui in ipsa terra sedet ab ipsas ficulneas et ipsa olibaria usque ad ipsos arbores resonant, sic uindimus tibi fructuosis uel infructuosis qui ibidem sunt totum ab integrum cum exio uel regressio suo propter precium mancusadas .II. de blat et est manifestum. Que uero predicta omnia de nostro iure in uestram tradimus potestatem ad alodem proprium ad omnia que tu facere uolueris in Dei nomine firmam damus potestatem. Quod si nos uenditores aut ullus homo uel femina qui contra hac ista scriptura uenditione pro irrumpendum uenerit, non hoc ualeat uendicare quod requirit, sed componat tibi ipsa omnia in duplo cum omni sua inmelioratione sicut superius scriptum est et ibi continetur in hac scriptura uenditione firmum obtineat robur.
Facta ista scriptura uenditionis kalendas febroarias [p. 266a] anno .IIII. regnante Enrico rege.
Sig+num Giscafredus, sig+num Aurucia, nos qui istam scripturam uenditionis fecimus et firmamus et firmare rogamus. Sig+num Ermengaudus. Sig+num Duran Bonus Homo.
Poncius presbiter qui istam scripturam uenditionis scripsit et die et anno (s. man.) quo supra.

91

1035, març, 31

El bisbe Pere de Girona empenyora a Gombau i Guisla un alou situat al comtat de Barcelona, a la parròquia de sant Andreu, entre el riu Besós i la vila de Provençals, per dotze unces d'or.

Cart., p. 115ab. Reg.: B 91.

In Christi nomine ego Petrus sancte sedis Gerundensis episcopus sum pignorator uobis Gombaldo et Guilie. Manifestum est enim quia debitor sum uobis uncias .XII. de auro iaari aut ceptini aut almeedi aut almanzori aut alcatorii. Propterea impignoro uobis alo[p. 115b]dium nostre matris ecclesie iure possessum in territorio Barchinonensi, infra parrochiam Sancti Andree, terras scilicet atque uineas, domos et curtes, prata et pasqua et aquas et ortos, cultum et heremum quod infra hos terminos concluditur; de parte orientis scilicet in alueo Bisocii siue in ipso mari, de meridie in ipsa strata qua pergit subter Prouinciales siue in uilla predicta Prouincialium, de occiduo in orta, de cirtio in ipso collo de Fenestrell. Quantum iste affrontationes includunt alodii supradicti quod iuris sit supradicte mee ecclesie sedis Gerundensis tantum ab integro depono uobis in pignus propter supradictas uncias .XII. predicti, auri et in die aut tempore quando ego reddidero uobis aut aliquis successor meus episcopus cathedre sedis Gerundensis supradictas .XII. uncias predicti auri legitime pensatas, statim reuertatur omne supradictum alodium in potestate mea aut successorum meorum aut fidelium seruientium Sancte Marie predicte qui has supradictas uncias reddiderint uobis.
Actum est hoc .II. kalendarum aprilium anno .IIII. regni Enrici regis.

Arxiu Diocesà de Girona ©

+Petrus episcopus. +Guilielmus iudex.
+Poncii cognomento Boni Filii, clerici et iudicis huius cautionis scriptore. [p. 116a]

92

1035, abril, 7

Testament de Gilabert de Cruïlles, que disposa dels seus béns a favor de la seva esposa Galangards i dels seus fills Gaufred, Dispòdia i Adalets.

Cart., pp. 124b- 126b. Ed.: P. NEGRE, "El testamento de Gilaberto, probable progenitor del linaje de Cruilles", dins AIEG 3 (1948), pp. 218-221. Reg.: B 92.

Aspera conditio et sors irreuocabilis quia nullus in carne positus mortem euadere possit. Sed tamen ego Guillaberto spero in Dei misericordia et in alme uirginis Marie et cunctis intercedentibus omnibus sanctis ut Deus omnipotens eripiat de peccatis meis et ignoro pro qualecumque casu mors debita ne michi adueniat, et si necesse est precor et aduoco amicos meos, id sunt Raimundo Bonus Homo, Guilielmo Tasis et Lobeto Soniofredo et uxorem meam Galangars ut post obitum meum mei faciatis aduocatis et helemosinarius et habeatis firmam potestatem de omnibus rebus meis, mobile et inmobile ubi inuenire potueritis. In primis precipio uobis per scriptura donationis faciatis de ipsa uinea que est ad ipsa Lacuna infra terminos de uilla Rabiosas, et ad filio meo Gaufredo ipso manso ab ipsa masada qui ad ipsum mansum pertinet uel pertinent uel que tenet terras uel uineas, cultum et heremum ubi Adalbertus Barono habitat, cum omnia genera arborum qui ibidem sunt et ipsa mea trilia que ibidem est tota [p. 125a] ab integrum; in tale conuentu dum uiuit teneat et possideat sine blandimentum de ullumque hominum; ad obitum uero suum remaneat ad Sancto Michael cenobii de Crudilias. Et ad Sancta Eulalia de Crudilias ipso meo alode qui est in ipsa Ualle, que mihi aduenit per hereditatem de genitrice mea que complanta Bernardo Ruben et Ganalgado et Ansalone, cultum uel heremum. Et ad iam dicto Gaucefredo filio meo ipso meo alode qui est in Perdudos uel infra eorum terminos cum omnes hedifices qui ibidem sunt, cultum uel heremum totum ab integrum, cum omnia genera arborum que ibidem sunt, et similiter de ipsa Desesa uel eorum terminos, et similiter de Cols et de eorum terminos, et similiter de Rexago et de eorum terminos, et similiter de Pestels uel de eorum terminos, et ipsa medietate de ipso alode quod ego habeo in uilla Guilliane uel infra eorum termines et infra termines de Burdilos siue de Sancti Martini que dicunt Uetulo ab omni integro cum fines et termines et cum illorum affrontationibus uel cum omnibus hedifices qui ibidem sunt, cum exiis et earum regressiis, tam quesitum quam ad inquirendum tam dicimus uel nominare possumus [p. 125b]. Et ad filias meas nomine Dispodia et alia Adalez, ipsa medietate que remanet de alode que est in Uiliano iam dicto uel infra eorum terminos siue de Burdilos siue de Sancti Martini iam dictos, et in ipso meo alio alodio quod habeo in Clerano uel infra eorum terminos, et ipso alode alioque alio in Brugario ab omni integro cum fines et termines cum illorum affrontationibus cum omnes hedifices qui ibidem sunt et cum omnia genera arborum qui ibidem sunt, cum exiis et earum regressiis. Et ipso meo filio iam dicto et ipsas meas filias iam dictas, si ad etatem perfectam non perueniant et si mors debita ad illum uel ad illas Dominus dederit, de illas si mortem adueniant ante etatem remaneant et omnia que ego ad illas dono ad iam dicto filio

Arxiu Diocesà de Girona ©

meo Gaucefredo toto ab integro, et si illum uel illas ad etatem non perueniant et mors debita superueniat, remaneant hec omnia ad ipsa canonica de Sancta Maria sedis Gerunda per Dei misericordia et ~rmedium animas nostras. Et ‘ad uxori mea iam dicta nomine Galangards dimitto ipso meo alode qui est in Torrozella que dicunt Armenteria uel infra eorum terminos cum omnes hedifices qui ibdem sunt, terras et uineas, molinis, molinariis, capud modis et commodis [p. 126a] reguis et subtus reguis, cauos, cum omni integro, cum fines et termines, cum illorum affrontationibus cum omnia genera arborum qui ibidem sunt cum exiis et earum regressiis que mihi aduenit hec omnia per Adalberto Gondemaro qui fuit, et est quondam uel per comparacionem siue per qualicumque uoce et auctoritate. Et preco et mando et iniungo uobis per Dei misericordiam et redemptionem animarum mearum ut uendere faciatis ipsum meum alode qui remanet in Matremania siue in Beuiano uel infra eorum terminos siue in Castellarium uel infra eorum terminos quantum possitis, et ipso precio soluere faciatis omnes debitos meos que per ueritatem uos sciatis et extinguere faciatis omnes querelas meas que de me fuerint facte per ueritatem et alio precio que remanet a Sendredo presbitero de Soz Costa monacus .II. et a Sonifredo de Canulo presbiter monacus de Oliueda et alios qui remenet (sic) donare faciatis per Dei misericordiam et remedium anime mee per sacerdotes Deum timentes. Et Gaucefredo filio meo dimitto ipsa mea domo cum omnes hedifices qui ibidem sunt que habeo ego in cimiterio Sancte Eulalie de Crucidias (sic) et alium meum auere qui remanet in uascula maiore et minore que nullus homo nomina[p. l26b]re potest aut inuenire in illum locum ipsa tercia parte donare faciatis per Dei misericordiam et remedium anime mee per sacerdotes Dominum amantes, et alias duas partes que remanent ad iam dicta uxori mee siue ad nostros infantes. Et dimitto ipsos meos infantes supradictos ab ipsos alodes supradictos in baiulia de Dei misericordia et sua matre Sancta Maria et ad Sanctum Michael et de seniori meo Gaucefredo Bernardo et de alio Gaucefredo Audegario et in garda et in manutenentia de dompno Geraldo uicecomite et in garda et manutenentia de dompno Petrono episcopo et in garda et manutenentia de dompno Raimundo seniori meo, et istum testamentum firmum permaneat usque dum alium faciam.

Facto isto testamento .VII. idus aprilis anno .IIII. quo cepit regnare Enricus rex in Francia.

Sig+num Guillabertus, qui istum testamentum fecit et digito suo firmauit et testes firmare rogaui. Sig+num Rodlan. Sig+num Adalbertus Boni Filio. Sig+num Ganualgo.

+In Dei nomine Sindredus presbiter qui istud testamentum scripsit (s. man.) et die et anno quo supra.[p. 127]

93

1035, juliol, 30

Seguer prevere, Odeguer i Sobrer, marmessors de Pere, lliuren a Sant Feliu de Cartellà una terra situada al comtat de Girona, al terme de Cartellà, a la Vall, donació que completen Odeguer, Cariberta i Ermengarda

Cart., pp. 218b-219b. Reg.: B 93.

In nomine Domini ego Segarius presbiter et Odegarius et Sobrarius, nos qui sumus tutores et helemosinarii. Mandauit enim nobis ut scripturam donationis fecissemus ad domum sancti Felicis de Cartiliano sicuti et facimus, unde et iudicium obligatum habemus a serie

Arxiu Diocesà de Girona ©

condicionis et advenit ad illum per comparationem et per camiacionem. Est ipsa terra in comitatu Gerundense infra terminum de Cartiliano in ipsa ualle, in ipsa uidelicet ratione ut dum vivit Adalbertus presbiter teneat ipse et possideat et post obitum suum dimittat alicui clerico quem ipse elegerit. Et ego Oldegarius et Gariberta donamus tibi Sancto Felici de Cartiliano in nostra memoria et in nostra sanitate [p. 219a] propter amorem Dei et remedium animarum nostrarum in illo loco aliam medietatem de ipsa terra ubi Petrus dimisit, et affrontat ipsa terra de oriente in ipso sementario quod pergit in ipso Stagno, de meridie in terra Sancti Petri, de occiduo in ipsa strada, de circio in terra de Erimballo qui fuit quondam. Et ego Ermengardis femina dono tibi Sancto Felici Cartiliani propter honorem Dei et remedium anime mee ipsam medietatem de ipso quadro quod habeo ad Bodega, et affrontat de oriente in ipsa strata, de meridie in terra de Oldegario, de occiduo in Sancti Petri cenobio Gallicant, de circi in terra Sancta Maria. Quantum infra istas .IIII. affrontationes includitur, sic donamus tibi predicto Sancto Felici predictas terras totas ab integro cum exios et regressios earum propter remedium animarum nostrarum. Quod si nos donatores aut ullus homo qui contra istam donationem venerit pro irrumpendum, non hoc valeat uendicare sed componat tibi Sancto Felici ipsas terras in duplum cum melioratione, et inantea ista donatio firma permaneat omni tempore.
Facta ista carta donationis .III. kalendas augusti anno .V. regnante Henrico rege.
Sig+num Segarii presbiteri [p. 219b], signum Ollegarii, sig+num Sabrone, sig+num Gariberga, sig+num Ermengardis femina, qui istam donacionem fecimus et firmare rogauimus. Sig+num Segario clerico. Sig+num Petri.
Segarius presbiter, qui istam scripturam scripsit die et anno quo supra.

94

1035, octubre, 18

El comte Hug d'Empúries i el seu fill Ponç venen a la comtessa Guisla l'abadia de Santa Maria de Roses i dos alous del mateix monestir, situats a Roses i Castelló, pel preu de dos mil sous.

Cart., p. 27ab. O. ADG *Mitra*, c. 3, núm. 130. Ed.: MH ap. 215, cols. 1062-1063. Reg.: B 94; MARQUÈS, *Pergamins*, núm. 8.

In nomine Domini, ego Ugone Dei gratia comes et filio meo Poncio uenditores sumus tibi Guilla comitissa emptrice. Per hanc scripturam uinditionis nostre uendimus tibi alodem nostrum proprium quod nos habemus in comitatu Petralatense, in suburbio castro Tolon, infra terminos de uilla Castellon uel infra terminos de Rodes. Et est prephatum alodem casas, casalis, curtis, curtalis, solis et suprapositis, terris et uineis, pratis uel pascuis, siluis et garricis, molinis et molinariis, regos et capud regos, cum aquis aquarumue ductibus uel reductibus, cum omnes arbores diuersi generis, omnia et in omnibus, ipsa abbadia de Sancta Maria de Rodas cum suis adiacentiis et pertinentiis que ad prefatum monasterium pertinent, sicut eam nos tenemus aut homines tenent per nos in cunctisque locis, et aduenit nobis per parentorum nostrorum uel per qualescumque omnes uoces. Affrontat ipsum alodem de Rodas de parte oriente usque in ipso monte de Cruces, et de meridie in ipso mare siue in ipso grado, et de occidente in ipso uilare que dicunt Sanguinario uel in uilla de Palatio, et de circi in ipso monte que dicunt Uerdaria siue in ipsa mata que dicunt Sancto Romano. Et

Arxiu Diocesà de Girona ©

in iam dicta uilla Castellion affrontat ipsum nostrum alodem suprascriptum de parte orientis in ipso grado de Rodas uel in gradellos, et meridie in ipso grado de Sancti Petri uel in ipso stagno de Salatello, et de occidente in terminio de Furtiane uel de Uilla Sacari, et de circii in termines de Uilla Noua seu ad ipsos uilares de Sancti Iohannis et peruadit usque ad ipsa Spina. Quantum in istas totas [p. 27b] affrontationes includitur uel isti termini continent, sic uindimus tibi ipsum nostrum alodem suprascriptum totum ab integrum, qui mihi aduenit ad me Ugo comes per quondam Gaucefredi comiti, ad me Pontio per genitori meo Ugone comite, cum exiis et regressiis earum totum ab integre, propter precium solidos duo milia quod tu emptrice nobis dedisti et nos uenditores integriter recepimus, et est manifestum. Que uero hec omnia superius scripta de nostro iure in tuo tradimus potestatem et dominationem ad faciendum quod uolueris in Dei nomine habeas potestatem ex presenti die et tempora. Quod si nos uenditores aut ullus uiuens homo qui contra ista uendicione uenerit pro inrumpendum, aut nos uenerimus, non hoc ualeat uindicare quod inquirit, sed componant tibi ista omnia supradicta in duplo cum sua inmelioratione, et in antea ista scriptura uinditionis firma et stabilis permaneat omnique tempore.
Facta ista scriptura uinditione .xv. kalendas ianuarii anno .v. quod cepit regnare Ericus in Francia.
Sig+num Bernad Guillem. Sig+num Guillem Dalmad. Sig+num Willem Uillem. Bernardus. Sig+num Teudebald Oto. Sig+num Elisiar Tressuat. Sig+num Gaucebert Auricio. Sig+num Gaucebert Gaudemar.
Stephanus presbiter qui ista carta uenditione rogatus scripsi et sub (s. man.) die et anno quod supra. [p. 28a]

95

1036, abril, 4

Riculf, Ebrinus, Gornal i Ademar, marrnessors de Duran, lliuren a la seu un alou situat a Cervià.

Cart., p. 271ab. Reg.: B 95.

In Dei nomine ego Riculf et Ebrino, Uarnal et Ademar, nos qui sumus tutores uel helemosinarii de quondam Duran, et iniunxit nobis de sua helemosina et mandauit scribere in suo testamento et resonat in suo iuditio ut scripturam donationis fecissemus de ipsa terra quam ille habebat in comitatu Gerundense, infra terminos de Ceruiano, que illi aduenit per parentorum uel per qualemcumque uoce. Propter hoc donatores sumus ad domum Sancta Maria que est sede Gerunda de terra ab ipso orto cum arboribus que ibidem sunt pomiferis et inpomiferis, que affrontat ipsa terra et cum ipso orto et arboribus de parte orientis in terra de Siluio et habet dextros .XXXXXXI. (sic), de meridie similiter de Siluio et habet dextros . XXX., et de occiduo in terra de Siluio uel in ipso rego qui discurrit, et habet dextros .LXVII. cum dimidia cana, de circi in terra de Siluio ad ipso Canabar, habet dextros .VI. de uero cum ipsa claue habet dextros .XIII. cum pas in alia claue de omni dextro .VIIII. et pes habet ipso dextro alnes .VI. et medio pede ab unctias. Quantum infra istas totas affrontationes includunt uel resonant, sic donamus et tradimus ad domum Sancte Marie totum ad integrum cum exiis uel regressis [p. 271b] earum et ipso sacrario qui est de ipsa terra ad ipsa

Arxiu Diocesà de Girona ©

canonica de Sancta Maria, propter Deum et remedium anime de quondam Duran et est manifestum. Quem uero predicta terra ab ipsa omnia superius scripta de nostro iure in Dei seruitio et de Sancte Marie tradimus, ita quod nos donatores aut ullus homo uel femina qui contra hanc scripturam donationis uenerit ad irrumpendum non hoc ualeat uendicare quod requirit, sed imprimis iram Dei incurrat super eos et cum Iuda qui Dominum tradidit participationem habeat et inantea ista scriptura donationis firma et stabilis permaneat omnique tempore.
Facta scriptura ista donatione . IIII. nonas aprilii anno .V. regnante Henrico rege.
Sig+num Ricolf, sig+num Ebrino, sig+num Arnal, sig+num Ademar simul in unum qui ista scriptura donatione fecimus et firmauimus et firmare rogauimus. Sig+num Ellemar. Sig+num Moratone. Sig+num Guilielmus.
Ermengaudus presbiter, qui ista scriptura donationis scripsit et die et anno quo supra.

96

1036, maig, 26

Adelaida fa donació a la seu i a la canònica de dos alous que té al comtat de Girona, a la parròquia de Sant Feliu de Boada, situats respectivament a la vila d'Espiells i a l'indret de Pantaleu, amb reserva de violari per a l'arxiprest Arnau.

Cart., p. 263ab. Reg.: B 96.

In nomine Domini ego Adaleth femina donatrice sum domino Deo et Sancte Marie sedis Gerunde. Certum quidem et manifestum est enim quia placuit animis meis et placet nulloque cogentis imperio nec suadentis ingenio sed propria et spontanea hoc elegit mihi bona uoluntas ut scripturam donationis fecissem Sancte Marie ad ipsa canonica sicuti et facio. Dono namque et ad ipsa canonica et ad dicta sede ipsum meum alodem quod ego habeo in comitatu Gerundense, in parrochia Sancti Felicis de Buada in uilla que dicunt Espidels, qui aduenit mihi per uiro meo Rainallo uel per comparatione [p. 263ab] aut per qualicumque uoce Et alium meum alodium quod ego habeo in comitatu Gerundense, in parrochia Sancti Felicis de Buata uel in loco quem dicunt Pantaleu, qui aduenit mihi per uiro meo Suniario uel per comparatione aut per qualicumque uoce, excepto excepto ipsum decimum quod mihi aduenit de uiro meo Suniario, in tali conuentu ut dum uiuit Arnallus archipresbiter teneat et possideat in seruitio Sancte Marie uel iam dicte canonice, et post obitum suum remaneat ad ipsa canonica de Sancta Maria. Que uero iam dicta omnia de meo iure et potestate Sancte Marie trado sicut supradictum est. Quod si ullus homo uel femina qui contra hanc scripturam donationis uenerit pro irrumpendum, non hoc ualeat uindicare quod requirit, sed componat predicta omnia in duplo cum omni sua inmelioratione, et inantea ista scriptura donationis firma et stabilis permaneat omnique tempore.
Facta ista scriptura donationis .VII. kalendas iunii anno .V. regnante Henrico rege.
Sig+num Adaled que hanc scripturam donationis fieri iussi et firmaui et firmare rogaui. Sig+num Ellemar. Sig+num Miro. Sig+num Bernardo.
+Bernardus leuita qui hanc scripturam donationis scripsi die et anno quo supra+.

Arxiu Diocesà de Girona ©

97

1036, maig, 17

Guillem i Eliardis venen a Ego, dona, una terra situada al comtat de Girona, al terme de Raset, pel preu de tres mancusos.

Cart., p. 269b. Reg.: B 98.

In nomine Domini ego Guilielmus et uxor mea Heliars uenditores sumus tibi Ego femina emptore. Per hanc scripturam uenditionis nostre uendimus tibi terram nostram propriam que mihi aduenit a me Guilielmus per comparationem et a me Heliardis per meum decimum uel per qualemcumque uoce, et est ipsa terra in comitatu Gerundense, in terminio de Raret. Et affrontat ipsa terra de parte orientis in terra de me comparatore, habet dextros .XXIIII. de circi in terra Sancti Andree habet dextros .V. et pas adaro de alnas .VI. et medium pede. Quantum infra istas .IIII. affrontationes includunt, sic uendimus tibi ipsa terra tota ab integro cum exiis et regressiis earum propter precium mancusos .III. et nichil precium apud uos emptores non remansit et est manifestum. Que uero ista omnia superius scripta de nostro iure in tuo tradimus dominio et potestate ad faciendum quod uolueris. Quod si nos uenditores aut aliquis homo uel femina qui contra ista uenditione uenerit ad irrumpendum, non hoc ualeat uendicare quod requirit, sed componat tibi in duplo cum omni sua inmelioratione, et inantea ista scriptura uinditionis firma et stabilis permaneat omni tempore.
Facta ista carta uenditione .XVI. kalendas iunii anno .VII. regnante Henrico rege.
Sig+num Guilielmi, sig+num Heldiardis, nos qui ista carta uenditionis fecimus et firmamus et firmare rogauimus. Sig+num Giscafred. Sig+num M•irone. Signum Raimundus.
Sendredus presbiter qui istam cartam uenditionis scripsit et die (s. man.) et anno quo supra. [p. 270a]

98

1038, desembre, 30

Arnulf i Eliardis venen a Ego, dona, una terra situada al comtat de Girona, al terme de Raset, pel preu de tres mancusos d'or.

Cart., p. 262ab. Reg.: B 99.

In nomine Domini ego Arnulfus et uxor mea Elliardis uenditores sumus tibi Ego femina. Per hanc scripturam uenditionis nostre uendimus tibi terra nostra propria que mihi aduenit ad me Arnulfus per genitore meo et genitrice mea, et ad me Heliards per meum decimum uel per qualemcumque uocem, et est ipsa terra in comitatu Gerundense, in terminio de Rared et afrontat ipsa terra de parte orientis in terram de Arnal Duran, et habet dextros .XV.

Arxiu Diocesà de Girona ©

et passum, de meridie affrontat in ipsa strada uel in terra de Roglens uel de Sancta Maria et habet .X. dextros et pas, de occiduo in terra de me comparatore, habet dextros .XV. et pas, de circi in terra de Gofret uel de Fredus presbiter et habet dextros .VIIII. ad rationem de alnas .VI. et medium pedem. Quantum infra istas .IIII. affrontationes includunt sic uindimus tibi ipsam terram totam ab integro cum exiis et regressiis earum propter precium mancusos .III. de auro et nichil precium apud uos emptores non remansit et est manifestum. Que uero ista omnia superius scripta de nostro iure .in tuo trado dominio et potestate. Quod si nos uenditores aut ullus homo uel femina qui contra ista scriptura uenditione uenerit pro irrumpendum, non hoc ualeat uendicare quod requirit, sed componamus tibi in duplo cum omni sua inmelioratione, et inantea ista scriptura uenditionis firma et stabilis permaneat omnnique tempore.

Facta ista carta uenditionis .III. kalendas ianuarii anno .VIII. regnante Henrico rege.

Sig+num Arnulfus [p. 262b] Sig+num Ulleliardis (sic), nos qui ista carta uenditionis fecimus et firmauimus et firmare rogauimus. Sgi+num Umbertnandus (sic). Sig+num Adalbertus.

Senderedus presbiter, qui istam cartam uenditionis scripsit et die (s. man.) et anno quo supra.

99

1039, març, 17

Guifred levita i la seva esposa Sennana, Vives sotsdiaca, Bonadona i Ermengarda venen a Baró, clergue, un alou situat al comtat de Besalú, al terme de Matamors, indret de Coronella, pel preu d'una mancusada i vuit dinerades d'ordi.

Cart., pp. 248b-249b. Reg.: B 97, que data de 1038.

In nomine Domini ego Guifredus leuita et mulier mea nomine Sennanna et Uiues subdiachonus et Bona Donpna et Ermengardis uinditores sumus tibi nomine Barone clerico emptore. Per hanc scripturam uinditionis nostre uindimus tibi alodium nostrum proprium qui nobis aduenit adme Guifredus et a Sennana per comparationem uel per hereditatem uel per qualicumque uoce, et ad me Uiuas subdiachonus et Ermengardis et Bonadonna per nostram hereditatem, et est in comitatu Bisullunense, in terminio de Matamors, ad locum quem dicunt Coronella, et est ipsa terra ab ipsa uinea ubi sedit. Et affrontat ipsa terra ab ipsa uinea de parte orientis in uinea de te emptore siue [p. 249a] in terra de Duran et habet dextros .XXXII., de meridie in terra de Durandus et de suos heredes, de occiduo similiter, de circii in terra de Deo Digario leuita, et habet dextros in altitudine .XXXII. et in altitudine .XII. et passos .II. ad dextros qui habet alnas .VI. et medio pede. Quantum infra istas quatuor affrontationes includitur sic uindimus tibi ipsum alodium quod est superius scriptum totum ab integrum cum exiis uel regressiis earum propter precium mancusada de ordeo et dineradas .VIII. de ordio et est manifestum. Que uero hec omnia superius scripta de nostro iure in tuo tradimus dominio et potestate ad omnia facere quod uolueris. Quod si nos uenditores aut ullus homo uel femina qui contra ista scriptura uenditionis uenerit pro irrumpendum, non hoc ualeat uendicare quod requirit, sed componat ipsum alodium quod est suprascriptum in duplo cum sua inmelioratione, et inantea ista scriptura uendicionis firma permaneat omnique tempore.

Arxiu Diocesà de Girona ©

Facta autem scriptura uenditionis cum sua inmelioratione .XVI. kalendas aprilis anno .VIII. regnante Henrico rege
Guifredus leuita, sig+num Sennana, sig+num Bonadompna, sig+num Ermengards, qui istam [p. 249b] scripturam venditionis fieri iussimus et testes firmare rogauimus. Sig+num Isarni. Sig+num Ansulfo. Sig+num Bernardus. Sig+num Lucibertus.
Ermomirus presbiter qui istam uendicionem scripsi et sub (s. man.) die et anno.

100

1039, setembre, 17

Procés de reclamació i exvacuació feta per Ramon Gaufred contra Pere cabiscol de la seu, d'un alou situat al comtat de Girona, al terme de Cruïlles, indret de Puigalt.

Cart., pp. 112a-114b. Reg.: B 100.

Pateat tam in presenti quam in futuro qualiter [p. 112b] quidam homo nomine Raimundus Gaucefredi repetiuit quemdam hominem Sancte Marie clericum nomine Poncium caput scole ex alodio quod iam dictus Pontius tenet per feuum Sancte Marie Gerunde sedis et eius episcopi nomine Petri. Ubi autem sit alodium satis potest esse notum, scilicet in Gerundensi comitatu, infra terminum parrochie Sancte Eulalie de Crudiliis, in loco qui uocatur Peuo Alto. Qualiter autem repetisset predictus Raimundus iam dictum alodium a iam dicto Poncio sit homini notum. Dicebat ergo predictus Raimundus quia hoc alodium, idest uineas et terras atque iacentem heremum pater suus tenuit et eius fuit. Per hanc uocem requirebat predictus Raimundus iam dictum alodium a iam dicto Poncio. Hec autem repetitio acta fuit in presentia iudicis Guilielmi et Bernardi Tethmari et Guilaberti Guilielmi et Amati Dompnucii et Guilielmi Guiscardi et Gaucefredi Audegarii et Guilmundi de Petra Tallada et Raimundi Dalmatii et Odegarii Aganoni et Gauzberti Mironis et Girberti Aimerici et Bernardi [p. 113] Bernardi seu Iohannes diachonus uel Guillaberti Bernardi et aliorum plurimorum hominum, quos nominare longum est. In istorum supradictorum hominum presentia repetiuit predictus Raimundus iam dictum Poncium et protulit iam dictam uocem aduersus eum, scilicet quod patris sui fuit et ipse tenuit iam dictum alodium et nullum aliud documentum ueridicum neque probationem legitimam potuit proferre aduersus iam dictum Poncium. Prenominatus autem Poncius protulit aduersus iam dictum Raimundum econtra legitimos testes qui probarent quod Richarius iam dicte sedis caput scole et Falcucius eius honoris successor et Poncius eque capud scole tenuissent iam dictum alodium a plus quam .xxx. annis. Quibus testibus exhibitis et amplius quam .XXX. annis aptis probare quod iam dicti tres clerici tenuissent iamdictum alodem per feuum atque beneficium Sancte Marie talem fertur iam dictus iudex dedisse responsionem: Uideo, dixit, quia iam dictus Poncius rectam uocem habet in hoc alodio et legale documentum profert de eo. Quo autem comperto recognouit se iam dictus Raimundus iniuste repetisse iam dictum Poncium [p. 113b] de hoc alodio et dixit se non amplius repetere illud, sed libenter se euacuare et in perpetuo iure Sancte Marie iam dicte sedis mansurum firmare eodem tenore ut nullus succedentium sibi in futuro tempore per uocem iam dicti Raimundi repetere predictas uineas atque terras Sancte Marie deditas atque heremi circumiacentias. Prenominati alodii affrontaciones hec sunt: de parte orientis affrontat in summitate montis qui uocatur Cuch uel in alodio Sancti Micahelis de Crudilias et peruadit predictum alodium ex hac parte

Arxiu Diocesà de Girona ©

orientali iuxta ipsum alodium cultum uel heremum de Gaucefredo uel suis heredibus usque in fontem Paubrela; de meridie in medio riuo qui uocatur Riardo uel in alodio Sancti Felicis Gerunde uel Sancti Michahel de Crudilias uel in alodio Gauzberti Guilielmi de Empurias; de occciduo in alodio iam dicto Raimundo uel de Adalaz et heredibus eorum et peruadit per ipso Segalar usque ad fontem de Aries uel in ipso riuo qui uocatur Beuedor; de parte uero circi affrontat in terminio de Canigages et deinde ascendit iam dictum alodium usque in summitatem prescripti montis quem uocant Chuc. Quantum infra iamdictas affrontationes includitur [p. 114a] sic euacuo me ego iam dictus Raimundus in potestate Sancte Marie et prescripti Poncii dominio sine ullo malo ingenio atque enganno, ut amodo et deinceps firmiter teneat et quiete iam dictus Pontius et ius prelibate sedis omni tempore habeat atque possideat. Quod si ego euacuator aut ullus homo uel femina uenero uel uenerit irrumpere hanc euacuationem non ualeam uel ualeat uendicare quod requisiero uel requisierit, sed primum iram omnipotentis Dei incurram uel incurrat et Iuda Domini proditore in inferno porcionem obtineat et omnium episcoporum atque clericorum excomunicationi subiaceat, deinde predictum alodium in duplo exsoluat et postea hec euacuationis scriptura firma permaneat omni tempore.
Acta euacuatio .XV. kalendas octobris anno .VIIII. regni Enrici regis.
Sig+num Raimundi Gaucefredi euacuatoris, qui euacuationem fieri iussi, firmaui et testibus firmare rogaui. Sig+num Emerut quam uocant Tota, qui presentem scripturam euacuationis collaudauit atque firmauit et in ea predicto alodio in potestate iam dicte Sancte Marie et Poncii eius caput scole se euacuauit necnon et testibus firmare rogauit. Sig+num Petrus. Sig+num Iohanne quem uocant Isarni. [p. 114b] Sig+num Bernardi Guigoni. Sig+num Guillaberti. Sig+num proli Annanelg. Sig+num Ademar proli Guitardi. Sig+num Suniarii. Andreas presbiter (s. man.). Sig+num Suniarii Eruigio. Guilielmus sacer (s. man.) sancte Gerundensis presbiter (s. man.).

101

1039, desembre, 27

Gaufred i Ramon, preveres, i Bernat Bonhome i Amat,marmessors de Sendred Guillem, lliuren a la canònica de Santa Maria de la seu de Girona un alou situat a Corts.

Cart., pp. 244a-245a; altra còpia, ibid, p. 250ab. Ed. parcial: CONSTANS, núm. 64. Reg.: B 101-102.

In nomine Domini, nos Gaufredus et Raimundus sacerdotes et Bernardus Bonus [p. 244b] Homo et Amato. Manifestum est enim quia comendauit nobis quondam Sindredo Guilielmo suam helemosinam, et precepit nobis ut scripturam donationis fecissemus ad ipsa canonica Sancte Marie de suo alode quod ipse habebat in comitatu Gerundensi, intus uilla de Curtis, idest ipsos duos mansos cum ipsa condamina que ibidem est apud Casis et ipsos arbores qui ibidem sunt, de ipsas stradas usque in alias, et in alio loco ad ipsa Cardoneda, in casis et curtis, in terris, in uineis, in cultum et heremum ipsa medietate et ipsam sacrariam quam ille habebat iuxta Sancti Iuliani. Hec omnia superius scripta de nostro iure et potestate de ipsa canonica tradimus totum ab integrum cum exiis et regressiis earum, ln tale conuentu ut dum uiuit Arnallus archipresbiter prolis Dalmatio teneat et possideat in seruicio Sancta Maria sicut in ipso iudicio insertum est, et nos a serie condicionis pariter iuratum uel probatum habemus. Quod si nos donatores aut ullus homo uel femina qui contra ista

Arxiu Diocesà de Girona ©

scriptura donatione uenerimus aut uenerit ad inrumpendum, non hoc ualeamus aut ualeant uendicare quod requirit, sed componamus aut componant ad predictam canonicam [p. 245a] in duplo, cum omnem suam inmeliorationem et inantea ista scriptura donationis in omnibus obtineat roborem.
Facta ista carta donationis .VI. kalendas ianuarii anno .VIIII. regnante Engelrico rege.
Gauzfredus presbiter (s. man.), (s. man.) Raimundus presbiter, sig+num Bernardus Bonushomo, sig+num Amatus, qui istam cartam donationis fecimus et firmamus et firmare rogamus. Sig+num Arnustus. Sig+num Sindredus. Sig+num Soniallus.
Radulfus presbiter et monachus qui istam scripturam scripsi et (s. man.) die et anno quo supra.

102

1040, juny, 11

Testament d'Adelaida, que llega a la seu de Girona els alous d'Espiells i Pantaleu.

Cart., pp. 277a-278a. Reg.: B 103.

In Christi nomine ego Adaleth femina, dum iaceo in lecto meo ab egritudine, timeo ut non ueniat super mors, uocaui amicos meos [p. 277b] idest Arnallum archipresbiterum et Gaufredum et Poncium et Isarnum ut fiat (sic) mei helemosinarii et habeant potestatem distribuere res meas tam mobile quam immobile sicut ego illis iniunxero, scilicet in sanctis Dei ecclesiis et sacerdotibus et pauperibus. Imprimis ad domum Sancte Marie sedis Gerunde dimitto alodem meum quem habeo in comitatu Gerundense, qui aduenit mihi per meum decimum de uiro meo Soniario siue per comparacione uel per qualemcumque uoce, et ipsum alodem de Spidel totum ab integro et ipsum alodem de Pantaleu totum ab integro similiter ad Sanctam Mariam ut tenat omnia Arnallus archipresbiter omnibus diebus uite sue, et post obitum suum remaneat ad Canonicam Sancte Marie. Et ad Sanctam Mariam .IIII. mancusos de auro, et unum de istos ad ipso cimiterio, et duos ad presbiteros Sancte Marie et alium ad ipsa canonica; et ipsos duos mancusos quos Bonefilius Soniarii mihi debet dimitto .I. ad canonicam Sancti Felicis et alium ad Sanctum Petrum de Gallicantu, et ad Sanctum Petrum de Galligan dimitto ipsum meum decimum de meo alodio quod habeo in Pantaleu, quem dimisit uir meus ad Sanctum Petrum; et ipsas meas eguas dimitto Arnaldo archipresbitero in uita sua, et post obitum suum remaneat ad iam dicta canonica; et ad Arnallum Sancte Cecilie mancusum .I. ad ipsum librum, et ad Sicard nepta mea dimitto ipso manso de Basso ubi Ebrinus habitat, qui [p. 278a] est ad ipso puio Sancti Stephani, cum sua tenencia. Et Adalberto nepote meo ipsum mansum de Estagnol qui est in Bas, quod tenet Guiscafredus cum sua tenentia, et alium meum alode quidquid remanet qui est in Bas, exceptos duos mansos quos uendidi ad Arnallus archipresbiter et exceptas ipsas terras quas uendidi et ipsum alodium de Falgars, de Pruido et de Callers, remaneat ad filias meas et ad nepote meo filio Mathfret; Sancto Stephano de Bas mancusum .I. ad ipsa petra de ipso signo; ad Arnal archipresbiter capa .I. et oues quatuor, a Seger presbiter oues .II. sup (sic) .I., a Ballumir presbiter similiter, a Bernard presbiter similiter, a Bleger presbiter sextarium de blad, a Sicard nepta mea .III. lectos de drabs et coisinos .II. de camis .II., de cota .I. optima et sauenas .II., a Ballamir, sextarium .I. de blad, a Poncio gaderiggo .I. perna et .I. gadenga, a Transgonci gadenga .I., ad Ermomir gonella .I. de ipsa lana, a Gotfret presbiter sextarium .I.

Arxiu Diocesà de Girona ©

de blad, a Poncio presbiter ouem .I., a Freder presbiter oues .11., a Quintul, ouem .I. et sextarium .I. de blad. Alium meum auere quod remanet donent pro remedio anime mee.
Facto isto testamento .III. idus iunii anno .VIIII. regnante Henrico rege.
Sig+num Adaletd, qui hunc testamentum fieri iussit et testes firmare rogauit. Sig+num Poncii. Sig+num Ballumir. Sig+num Allemar. Poncius leuita. Sig+num Soniofredus Sanla. +Adalbertus presbiter, qui hunc [p. 278b] testamentum scripsit sub die et anno quo supra.

103

1041, agost, 7

Arnau arxiprest, Ponç i Isarn, marmessors d'Adelaida, lliuren a la seu de Girona uns alous que havien estat d'aquesta, situats a Espiells i Pantaleu a la parròquia de Sant Feliu de Boada.

Cart., pp. 263b-264b. Reg.: B 104.

I.n nomine Domini. Nos Arnallus archipresbiter et Gaufredus leuita et Poncius et Isarnus, qui sumus tutores et helemosinarii de quondam Adalez. Certum quidem et manifestum est [p. 264a] quia comendauit nobis predicta Adalecis sua helemosina et precepit nobis ut scripturam donationis fecissemus ad domum sancte Marie sedis Gerunde de ipsos suos alodios quod illa habebat in comitatu Gerundense, quod aduenit ad eam de uiro suo quondam Soniario per decimum et per comparacionem uel per qualescumque uoces et de ipsum alodium de Espidels totum ab integrum et de ipsum alodium de Pantaleon totus ab integrum exceptus ipsum decimum de Pantaleon, sicuti facimus. Et nos iam dicti helemosinarii sic donamus et tradimus suprascriptos alodios ad predicta sede Sancte Marie in tale placitum ut dum uiuit Arnallo supradicto archipresbiter teneat predicta omnia, post obitum suum remaneat ad canonicam de predicta sedis (sic) Sancte Marie totum ab integrum cum fines et termines, cum exiis et regressiis earum sicut in ipso iuditio de quondam predicta Adalaiz resonat, quod exinde iurauimus et a serie conditionis pariter probatum habemus. Quod si nos predicti elemosinarii aut ullus homo uel homines, femina uel feminas qui contra ista scriptura donatione uenerit pro irrumpendum, non hoc ualeat uendicare quod requirit, sed ira Dei incurrat super eos et cum Iuda proditore participationem habeant et a liminibus sancte Dei ecclesie extranei fiant et inantea ista scriptura donationis firma permaneat omnique tempore.
Facta ista scriptura donationis [p. 264b] .VII. idus augusti anno .XI. regni Henrici regis.
Sig+num Poncius, sig+num Isarnus qui istam cartam donationis facimus et firmamus et testes firmare rogamus. (s. man.) Gaucefredus leuita.
(s. man.) Uiuas presbiter qui ista scriptura donationis scripsi et (s. man.) et anno quo supra.

104

1042, gener, 30

Esteve i Audesind venen a Bernat i Gonçalva, esposos, dues peces de terra situades a Domeny, per 20 canes de llenç.

Arxiu Diocesà de Girona ©

Cart., pp. 360b-361a. Reg.: B 105.

In nomine Domini, nos Stephanus et Audesindo uenditores sumus tibi Bernardo et uxor tua Gunzalua emptores. Per hanc scripturam uenditionis nostre uendimus pecias duas de terra que sunt ante Gerunda ciuitate, infra terminos de uilla Dominio, qui nobis aduenit per parentorum nostrorum siue per qualescumque uoces. Qui affrontant iam dictas pecias .II. terre de parte orientis in terra de Isarno, de meridie in uia, de occiduo in terra Sancti Felicis, de parte circii in uia que uadit ubique. Quantum infra istas quatuor affrontationes includitur, sic uendimus uobis suprascriptas terras totas ab integro, cum exiis et regressiis earum inpropter precium alnas .XX. de lencio, et est manifestum. Que uero predictas pecias de terra, sicut superius resonant, de nostro iure in uestrum (sic) tradimus dominio et potestate ad omnia facere quod uolueritis. Quod si nos predicti uenditores aut ullus homo uel femina qui contra ista scriptura uendiciones (sic) uenerit ad irrumpendum, non hoc ualeat uendicare quod requirit, sed componant aut componamus uobis predictas terras in duplo cum eorum melioratione, et inantea ista scriptura uenditionis firma permaneat [p. 361a] omnique tempore.
Facta ista scriptura uenditionis .III. kalendas februarii anno .XI. regni Henrici regis.
Sig+num Stephano, sig+num Audesindo, nos qui simul in unum ista carta uenditionis fecimus et firmauimus et firmare rogauimus. Sig+num Stephani Grugil. Sig+num Martinus Artilane. Sig+num Arnallo.
(s. man.) Uiues presbiter, qui ista carta uenditionis scripsi et sub die (s. man.) et anno quo supra.

105

1042, març, 11

Miró Guillem ven a la seu de Girona i a l'ardiaca Arnau un alou situat al comtat de Girona, al terme de Corts, pel preu de dos mancusos cetins.

Cart., pp. 252a-253a. Ed. parcial; Constans núm. 65, que data de 1041. Reg.: B 106.

In nomine Domini, ego Mirone Guilielmo uinditor sum domino Deo et Sancta Maria sedis Gerunda et tibi Arnallo archidiacono emptores. Per hanc scripturam uenditionis mee uendo uobis alodem meum qui est in comitatu Gerundense, in locum quem dicunt Curtis uel in terminio de Curtis, et aduenit michi per parentorum meorum aut per qualescumque uoces. Et affrontat predictum alodium de parte orientis in terminio de Corneliano, de meridie in terminio de Canellas, de occiduo affrontat in terminio de Sancto Uincentio de Chamons, de parte uero circi affrontat in Matamors uel in terminio de Matha uel de Bal[p. 252b]nolas. Quantum infra istas .IIII. affrontationes includitur sic uendo et dono uobis predictum alodium totum ab integrum cum suo exio et regressio suo propter precium mancusos duos cetinos, et nichil de ipso pretio apud uos emptores non remansit ad soluendum, et est manifestum. Quem uero predictum alodem de meo iure in uestro trado dominio et potestate ad omnia facere que uolueritis. Et est predictum alode casas, casales, curtis, curtales, orti, ortales, pratis, pascuis aquis, aquarum, terras et uineas et arbores uie ductus et reductus,

Arxiu Diocesà de Girona ©

omnia et in omnibus. Quod si ego uinditor donator aut ullus homo uel femina qui contra istam cartam uenditionis aut donationis uenerit aut uenero ad inrumpendum, non hoc ualeant uendicare quod requisierit aut requisiero, sed componat aut componant uobis predicta omnia in duplo cum sua immelioratione et in antea ista carta firma permaneat omnique tempore et stabilis.
Facta ista carta uendicione uel donatione .V. idus marcii anno .XI. regnante Henrico rege.
Sig+num Mirone Guilielmo. Sig+num Suniario. Sig+num Senfret. Sig+num [p. 253a] Ermerina.
Wifredus presbiter qui istam cartam uendicionis et donacionis scripsit.

106

1046, març, 26

Silvi i Adalets, esposos, venen a Seguer Onofred i Bremon Ramon un alou situat al comtat de Girona, a la parròquia de Viladesens, pel preu de sis unces d'or de mancusos, tres unces d'or nou d'Espanya i dos cavalls.

Cart., pp. 268b-269a. Reg.: B 107.

In nomine Domini, ego Siluio et uxor mea Adaledis uenditores sumus uobis Segario Onofredo et Bremundo Raimundo emptores. Per hanc scripturam uenditionis nostre uendimus uobis omnem alodem nostrum proprium, quod nos habemus in comitatu Gerundense, infra parrochiam de domum sancti Uincentii de Uilla Asinorum, in locum quem dicunt infra terminos uel adiacentias de uilla Uincentii, et sunt casas cum casales, cum supra positos, cum portas et cum ostios et cum ipsas petras et cum ipso columbario et cum ipsas ciges, ortis, ortalis, curtis cum curtalis, linariis, canabariis, arboribus fructuosis uel infructuosis, oliuariis, siluis, garricis, pratis, pascuis, terras et uineas cultas uel heremas, omnia et in omnibus, aquis aquarumue ductibus uel reductibus, quantum homo potesst dicere uel nominare. Et aduenit mihi Adaledis iam dicta omnia per comparacionem uel per qualescumque uoces uel auctoritates; ad me Siluio per uxore mea iamdicta Adaladis. Et affrontat iam dictum alodem suprascriptum de oriente in terminio de uilla Mora uel in ipso pugo de Ermerico, de meridie in terminio de Uilla de Asinos uel de Locata, de occiduo in alaudem Sancti Stephani cenobii Balneolis quem uocant Lennegat, de uero circii in terminio de Goncherol et de Uilar de Santia. Quantum in istas totas affrontationes includunt, sic uendimus uobis iam dicto alaude ab omni [p. 269] integritate cum exios et regressios earum, cum illorum termines uel cum illarum affrontationes et est inpropter precium unctias .VI. de auro optimo de mancusos cetinos et iafarinos et amurinos, et unctias .III. de auro nouo de Espanna et cauallos .II. optimos, nichilque de ipso precio apud uos emptores non remansit ad soluendum, et est uerum. Que uero predicta omnia de nostro iure in uestro tradimus potestate ad alaudem proprium ad omnia que uolueritis faciatis in Dei nomine firmam habeatis potestatem. Quod si nos uenditores aut ullus homo, femina uel cuiuslibet sexus qui contra ista scriptura uenditione uenerit pro irrumpendum, non hoc ualeat uendicare quod requirit, sed componat iam dicto alaudem in duplum, cum omni sua melioratione et in antea ista scriptura uenditione firma et stabilis permaneat omnique tempore.

Arxiu Diocesà de Girona ©

Facta ista scriptura uenditione .VII. kalendas aprilii anno .XV. regno Henrici regis.
Sig+num Siluio, sig+num Adaledis femina, qui ista scriptura uenditione fecimus et firmauimus et testes firmare rogauimus. Sig+num Guilielmus Arnallo. Sig+num Matfredus Guitardus. Sig+num Soniario Leopardo.
(s. man.) Gaubertus ac si indignus sacer, qui istam scnpturam uenditionem scripsit et sub (s. man.) die et anno quo supra [p. 269b].

107

1047, juny, 19

Els marmessors d'Ermengol Bernat lliuren a la seu de Girona un alou situat al comtat d'Empúries, al terme de Gualta, amb reserva de violari per a Ramon ardiaca

Cart, pp. 186a-187a. Reg.: B 108, que data de 1046
In nomine Domini, nos Raimundus archileuita et Ugoni Guilielmi et Gaucefredo Falcucii necnon Ermessendis, qui sumus tutores et aduocati elemosinarii de quondam Ermengaudi Bernardi. Manifestum est enim quia precepit nobis iamdictus Ermengaudus ut scripturam donationis fecissemus ad domum Sancte Marie de ipso alodio quem habet in comitatu Impuritano, i parrochia Sancte Maria de Aqualta uel in eius termines, sicuti et facimus. Est autem ipsum alodium casas, casales, curtism curtales, ortis, ortales, linariis et canabariis, terris cultis et incultis, uineis, uinealibus, pratis, pascuis, siluis atque garricis, arborum diuersis generibus, pomiferis et impomiferis, molinis, mulinaris cum capud regos et subtus regos, stagnis aquarum, iterum aquis aquarum, uie ductibus uel reductibus, piscarias necnon ipso sacrario quod quondam prefatus Ermengaudis habebat ad prephatam ec<clesiam Sancte Marie de Agaulta, omnia enim et in omnibus, quantum dici uel nominari potest. Affrontat autem prelibatum alodium et omnia prescripta ab orientali partibus (sic) longe in ipso mare, de meridie in ipso stagno quem dicunt Clar de Bulento et in terminos de Fontanilias, de occiduo inter terminos de Libiano et de Serra, de circii uero partibus aff[p. 186b]frontat in termino de Oliano et de Turrucella de Montegrino. Quantum infra has totas affrontationes includitur uel includunt, sic donamus iam dictum alodium et omnia suprascripta Sancte Marie sedis Gerunde totum ab integro, cum exitibis et earum regressibus et cum suis affrontationibus, sicut quondam prescriptus Ermengaudis nobis prelibatis elemosinariis iniunxit atque comendauit, et nos a serie conditionis pariter iuratum uel comprobatum habemus. In tali uero conuentui et ratione ut suprascriptus Raimundis archileuita dum uiuit habeat et teneat iamdictum alodium secure et quiete sine blandimento ulliusque persone; ad obitum uero suum remaneat iam dictum alodium absque ullo impedimento ad canonicam prescripte sedis sancte Marie ita ut nullus nec episcopus nec prepositus nec aliquis de clericis sancte sedis iam dicte non sit ausus tollere nec ad feuum dare nec pro aliqui ingenio prescripto alodio abstrahere uel minuere de ipsa canonica. Similiter precipimus uel mandamus de laicis, scilicet nec comes dec uicarius nec aliquis homo uel femina et qualibet persona non sit ausus tollere nec ad feuum dare nec pro aliquo ingenio prescripto alodio hoc facere presumpserit, primum iram Dei omnipotentis incurrat et sit socius cum Iuda Domini proditoris, ad extremum uero iubemus ut prescriptum alodium retineatus ad propinquos uel consanguineos [p. 187a] quondam iam dicti Ermengaudi Bernardi. Quod si nos donatores aut ullus homo uel femina qui contra scripturam donationis istam uenerimus uel uenerint ad irrumpendum, non hoc ualeamus uel ualeant uendicare quod requisierimus uel requisierint, sed componamus aut componant

Arxiu Diocesà de Girona ©

Sancte Marie iamdicta omnia in triplo et postmodum presens scriptura donationis in omnibus optineat suum roborem.
Facta ista scriptura donationis .XIII. kalendas iunii anno .XVI. regni Henrici regis.
Raimundus archileuita et helemosinarii, sig+num Ugonis Guilielmi, sig+num Ermesendis coniux, prescripti Ermengaudi helemosinarii, nos qui istam scripturam donationis fieri iussimus, firmauimus et testes firmare rogauimus. Bernardus leuita+ Raimundus leuita (s. man.) Adroarius leuita. Sig+num Guilielmi clerici. Sig+num Soniarii. Sig+num Bonefilio (s. man.). Bernardus leuita. Sig+num Petri leuite. (s. man.) Seusdedit presbiter. Sig+num Bernardi, proli iamdicti Ermengaudi. Sig+num Guilielmi leuite. Stephanus presbiter.
Arnallus presbiter, qui hanc scripturam donationis rogatus scripsit die et anno quo supra [p. 187b]

108

1049, març, 31

Ramon Amau i Eldiardis, esposos, donen a la seu de Girona l'esglesiola de Santa Maria d'Espasèn, que haurà de ser servida pels clergues d'Ollers.

Cart., p. 147ab. O.: ADG *Mitra,* c. 3, núm. 35. Ed.: CONSTANS, *Diplomatari* núm. 67, que data de 1048. Reg.: B 109; MARQUÈS *Pergamins,* núm. 10.

In nomine Domini, ego Raimundus Arnalli et uxor mea Eliards donatores sumus Deo et Sancte Marie sedis Gerundensis. Per hanc scripturam donationis nostre donamus ipsam nostram ecclesiolam que uocatur Sancta Maria de Spasent predicte basilice iam dicte sedis, eo modo ut hec predicta ecclesia sit in diocesi et subiectione ecclesie Sancti Martini de Olers, ut presbiter eiusdem sancti Martini faciat et dicat sacrum Dei misterium in predicta ecclesiola. Igitur nos suprascripti donatores donamus huic predicte ecclesiole .xv. passus tocius illius terre que est in circuitu eius, ut hec terra .xv. passuum sit cimiterium atque sacrarium eiusdem ecclesiole. Et nos predicti donatores per singulos annos redditum donabimus predicte sedi unum parilium ferros cum clauellis equi aut muli, et posteritas nostra similiter faciat pro suprascripta ecclesiola redditum. Hec omnia suprascripta nos predicti donatores de nostro iure in ius et potestate predicte Sancte Marie sedis Gerundensis libenti animo tradimus, sicut suprascriptum est, ut amodo et deinceps secura predicta sedes possideat suprascripta omnia. Quod si nos donatores presumpserimus irrumpere istam donationem, .VI. auri unctias componamus prelibate sedi, et preterea [p. 147b] firma sit hec donatio omni tempore.
Facta hec scriptura donationis .II. kalendas aprilis anno .IXVIII. regni Henrici regis.
Sig+num Raimundi Arnalli, sig+num Eliards, donatorum qui hanc donationem fecimus, firmauimus et firmari rogamus. Sig+num Bernardi Gauceberti. Guitardus leuita. Poncius (signes tironians) et caput schole atque iudex (s. man.) Sig+num Petri Lobatoni. Miro Gasco, leuita. Borrellus + leuita.
(s. man.) Arnallus presbiter qui hanc scripturam donationis rogatus scripsit die et anno quo supra.

Arxiu Diocesà de Girona ©

109

1051, març, 10

Convinença per la qual el bisbe Pere de Girona cedeix al comte Ramon Berenguer I la seva dominicatura de la Bisbal durant la vida d'aquest.

Cart., pp. 70a-71a. Reg.: B 110.

Hec est conuenientia quam ego Petrus Gerundensis episcopus feci cum te dompno Raimundo Berengarii comite. Ego uero predictus Petrus dono ipsam dominicaturam de Sancta Maria Episcopali sicut Sancta Maria sedis Gerunde tenet et habet, et tenere et habere debet, dompno Raimundo prescripto, excepta ecclesia prescripte sedis Sancte Marie et exceptis decimis et primitiis eius omnibus oblationibus et excepto cimiterio et exceptis sacrariis omnibus ecclesie et exceptis hiis omnibus que canonica Sancte Marie prescripte sedis et Guibertus gramaticus tenet. Et ego predictus Petrus dono tibi dompno Raimundo prescripto ut in istis sacrariis et cimiterio predicte ecclesie que ego retineo modo facias tuam uoluntatem exceptis hiis rebus quas Iohannes et sui clerici et Girbertus gramaticus prescripti tenent in prescriptis sacrariis et cimiterio et excepto auer quod defunctus dimiserit pro sua sepultura et anima et excepta mea domo cum suo hedificio quam ego prescriptus Raimundus facturus sum in predictis sacrariis. Et hec omnia a me predicto Petro tibi Raimundo prescripto donata [p. 70b] dono in tali conuentu ut tu prescriptus Raimundus non dones nec incambres aliquid de suprascripta dominicatura quam ego tibi dono in potestate alterius hominis. Et si tu prescriptus Raimundus mortuus fueris, prescripta dominicatura a me tibi donata cito reuertatur sine impedimento et sine dono de auer in potestate Sancte Marie predicte sedis et meam aut episcopi prescripte sedis si ego mortuus fuero et comitissa Ermesendis mortua fuerit aut deuota facta fuerit, aut si tu prescriptus Raimundus comitatum Gerundensem tenueris. Prescripta dominicatura quam tu Petrus mihi donas conuenio tibi Petro prescripto ut deliberem ipsas toltes et tortos quos homines faciunt Sancte Marie sedis prescripte in prescripta dominicatura. Et ego Raimundus prescriptus iterum conuénio tibi Petro prescripto ut de ipsis toltis et tortis que homines faciunt Sancte Marie sedis prescripte et tibi in tüo episcopatu faciam iustitiam Sancte Marie prescripte sedis et tibi de quibus facere potuero et de illis toltis et tortis de quibus facere non potuero iustitiam adiutor ero Sancte Marie et tibi per rectam fidem sine tuo enganno. Et ego Petrus prescriptus mitto canonicam cum sua terra et cum suis omnibus Sancte [p. 71a] Marie prescripte sedis et omnes clericos iam dicte sedis cum eorum rebus et totum meum honorem episcopalem in tuam baiuliam et defensionem, Raimunde prescripte comes, ut bene custodias et deffendas prescripta omnia ad seruitium et honorem prescripti episcopi et ad bonum de iam dictis clericis. Et hec omnia suprascripta et suprascripta baiulia non sint dampnum de suprascripta Ermesende comitissa. Et ego prescriptus Raimundus conuenio tibi prescripte Petre ut suprascriptum conuentum quem ego supérius tibi feci et faciam totum tibi Petro prescripto adtendam et teneam sine tuo enganno et excepto hoc quod tu Petrus episcopus michi Raimundi prescripto absolueris tuo grato animo sine fortia.
Scriptum est hoc donum et conuentus .VI. idus marcii anno .XX. regni Henrici regis.
+ Petrus episcopus. Remundus comes. [p. 71b]

110

Arxiu Diocesà de Girona ©

1051, juliol, 14

Sunyer i Beleca, esposos, fan donació a la canònica de Santa Maria de la seu de Girona d'un mas i terra de mitja mujada de cabuda, situat al comtat de Girona, al terme de Cruïlles, indret de Carrera.

Cart., p. 118ab. Original: ADG *Mitra*, c. 15, núm. 39 Reg.: B 112; MARQUÈS *Pergamins*, núm, núm. 11.

In nomine Domini ego Soniarius et uxori mee Beleca donatores sumus Deo et Sancte Marie et eiusdem canonice ipsa terra cum ipso manso qui est in comitatu Gerundensi, in terminio de Crudilias, ad ipsa Carrera, et est ipsa terra iam dicta semodiata .I. cum domo et curte, et affrontant predicta omnia de parte orientis in terra de nobis donatores, de meridie similiter, de occiduo in uineis de Gauzfreg et de Amalrico Uitali, de circio affrontat in terra de Sancto Michaele uel de Galangardis. Quantum iste affrontationes includunt, sic [p. 118b] donamus nos iam dicti Soniarius et Beleca Deo et Sancte Marie et eidem canonice ipsa terra supradicta cum ipsa domo ad proprietatem predicte canonice, in tali uidelicet ratione ut dum ego Suniarius uiuus fuero laborem ipsam terram et donem ipsa tascha predicte canonice et posteritas mea simili modo faciat post obitum meum. Quod si nos donatores aut ullus homo qui contra hanc scripturam donationis uenerimus aut uenerit ad irrumpendum non hoc ualeamus uel ualeant uendicare quod requisierimus uel requisierint, sed componamus aut componat suprascripta omnia in duplo cum omni sua immelioratione et in antea ista scriptura firma permaneat omnique tempore.
Facta ista carta donationis .II. idus iulii anno .XXI. regni Henrici regis.
Sig+num Suniarius, sig+num Beleca, qui ista scriptura fieri iussimus, fecimus, firmauimus et testibus firmari rogauimus. (s. man.) Bonutius presbiter et sacristano. (s. man.) Ademarus leuita. Diagobertus(sic) ypodiaconus. +Bernardus presbiter+.
Petrus presbiter, qui istam scripturam donationis scripsit die et anno quo supra. [p. 119a]

111

1052, febrer, 7

Amat Vivas, fill de Tresgòncia, fa homenatge al bisbe Berenguer de Girona i li promet no perjudicar-lo des del castell de Sant Sadurní.

Cart., pp. 156b-157a. Reg.: B 111.

Iuro ego Amatus filius qui fui Tranguntie (sic) femine quia ab hac hora in toto tempore uite tue sine fraude et malo ingenio et tua deceptione fidelis ero tibi Berengario episcopo Gerundensi et ego idem Amatus prenominatus filius qui fui eiusdem Transgontie predicte iuro super altare quod est consecratum in honorem sancti Iohannis tibi Berengario prescripto quia ego prescriptus Amatus amodo et deinceps uel tempore uenturo non colligam ullum hominem nec homines, feminam uel feminas in meam domum neque in meam fortedam quam habeo aput Sanctum Saturninum de Salzed ad tuum dampnum, Berengari episcope, me sciente. Et ego prescriptus Amatus non uetabo te intrare predicte Berengari iam dictam meam domum et iam dictam fortedam neque uetabo exire te de

Arxiu Diocesà de Girona ©

predicta mea domo et domibus et de predicta forteda. Et ego Amatus non colligam illos homines nec feminas in predicta forteda et in predictas domos de quibus tu predictus Berengarius prescriptus nominatim dixeris mihi Amato ut non colligam eos in predicta forteda, et quociens tu predictus Berengarius pecieris a me Amato [p. 157a] potestatem de predicta forteda et de predictis omnibus domibus, ego prescriptus Amatus non uetabo potestatem de predicta forteda et de predictis omnibus domibus tibi iam nominato Berengario ego prescriptus Amatus ista omnia suprascripta tenebo et attendam tibi Berengari. Sic Deus me adiuuet et isti sancti, excepto hoc quod tu mihi Berengarius absoluis tuo grato animo.
Scriptum est hoc iuramentum .VII. idus februarii anno .XXI. regni Henrici regis.

112

1053, gener, 16

Ramon Arnau i la seva eposa Eldiardis fan donació a la seu de Girona de l'església de Sant Joan de Vilademuls.

Cart., pp. 146a-147a. Ed.: CONSTANS, *Diplomatari*, núm. 70. Reg.: B 113.

In nomine Domini. Ego Raimundus Arnalli et uxor sua ego Eldiardis donatores sumus ecclesie Sancte Marie sedis Gerundensis. Per hanc scripturam donationis nos ambo pariter donamus ecclesiam Sancti Iohannis de Uillademuls cum suo cimiterio .xxx. passuum in circuitu suo predicte ecclesie sancte Marie. Et est predicta ecclesia Sancti Iohannis [p. 146b] cum predicto cimiterio in comitatu Gerundense, in loco qui dicitur de Uilademuls, et aduenit mihi Raimundo predicto terra in qua predicta ecclesia residet per comparationem et per quamcumque uocem, et mihi predicte Eldiardi per meum decimum. Et affrontat predicta ecclesia cum suo cimiterio ex quatuor suis affrontationibus in alodio nostri donatorum. Sicut concluditur et continetur predicta ecclesia Sancti Iohannis cum predicto suo cimiterio .XXX. passuum in circuitu sui infra quatuor predictas affrontationes predicti donatores sic donamus eam predicte sedi, et de nostro iure in eius tradimus dominium et potestatem ut ab hodierno die et tempore predicta ecclesia Sancte Marie sedis Gerundensis teneat et possideat predictam ecclesiam cum predicto cimiterio. Quod si nos donatores uenerimus contra hanc donationem ad inrumpendum, in duplo componamus predictam ecclesiam cum predicto suo cimiterio iam dicte ecclesie Sancte Marie. sedis Gerundensis. Quod si alter homo utriusque sexus uenerit contra hanc donationem, similiter componat predictam ecclesiam cum predicto cimiterio et postea firma sit hec donatio omni tempore.
Facta scriptura donationis .XVII. kalendas februarii anno .XXII. regni Henrici regis.
Sig+num Raimundi Arnalli, sig+num Eldiardis, donatores, qui hanc scripturam donationis fieri iussimus et firmauimus et testes firmare rogamus. Sig+num Raimundi Remundi, filii. Sig+num Berengarii Raimundi. Sig+num Bernardi Bernardi de Galiners [p. 147a] Sig+num Oliba Gillelmi. Sig+num Raimundi Gillelmi. Sig+num Raimundi Raimundi. (s. man.) Bernardus leuita. +Bernardus presbiter. Sig+num Gombaudi presbiteri.

113

1053, gener, 17

Arxiu Diocesà de Girona ©

El bisbe Berenguer de Girona dóna a Ramon Amau l'església de Vilademuls a condició de rebre'n homenatge i ajut.

Cart., p. 146a. Ed.: CONSTANS, núm. 71. Reg.. B 114.

Notum sit omnibus hominibus quod ego Berengarius gratia Dei sedis Gerundensis episcopus dono tibi Raimundo Arnalli ecclesiam Sancti Iohannis de Uilla de Muls cum suis decimis et primitiis et oblationibus fidelium et cum suo cimiterio .XXX. passuum quod habet in toto suo circuitu et pertinentiis predicte ecclesie, in tali conuentu ut tu supradictus Raimundus comendes te mihi episcopo manibus tuis et iures mihi fidelitatem et adiutorium de meo honore quem hodie habeo uel habere debeo et in futuro Deo dante adquisiero per tuum consilium contra cunctos homines et feminas excepto comite Bisuldunensi et Raimundo comite Barchinonensi, etsi ego predictus episcopus mortuus fuero sicut supradictum est adtendas meis successoribus episcopis si uiuus fueris. Te uero predicto Raimundo mortuo, filius tuus qui habuerit predictam ecclesiam similiter faciat et adtendat mihi et meis successoribus et hoc totum factum sit sine enganno.
Scriptum est hoc .XVI. Kalendas februarii anno .XXII. regni Enrici regis.

114

1054, maig, 31

Guitart clergue fa donació a la canònica de la seu d'un alou situat a la parròquia de Fornells i a les viles de Campdorà, Mata i Viladesens, i d'una casa situada a Girona, sota la torre vescomtal.

Cart., pp. 260b-261b. Reg.: B 115.

In Dei nomine, ego Guitardus clericus donator sum Deo et canonice Sancte Marie. Per hanc scripturam donationis mee libere dono Deo et canonice Sancte Marie alodium quod ego habeo [p. 261a] uel habere debeo siue teneo in omni episcopatu Sancte Marie cum omnibus pertinentiis que ad ipsum alodium pertinent. Quod alodium mihi predicto Guitardo aduenit per parentelam meam uel per hereditatem patris mei siue per Arnallum Gaucefredi fratrem meum qui iam obiit, siue per qualemcumque uocem et auctoritates, quod iamdictum alodium est infra parrochiam Sancti Cucufati de Fornells siue in uilla Campo Taurani siue in uilla de Mata siue in Uilla de Asinis. Et similiter dono predicte canonice Sancte Marie domum meam quam ego habeo infra muros Gerunde ciuitatis sub turre uicecomitali, quam emi de Gascha femina que fuit uxor Olibe Durandi militis, qui solitus erat manere in iamdicta uicecomitali turri, cum omnibus pertinentiis uel affrontationibus pertinentibus ad dictam domum. Que predicta omnia libere dono Deo et canonice Sancte Marie sicut superius scriptum est, siue de mea potestate in suum trado dominium et potestatem totum ab integro cum exiis et regressiis eius cum domibus que ibi sunt uel fuerint siue pertinentiis uel affrontationibus que pertinent ad predictum alodium siue ubicumque inueniri poterint de meo alodio in omni episcopatu Sancte Marie sicut superius scriptum est, totum trado illus in potestate [p. 261b] canonice iam dicte. Unde dominus Berengarius episcopus predicte sedis siue canonici eiusdem sedis dederunt mihi locum in predicta sede siue uictum

Arxiu Diocesà de Girona ©

in predicta canonica ut ibi clericaliter uiuam et seruitium Dei faciam. Quod fuit factum in presentia domine Ermesendis comitisse siue cum eius consilio et auctoritate uel aliorum bonorum hominum qui ibi aderant, et hoc fuit factum ante altare predicte Sancte Marie, in coro uidelicet eiusdem. Quod si ego donator aut ullus alius homo uel femina uenero uel uenerit ad inrumpendum, non hoc ualeam uel ualeant uindicare quod requisiero uel requisierint, sed componam aut componant Deo et canonice Sancte Marie omnia iam dicta in triplo cum sua inmelioratione et insuper anathemate feriantur, et in postomodum hec scriptura donationis firma et stabilis permaneat omni tempore.
Facta scriptura donationis .II. kalendas iunii anno .XXIII. regni Henrici regis.
Guitardus clericus qui hanc scripturam donationis feci, firmaui et firmari rogaui. +Guitardus clericus. Eneas. +Ermesendis gratia Dei comitissa. +Sig+num Ermesendis uicecomitissa. Sig+num Raimundo Guilielmi. Sig+num Mironis Uiscafredi. Sig+num Archimballo Guilielmi. Sig+num Soniarius. Bernardi Guilielmi leuite.
Adrouarius presbiter qui istam scripturam donationis scripsi rogatus sub die et anno quo supra. [p. 262a]

115

(1051-1054)

Adalbert, fill de Rodlendis, fa homenatge al bisbe Berenguer, fill de la comtessa Elisabet.

Cart., p. 228b. Ed.: MARQUÈS-CONSTANS, *Navata*, p. 209, que data de 1051-1054. Reg. B 159.

Iuro ego Adalbertus, filius qui fui Rodlendis femine quod ab hac hora et deinceps fidelis ero tibi Berengari episcope filius qui fuisti Helizabeth comitisse per directam fidem sine engan eet sine fraude et malo ingenio et ulla deceptione et ab hac hora et deinceps adiutor ero tibi ad tenere et habere et defendere et guerreiare omnem tuum honorem quem nunc habes et inantea adquisiturus es Deo dante contra cunctos homines uel feminas qui tulerint tibi predictum honorem aut aliquid de predicto honore. Sicut superius scriptum est, si o tenrei et o atendre ego Adalbertus iam dictus tibi Berengari episcope, exceptus quando tu me inde absolueris tuo grato animo sine fortia, per Deum et hec sancta.

116

1055, agost, 29

El comte Guillem de Besalú defineix al bisbe Berenguer de Girona els usatges i albergues que rebia a Bàscara, per dues mules que rep del mateix bisbe.

Cart., p. 53ab. Ed.: MH ap. 243, col. 1105; ES ap. 32, pp. 440-441. Reg.: B 116.

Sit notum hominibus cunctis presentibus et futuris quod ego Uillelmus comes Bissullunensis, tactus amore Dei omnipotentis oraui dominum Berengarium Gerundensem episcopum magnis ad me uenire precibus ut consecraret ecclesiam sancte Dei genitricis Marie que est in castello uocitatum Bisulluno, quod digne et elegantissime predictus presul peregit. Quapropter ego iam dictus Uuilielmus comes ea scilicet ob Dei honorem' eiusque

Arxiu Diocesà de Girona ©

gloriosissimi sepulcri quod cupio adire, parco atque indulgeo pontifici prefato cunctarum reatus querimoniarum que mihi insunt de eo. Preterea libenti animo fideliter dono atque trado omnipotenti Deo matrique eius beatissime Marie seu eciam predicto episcopo omnes usaticos et albergas et quicquid ullo modo recte aut iniuste inerant mihi in dominicatura [p. 53b] quam dicunt Baschara et in pertinentiis eius omnibus. et que inibi fuerunt patris mei atque comitum retroactis temporibus, ut libere et quiete predictus presul habeat prefatam dominicaturam et omnes illius successores amodo usque in eternum. Post hanc deliberationem a me recte peractam non sit fas ulli comitum sequentium quicquam mali uel inquietudinis ibi exercere et semper in iure Dei potentialiter honorabiliterque inconuulse consistere. Ego namque Uuillelmus iam dictus comes prumpta uoluntate perfeci hoc donum Deo, nil iuris retento, insistente domino Raimundo Barchinonense comite et marchio, et Poncio uicecomite et Guilielmo et Berengario abbate et multitudine procerum, non solum clericorum uerum etiam laicorum et monachorum. Et ut hoc donum ratum omni tempore permaneret, accepi duos mulos a prephato episcopo. Quod manu propria firmaui et ut ab omnibus firmaretur rogaui.
Actum est hoc .IIII. kalendas septembris anno .XXV. Henrici regis.
+ Uuillelmus comes. Uuillelmus uicecomes. +Arnallus Iohannis. +Raimundus Ademari. +Bernardus Iohannes. +Andreas abba.
+Scriptum per manum Guilielmi Gerundensis clerici die et anno prefato+. [p. 54a]

117

1056, setembre, 2

Isarn Agalbert i Bemat Gigi, marmessors de Gausbert d'Arenys, lliuren a la canònica de la seu la part dels delmes que aquest tenia a l'església de Sant Sadurní d'Arenys [d'Empordà], situada al comtat d'Empúries.

Cart., pp. 303b-304a. Reg.: B 117.

In nomine Domini, ego Isarnus Agalberti et Bernardus Gigis, qui sumus helemosinarii de quondam Gauceberto de Arens, donatores sumus Deo et Sancte Marie sedis Gerunde et eius canonice ipsam porcionem quam prefatus Gaucebertus habebat in ecclesia Sancti Saturnini de Arens, sicut in ipso testamento resonat, de decimis et primitiis et de omnibus que pertinent ad ipsam porcionem eiusdem ecclesie. Est ipsa ecclesia in comitatu Impuritano. Quod si nos [p. 304a] donatores aut ullus homo contra hanc scripturam donationis uenerimus aut uenerint ad irrumpendum, non hoc ualeat uendicare quod requisierit sed componamus aut componant hec omnia in duplo cum sua inmelioratione, et inantea hec scriptura firma et stabilis permaneat omnique tempore.
Facta hec scriptura donationis .IIII. nonas septembris anno .XXVI. regni Henrici regis.
Sig+num Isarni, sig+num Bernardi, qui hanc donationem fecimus, firmauimus et testes firmare rogauimus. Sig+num Petri Adalberti de Uilla Alprio. Sig+num Ermengar Urbica. Sig+num Mir Gulfin (sic).
+Dacbertus presbiter, qui hanc donationem scripsi die et anno quo supra.

118

Arxiu Diocesà de Girona ©

1057, març, 20

Matfret, que ha venut un alou de la seva esposa Alana, situat al comtat de Girona, als termes de Santa Maria de la Bisbal i Fonteta li fa donació d'un altre alou situat als mateixos termes, indret d'Anglada.

Cart., pp. 106b-107b. Reg.: B 118.

In Dei nomine. Ego Matfredus donator sum tibi uxori mee Alana. Manifestum est enim quia ego uendidi tuum alodium intus uilla Sancte Marie Fontaneto et in eius termines. Propter hoc sic placuit animis meis [p. 107a] et placet ut cartam donationis fecissem tibi sicuti et facio de terra que est in comitatu Gerundense infra terminos predicte Sante Marie et de Fontedeta, in locum quem dicunt ad ipsa Anglada, que mihi aduenit ad me iam dicto Matfredo per ienitori et genitrice mea aut pro qualicumque uoce. Affrontat uero predicta terra de oriente in terra de Gauzbertus Gochalbo, de meridie in terra que fuit quondam Amalricus sacer, de occidente in ipsa strata publica, de circi in terra de Arnaldus de Ficcario. Quantum infra istas totas affrontationes includunt, sic dono predicta omnia tibi iam dicta Flanna (sic) totum ab integro, cum exio et regressio suo propter tuo predicto alodio quod uendidi, et est manifestum. Que uero predicta terra de meo iure in tuo dominio trado ad facere quod uolueris, ita quod si ego donator aut ullus homo uel femina qui contra ista carta donationis uenerit pro irrumpendum, non hoc ualeat uendicare quod requirit, sed componat aut componam predicta terra in duplo cuncta cum melioratione, et in postmodum uero ista carta uenditione in omnibus optineat roborem.
Facta [p. 107b] ista carta uenditionis .XIIII. kalendas aprilis anno .XXVI. regni Henrici regis.
Sig+num Matfredus qui ista carta uenditione et donatione fieri iussi et firmaui et firmare rogaui. Sig+num Petrus. Sig+num Sperandeo. Sig+num Amalricus faber.
(s. man.) Isarnus presbiter qui ista carta uenditionis et donationis scripsit et sub (s. man.) die et anno quod supra.

119

1058, abril, 3

Audebrand ven a Adalbert levita un alou situat al comtat de Girona, a la vall de Calonge, indret de Riufred, pel preu de 21 mancusos de Barcelona.

Cart., pp. 350a-351a. Reg.: B 119.

In nomine Domini, ego Audebrandus uenditor sum tibi Adalbertus leuita. Per hanc scripturam uenditionis mee uendo tibi alaudem meum proprium quod ego habeo in comitatu Gerundense, et est in ualle Colonico, in parrochia Sancti Martini, in locum quem dicunt Riufred uel in aliis locis que infra ipsa parrochia sunt, idest ipso manso qui ibidem est cum ipsa terra que ibidem est et cum ipsas arbores que ibidem sunt uel cum ipsas affrontationes de ipsa terra et de ipsa uinea de ipso Lauador cum ipsas affrontationes et alias uineas ad ipsas Primeres et alias uineas prope Sancti [p. 350b] Martini et ipsas terras cum ipsas uineas que ego habeo in cunctisque locis que ibidem sunt uel cum ipso genere arborum; et habet affrontationes ad ipsum alodium cum ipso manso et cum ipsas terras uel

Arxiu Diocesà de Girona ©

uineas in cunctisque locis qui ibidem sunt, de oriente in terra de meos heredes uel in ipso mare, de meridie in Roca Fort uel in ipso castro Barre, de parte uero circii in parte de Cegataria uel ad ipso Furn, de occiduo in ipso pugo de Seuiscre uel in ipso Rochet. Quantum infra istas quatuor affrontationes includunt uel resonant sic uendo tibi ipsum alaudem suprascriptum cum ipsas affrontationes. Quod si ego uenditor aut ullus homo aut femina qui contra ista scriptura uenerit ad irrumpendum, non hoc ualeat uendicare quod requirit, sed componat in duplo cum omnes suas inmeliorationes et inantea ista scriptura firma permaneat omnique tempore.
Facta ista carta uenditione . III. nonas aprilis anno .XXVII. regnante Enrico rege, et est ipsum precium mancusos .XXI. de Barchinona per ipsum alaudem suprascriptum.
Sig+num Audebrandus qui istam scripturam fieri iussi et testes firmare [p. 351a] rogaui. Sig+num Uiues. Sig+num Ermengau. Sig+num Deusdeo (sic).
+Raimundus sacer, qui istam cartam scripsit sub die et anno (s. man.) quo supra.

120

(1051-1058)

La comtessa Ermessenda de Barcelona, en bé de l'ànima del seu difunt marit Ramon Borrell I, retorna a la seu de Girona i al seu bisbe Berenguer les esglésies i feus que té al bisbat de Girona.

Cart., pp. 65b-67b. Reg.: B 120.

In nomine Domini et saluatoris nostri Ihesu Christi. Ego Ermesendis, gratia Dei comitissa cogitans meam fragilem uitam et timens inferni penam, [p. 66a] propter Deum et eius genitricem beatam uirginem Mariam et propter remedium anime uiri mei Raimundi et mee et filiorum meorum et omnium parentorum meorum, reddo iam dicte Dei genitrice Marie et eius sedi et in potestate episcopi iam dicte sedis Berengarii omnes ecclesias et omnes feuos legales et omnes terras et mansos et omnia alodia cum omnibus que pertinent ad predicta alodia, omnia que ego Ermesendis quocumque modo teneo et tenui de episcopatu Sancte Marie iam dicte sedis et homines et femine tenent per me et tenuerunt. Iste autem sunt res quas reddo integriter et sincero modo iam dicte Dei genitrici et eius episcopo predicto. In primis ego prescripta Ermesendis libens et spontanea mea uoluntate reddo turrem de Palacio cum suis pertinentiis omnibus et reddo turrem de Pubalo cum ipsa sua ecclesia et cum omnibus pertinentiis que pertinent ad iam dictam turrem et ecclesiam, et reddo ecclesiam Sancti Isidori cum ipsa Pera cum suis pertinentiis omnibus, et ecclesiam Sancti Felicis de Beuda' cum suis pertinentiis omnibus et ecclesiam de Pals cum suis omnibus pertinentiis et ecclesiam sancti Saturnini de Sauzeto cum suis appenditiis et pertinentiis omnibus, et ecclesiam sancti Iohannis de Fuxano cum cuis pertinentiis omnibus, et ecclesiam cum su1s per[p. 66b]tinentiis omnibus quas Raimundus archidiaconus Barchinonensis tenuit, hoc est ecclesiam de Ecclesiis Albis cum suis pertinentiis omnibus, et ecclesiam sancti Saturnini de Uilla Freder cum suis pertinentiis et ecclesias cum ipsa forteda quas Oto Macoti tenuit cum suis pertinentiis et fiscis et alodiis, et ecclesiam Sancti Uincentii de Camonos cum suis pertinentiis omnibus et fiscis, et ecclesiam Sancti Martini de Riuoluti cum suis pertinentiis omnibus et ecclesiam Sancti Martini de Mota cum suis pertinentiis omnibus et ecclesiam de Burdils cum suis pertinentiis omnibus; et ecclesias

Arxiu Diocesà de Girona ©

suis cum pertinentiis omnibus quas tenet Eneas iam dicte sedi debitas et ipsam ecclesiam de Monte Palatii cum suis pertinentiis omnibus et cum ipso castello et ecclesiam Sancti Martini de Palatio Furgelli cum suis pertinentiis omnibus et appenditiis et ecclesiam Sancti Martini de Colonico cum suis pertinentiis omnibus et ecclesiam Sancte Christine de Araza cum suis pertinentiis omnibus et ecclesiam Sancti Felicis de Locustaria cum suis pertinentiis omnibus et ecclesiam Sancti Stephani de Calidis cum suis pertinentiis omnibus et ecclesiam Montis Rotondi cum alodiis et fiscis et suis pertinentiis omnibus, et ecclesiam de Acualta cum suis pertinentiis omnibus, et [p. 67a] ecclesiam de Libiano cum suis pertinentiis omnibus et ecclesiam de Pariete Ruffini cum suis pertinetiis omnibus, et ecclesiam de Uillam de Asinis cum suis pertinentiis omnibus, et ecclesiam Sancte Leocadie de Parietibus cum suis pertinentiis omnibus et castellum de Blanes cum suis pertinentiis que pertinent ad iam dictam Sanctam Mariam et ecclesiam Sancte Cecilie Montis Calui cum suis pertinentiis omnibus et ecclesiam de Uiladalmalla cum suis pertinentiis omnibus et ecclesiam de Filinis cum suis pertinentiis omnibus et ecclesiam de Pineda cum ipso alodio et pertinentiis eius et ecclesiam de Monte Foliano cum suis pertinentiis et ecclesiam de Bascanon cum suis pertinentiis et ecclesiam Sancti Petri de Laurano cum pertinentiis eius et fisco et ipso auer de Angles. Quas supradictas res ego supranominata Ermesendis comitissa integro modo et sincero reddo beate Dei genitrici iam dicte Marie et eius predicte sedi et tibi Berengario pontifici prescripto et quocumque modo et adquisitione teneam et tenui predictas omnes res et homines et feminas teneút per me et ea quecumque ablata sunt per me [p. 67b] a dominico et proprio iure iam dicte sedis et meo consilio et ingenio et faccione aliqua ego prelibata comitissa reddo et restituo iuri proprio iam dicte sedis et tuo predicte Berengarii. Preterea alias omnes res que mihi nominate non sunt, quas teneo et tenui et quocumque modo, facto et consilio ablate sunt per me quarum reminiscor et quarum non reminiscor, quocumque modo uenissent ad ius et dominium meum uotiue et libere restituo iam dicte sedi et tibi Berengario, ita ut nullus homo non teneat et possideat predictas res contra Sanctam Mariam et contra uoluntatem tuam predicte Berengari episcope per ullam meam uocem.

121

1060, juliol, 31

La comtessa Guisla d'Empúries dona a la seu de Girona l'abadia de Santa Maria de Roses i alous situats a Roses, Castelló d'Empúries, Tonneu (Béziers), i Viladamat.

Cart., pp. 28a-29b. Còpia del s. XIII, ADG, Cartoral de Roses, f. lbc. Ed.: MH ap. 252, cols. 1118-1120: MARQUÈS, *Cartoral de santa Maria de Roses*, pp. 29-30. Reg.: B 121.

In nomine Domini, ego Guisla comitissa, uxor que fui Ugonis comitis, donatrix sum Sancte Marie sedis Gerunde et eidem domui canonice. Per hanc scripturam donationis dono iam dicte domui canonice predicte sedis abbatiam Sancte Marie de Rodis cum omnibus suis alodiis, terminis et pertinentiis omnibus que ad ius pertinent predicte Sancte Marie iam dicte abbatie. Et dono alium meum alodium quod est in ualle de predictis Rodis et intra eius terminos. Et dono alibi in suburbio castri Tolon, infra terminos parochie Sancte Marie de Castellon alodium eius domui canonice predicte sedis. Et dono eidem domui canonice alodium quod est infra terminos parrochie Sancti Stephani de Pedret, in loco qui uocatur

Arxiu Diocesà de Girona ©

Mardan et infra eius terminos. Et dono alibi alodium eidem domui canonice quod est infra terminos parrochie Sancti Petri Piscatoris. Et dono alibi eidem domui canonice in comitatu Biterrensi in loco qui uocatur Tonneu et intra eius terminos, alodium quod aduenit mihi per uocem parentum meorum, uidelicet ipsam medietatem de supradicto toto alodio de Tonneu. Et adueniunt mihi predicte Guisle donatrici predicta alia alodia per comparacionem predicti uiri mei Ugonis et per comparationem filii mei Pontii comitis quam feci de eis, et per comparationem aliorum hominum et per meum decimum et per qualescumque uoces. Et sunt hec omnia terre, uinee, case, casales, curtes, orti, prata, pascua, silue, garrice, [p. 28b] petre, molendina et monars et aque, cultum et heremum. Et sunt hec alodia in comitatu Petralatensi, et illud quod dictum est in comitatu Biterrensi. Et insuper ego predicta Guisla dono in predicto comitatu de Impuritano alodium quod est infra terminos parochie Sancti Felicis de Garriga apud Uillam Amati. Et affrontat predictum alodium de Rodis a parte orientis in monte de Crus, de meridie in mari, et in ipso gradu, de occiduo in ipso uilare qui dicitur Sanguinarius, et in uilla Palatii, de circio in monte qui dicitur Uerdaria simul cum ipsa mata idest ipsa silua Sancti Romani que pertinet ad iam dictum aloditim et est de predicto alodio: et predictum alodium de Castellon affrontat de parte orientis in gradu de Rodis et in Gradels, de meridie in gradu Sancti Petri et in ipso stagno de Salata, de occiduo in terminio de Furtian et de Uilla Sacar, de circio in terminis de Uilla Noua et in ipsis uilars Sancti Iohannis et peruadit usque ad ipsam Spinam. Sicut concludunt et continentur hec alodia intra has affrontationes predictas et sicut concluduntur et continentur alia predicta omnia alodia intra suas affrontationes et comitatos predictos et terminos et loca iam dicta, ego predicta Guisla sic dono et trado predicta omnia cum eorum omnibus pertinentiis et introitibus et exitibus, terminis et affrontationibus eidem domui canonice predicte sedis ad proprium alodium ut ab hodierno die et tempore secura et quieta possideat predicta domus canonica iam dicte sedis iam dicta omnia exceptis [p. 29a] duobus mansis uidelicet Guitardi et Raimundi presbiteri et uno clausulo qui est iuxta domum Durandi Engilberti et excepta uinea de Aragal. Et predicta Guisla hec omnia predicta de meo iure in 1us et potestate predicte canonice uotiue et potentialiter dono et trado sicut scriptum est in lege gotica: *Quecumque res sanctis Dei basilicis aut per principum aut quorumlibet fidelium donationes uotiue et potentialiter collate reperiuntur, pro certo censemus ut in earum iure irreuocabili modo legum eternitate firmentur*. Quod si ego predicta Guisla uenero contra presentem donationem ad inrumpendum, in triplo componam predicta omnia iam dicte domui canonice, et postea firma sit hec donatio omni tempore, facta propter remedium anime uiri mei Ugonis et anime mee et parentum meorum. Quod si ullus meus filius aut filia aut aliquis ex mea posteritate aut ullus homo uel femina uenerit irrumpere presentem donationem, in triplo Componat supradicta omnia iam dicte domui canonice et aduocatis eius, et postea firma sit hec donatio omni tempore. Et ego Raimundus Ugonis clericus filius huius predicte Guisle dono supradicta omnia iam dicte domui canonice ad proprium alodium sine ulla reseruatione, et omne meum ius et rectum et uoces que mihi debentur in supradictis omnibus, dono et trado predicte canonice. Quod si uenero contra presentem donationem ad inrumpendum, in triplo componat predicta omnia et postea firma sit hec dona[p. 29b]tio omni tempore.

Facta scriptura donationis .II. kalendas augusti anno .XXX. regni Henrici regis.

Sig+num Guisle donatricis, que hanc donationem feci et scripturam firmaui signo puncti et testes firmare rogaul. Raimundus Ugonis clericus, qui supradicta donaui et subscripsi propria manu. Stephanus leuita. +Adalbertus presbiter. Sig+num Ugonis.

Petrus presbiter, notarius Raimundi comitis, qui presentem donationem scripsi et subscripsi,

Arxiu Diocesà de Girona ©

die et anno quo supra.

122

1062, maig, 16

Bernat, fill de Bernat Tegmari *i clergue de la seu de Girona, defineix a aquesta església l'alou que havia estat d'Ermengol Bernat, situat al terme de Gualta, i altres posessions situades a Parlavà i Ultramort.*

Cart., pp. 187b-188a. Reg.: B. 122.

In Christi nomine ego Bernardus filius Bernardi Tegmari, Sante Marie sedis Gerunde clericus, ab egritudine maxima detentus, ideo ut Deus parcat meis peccatis omnibus et ut idem Deus tocius humani generis medicus me meliorandum sua benignissima misericordia sua restituat sanitati quantocius, dono et reddo et definio uotis mei cordis omnibus predicte Sancte Marie sedis Gerunde canonice alodium totum cum integro sui, sicut est et subsistit in suis pertinentiis omnibus quod fuit Ermengaudi Bernardi de Fornels, et quod est in comitatu Impuritano, intra terminos parrochie Sancte Marie de Agaulta, quod iniuste abstuli usque nunc a iure canonico prelibate sedis, quoniam predictus Ermengaudus idem alodium reliquit suo testamento ultimo predicte sedis canonice. Et promitto mea fideli deuocione animi eidem omnipotenti Deo et eiusdem genitrici predicte Sancte Marie et omnibus sanctis et omni fraterno cetui canonico ut hodierno die et tempore quamdiu uixero fidelissimus adiutor sim eidem Deo et predictis omnibus contra cunctos homines ut predicta canonica et habitatores eiusdem canonice libere et secure teneant atque possideant predictum alodium cum suis omnibus. Similiter reddo et definio predicte canonice terras que sunt in eodem comitatu intra terminos parrochie Sancti Felicis [p. 188a] Palacio Rauani et intra terminos pagi Uulturis Mortui. Et a meo iniusto iure predicta omnia restituo et reddo prelibate sedis iuri canonico habenda atque possidenda perhenniter et irreuocabili modo tempore presenti et futuro omni.
Acta deffinitio presentium rerum et redditio .XVII. kalendas iunii anno .II. regni Philippi regis.
Sig+num Bernardi Bernardi, qui per hanc scripturam reddidi et difiniui et eandem scripturam firmaui et testes firmare rogaui. Sig+num Guilielmi Bernardi, qui supradicta omnia similiter reddo et definio eidem canonice eodem anno et die. (s. man.) Adalbertus presbiter. +Arbertus subdiachonus. +Bernardus presbiter. +Bernardus Deusdedit de Corneliano. Adalbertus (s. man). Galterus presbiter. Adarbertus presbiter. Amatus Ieuita. +Raimundus Umbertus subdiachonus.
+Dacbertus presbiter, qui hanc donationem uel redditionem siue diffinitionem scripsi cum litteris rasis et emendatis die et anno quo supra.

123

(ca. 1062)

Breu o descripció de l'alou d'Ermengol Bernat, situat als termes de Gualta i Clarà.

Arxiu Diocesà de Girona ©

Cart., pp. 189a-190a. Reg.: B 378.

In Christi nomine, hoc est breue de ipso alaude de Ermengaudo quod ille habebat in comitatu Impuritano uel in terminio de Aqualta uel in terminio de Clerano uel in eorum termines, et sunt mansos .V. in uilla Aqualta, et sunt duos ortos et terras et uineas ab ipsa Rocha de Sagarella pecha .I. de uinea et ipsa Carrera pecha .I. de uinea super uinea de Iuxta alia pecha de uinea, subtus ipso Carcere et ipso prado peces .n. de uineas, et est ipsa .I. terra ad ipsa carrera que pergit ad Oriolos, et in alio loco ad ipso Aguione, pechas .II. de terra, et in alio loco pecha .I. que fuit de Alfo, et in alio loco pechas .II. de terra et uinea que fuit de Ansemundo, et in alio loco, ad ipsa Placha, pecha .I. de terra que fuit de Trassoario quondam, et in alio loco pecha .I. de terra que fuit de Mauro, et in alio loco pecha .I. de terra que fuit de Ferecinto quondam, et in alio loco pechas .II. de terra ad ipsas Uias Forcatas, et in alio, subtus Uias Forcatas pechas .n. de terras. Et in alio loco subtus ipsas Budigas [p. 189b] pecha .I. de terra, et in alio loco, ad ipso Crosalo, pecha .I. de terra, et in alio loco, de ipsa terra de Odesindo, pecha .I. de terra. Et in uilla Clarano sunt mansi .III. et ortos et quintanas. Et in alio loco subtus uilla de Clerano iuxta ipsam terram de Soniofredo uicecomite, fexa .I. de terra, et in alio loco pecha .I. de terra que fuit de Soniario, et in alio loco campo .I. cum ipsa fira (sic) de terra subtus uilla Clerano, et in alio loco fexa .I. de terra cum ipsos Saldos, que affrontat a Matharone et in alio loco pecha .I. de terra iuxta ipsa Iona, et in alio loco campo .I. de terra que affrontat de circi in uia de Fodo. Et in alio loco campo .I. de terra Foio et ipso stagneo Marseo, et in alio loco fexa .I. de terra que fuit de Mallo, et in alio loco pecha .I. de terra iuxta Seniomiro, et in alio loco pecha .I. de terra que fuit de Lauello, et in alio loco fexa .I. de terra ad ipsa Torta, et in alio loco campo .I. de terra super ipsa Torta. Et in orto Uigo ipsa tercia parte, et in alia parte campo .I. de terra que est ad ipsos Uineales Uetulos, et in alio loco pecha .I. de terra que affrontat ab oriente in ipsa Lona et de meridie in terra de Petro, et in alio loco pecha .I. de terra que affrontat de meridie in terra de Sonifredo et in alio loco peciola .I. terre que affrontat de oriente in ipsa Carrera, et in alio loco ad ipso Clauo, pecha .I. de terra et ad ipsos Uineolos de Clarano campum .I. et pechas .IIII. de terra, et in alio [p. 190a] pecha .I. de terra que affrontat ad ipsas Budicas, et ad ipsa Lana de Aqua Alta, et in alio loco ad ipsos Salduos campum .I. de terra erma et culta, et in alio loco campum .I. de terra de Ulrico, et in alio loco campum .I. de terra ad ipsas Uulpiieras, et in alio loco pecha .I. de terra qui est in ipso mallolo de Ricolfo. In alio loco uinea ad ipsa Arena. In alio loco uinea .I. maiore que affrontat in Adaron. In alio loco mallolo de Uinifrido. In alio loco peciola de uinea ad ipsa Pantonica. In alio 1oco uineam que fuit de Sperandeo condam. In alio loco uineas . II. a la Longa de Ferriol, et ad ipsa Clausa quarterada .i., et in alio loco pecha .I. de terra que fuit de Ferriolo et sunt peches .XIII. de uineas. Sunt campi de terra scilicet .XXX.

124

1062, juny, 18

Els canonges de la seu de Girona i Adalbert Guissad posen Guillem Sunyer clergue en possessió del presbiterat de la parròquia de Corts.

Cart., p. 257b. Ed. CONSTANS, núm. 81, que omet les signatures. Reg.: B 123.

Arxiu Diocesà de Girona ©

Notum sit omnibus hominibus tam presentibus quam futuris quod nos canonici Sancte Marie simul cum Adalberto Guissadi donamus tibi Guilielmo Soniarii clerice ipsum nostrum presbiteratum Sancti Iuliani de Curtibus cum hiis omnibus ad eundem presbiteratum pertinentibus, tali modo ut optime seruiat eum Deo et Sancte Marie et nostre canonice et nobis, et ut donet per unumquemque annum ipsam paratam que inde solita est exire, et ut nullus de sua propinquitate requirat aliquid in predicto presbiteratu post mortem predicti Guilielmi neque in ipsis hedificiis nec in meliorationibus que ibi fecerit, et hoc sine enganno sit factum.
Actum est hoc .XIIII. kalendas iulii anno .I. regni Philippi regis.
Hanc conuenientiam feci, firmaui et testes firmare rogaui Guilielmus. Sig+num Bernardi Soniarii. Sig+num Raimundi Soniarii. Sig+num Herbertus. [p. 258a]

125

1063, març, 31

Sunifred i els seus fills Pere, Guisla i Ricsenda venen a Ramon prevere i al seu germà Esteve un alou situat a la parròquia de Corts, pel preu d'una unça d'or i sis diners.

Cart., pp. 243b-244a. Ed. parcial: CONSTANS, núm. 82. Reg.: B 124.

In nomine Domini, ego Soniofredus cum filio meo Petro et filias meas Guila et Ricsens uenditores sumus uobis Raimundo et Stephano fratri meo alodium quem nos habemus in comitatu Gerundensi, in parrochia Sancti Iuliano de Curtis. Et adueniunt ipsos alodes per uxore mea quondam et filios meos per uoce parentorum, et sunt predictos alodios terras et uineas, casas, casales, curtis, curtalis, ortis, ortalis, arboribus fructuosis uel infructuosis, omnia et in omnibus quantum nos habemus in supradicta parrochia, et affrontant isti alodes de parte orientis in uia que uadit de Matamors ad Esterria, de meridie in medio alueo Matamors, de occiduo in ipso plano de Crosannes, de parte uero circii affrontat in uilla de Matha. Quantum infra istas quatuor affrontationes includunt, sic uendimus uobis nos predicti ad uos predictos Raimundo presbitero et Stephano fratri suo ista predicta omnia [p. 244a] sine ulla reseruatione, cum exiis et regressiis earum, propter precium unciam .I. de auro optimo de Barchinona et denarios .VI., et est manifestum. Que uero hec omnia superius scripta de nostro iure in uestro tradimus dominio et potestate ad faciendum omnia que uolueritis in Dei nomine habeatis potestatem. Ita quod si nos uenditores aut ullus homo uel femina qui contra istam cartam uendicionis uenerit ad irrumpendum non hoc ualeat uendicare quod requirit sed componat in duplo cum sua immelioratione et inantea firma et stabilis permaneat omnique tempore.
Facta ista carta uenditione pridie kalendas aprilis anno .III. regnante Philippo rege.
Sig+num Soniofredus, sig+num Petro filio meo et cum filias meas Guilla et Ricsens qui simul in unum istam cartam uendicionis fieri iussimus et firmauimus atque firmare rogauimus. Sig+num Raimundo Bradila. Sig+num Sendredus Adroario.
Berengarius sacerdos qui istam cartam uendicionem scripsit sub die et anno (s. man.) quo supra.

Arxiu Diocesà de Girona ©

126

1063, juny, 6

Agela i el seu germà Benet fan donació a la canònica de la seu d'un alou situat al terme de Camarasa, indrets de Molinars i Negres, arnb reserva de treballar-lo, donant part dels esplets.

Cart., pp. 302a-303a. Reg.: B 125.

In Christi nomine, nos Agela atque Benedictus fratres donatores sumus Deo et canonice Sancte Marie sedis Gerunde. Per hanc scripturam donationis nostre gratuite uoluntatis pari uoto parique consensu, ut omnipotens Deus eruat nos ab inimicis nostris cunctis et faciat nos perseuerare in eius operibus [p. 302b] bonis et dignetur misereri animabus nostris et parentorum nostrorum cunctorum, donamus nos iamdicti fratres prescripte canonice prefate sedis aliquid alodium quod habemus infra terminos qui dicitur Camarasa, in locis qui dicuntur Molinaria siue Negres. Est autem una pars dicti alodii terra, alia uero uinea. Terra autem affrontat a parte orientis in fexa de Ros, a parte uero meridiei in uia qua pergitur ad terram de Sauines, de occiduo et circio in ipso torrente. Uinea quoque affrontat ab orientali parte in ipsa Rocha, a parte uero meridiei in uinea Martini Cedeg, de occiduo autem in uinea Godemiri presbiteri, de circio autem in uinea Martini Cideg iam dicti. Sicut prefatum alodium includitur atque terminatur suis iamdictis affrontationibus, sic nos iamdicti fratres Agela atque Benedictus donamus atque tradimus illud ad proprium prefate canonice iam dicte sedis, et de nostro iure in eius tradimus dominium et potestatem, cum exitibus et regressibus suis, tali modo ut nos et filii nostri laboremus hanc terram et uineam, et donemus per unumquemque annum quintam partem fructuum, et de iam dicta uineamedietatem fructus sinceriter atque fideliter seruientibus prescripte canonice. Quod si nos donatores prefati ullo modo quocumque tempore ueniremus contra hanc scripturam donationis, non ualeamus uendi[p. 303a]care quod requisierimus, sed componamus prefatum alodium cum sua omni melioratione iam dicte canonice. Si uero alius atque alii cuiuscumque sexus aut ordinis uenerit siue ueniunt (sic) simile uinculum huius scripture prescripte canonice persoluant, et postmodum hec scriptura donationis nostre firma et stabilis permaneat omni tempore.
Facta scriptura donationis .VIII. idus iunii anno .III. regni Philippi regis.
Sig+num Agele, sig+num Benedicti, qui istam scripturam donationis fecimus, firmauimus et testes firmare rogauimus. (s.man.) Deusdedit presbiter. (s. man.) Guilielmus Mulet.
(s. man.) Petrus Rugarii presbiter, qui istam scripturam donationis scripsit et ss die et anno quo supra.

127

1063, juny, 14

El bisbe Berenguer de Girona dóna a la canònica de la seu el forn episcopal, situat a Girona, al burg de Santa Maria, i el mas dit de Cugusac, del pla de Girona.

Cart., pp. 317b-319a. Reg.: B 126.

Arxiu Diocesà de Girona ©

Berengarius, gratia Dei Gerundensis episcopus donator sum domui canonicali Sancte Marie sedis Gerunde, conibente atque consentiente uniuerso eiusdem sedis clero. Per hanc scripturam donationis predicte domui canonicali dono [p. 318a] clibanum episcopale cum omni suo censu et seruitio predicte ecclesie Sancte Marie iure debito. Hoc clibanum est apud burgum predicte Sancte Marie, quod est circa domum Adali et circa domum Martini Aule, iuxta plateam huc et illuc eunte. Hoc uero clibanum dono tali tenore predicte canonice liberum et solidum ut canonici predicte sedis quamdiu uoluerint illic illud clibanum habere et tenere et possidere habeant licentiam habendi, tenendi et possidendi cum introitu et exitu suo et omni uoce episcopale, libero iure. Si uero uoluerint idem clibanum mutari, sit illis libera licencia habendi et mutandi et faciendi alibi, ubicumque uoluerint, et postea ego nec ullus episcoporum mihi in predicta sede succedentium non habeam uel habeant alterum clibanum in toto et omni burgo predicte Sancte Marie, neque restituam uel rehedificem aut restituant uel rehedificent ullus episcoporum mihi succedentium neque aliquis homo utriusque sexus uoce episcopali uel altera aliqua uoce in predicto toto burgo iam dicte Sancte Marie, nisi canonici predicte sedis communiter ad communem uitam canonicalem. Preterea dono ego predictus episcopus eidem canonice [p. 318b] mansum cum omnibus suis terris et pertinentiis et trilliis, qui est apud locum qui dicitur Cuguchac et Plana, ante Gerundam ciuitatem, quem tenet Deusdedit Pipereus, ita ut post eius obitum predictus mansus sit liber et solidus iuris canonice predicte sedis. Et dono igitur eidem canonice medietatem sacrilegarum compositionum, idest que per lesionem rerum sacrarum composita atque emendata fuerint iam dicte sedi et mihi. Item dono prelibate canonice medietatem compositionum que composite et emendate fuerint predicte sedi pro causis treuge Domini. Item dono eidem canonice decimam partem precii quod accepero de aperturis omnibus honorum mei episcopatus, exceptis meis dominicaturis. Hec omnia predicta ego predictus episcopus trado et dono predicte sedi iuri canonico habenda atque possidenda inresolubili atque irreuocabili modo, ut amodo et deinceps et die et tempore hodierno predicta canonica iam dicta omnia inextricabiliter atque inuiolabiliter teneat atque possideat iure quieto atque securo. Si quis uero hoc infregerit uel qui contra hec dona uenerit, canonice componat atque restituat in quadruplum, et sit anathema maranata ad secundum Domini aduentum quem expectat [p. 319a] omnis homo iudicaturum et unicuique secundum proprios actus redditurum.

Scriptum est hoc donum .XVIII. kalendas iulii anno .III. regni Philippi regis, et ut hec sint firma iure perhenni, proprio nomine subscribo atque corroboro subscriptione legali.

+Berengarius Dei gratia Gerundensis episcopus. +Raimundus archileuita+. (s. man.) Adalbertus presbiter. +Bernardus presbiter. Uilielmus Suniarii, leuita+. (s. man.) Guilielmus leuita. +Uilielmus. Poncius leuita et caput scole. (s. man.) Deusdedit presbiter et Piper. (s. man.) Uilielmus Suniarii, qui et iudex.

(s. man.) Petrus Blicgarii presbiter, qui hoc donum scripsit, die et anno quo supra.

128

1064, març, 18

Sunyer i Adelaida, esposos, amb els seus fills Fort i Rodlens venen al bisbe Berenguer de Girona un mas i terra situats al comtat de Girona, a la parròquia de Santa Maria de Fontanet o de la Bisbal pel preu de dues unces d'or, moneda de Barcelona.

Arxiu Diocesà de Girona ©

Cart., pp. 121b-122b. Reg.: B 127.

In Dei nomine ego Suniarius et uxor mea Adaledis femina et filio meo Forte et filia mea Rodlendis femine uenditores sumus tibi Berengario Gerundensis episcopo emptore. Per hanc scripturam uenditionis nostre uendimus tibi manso ubi nos habitamus cum ipsa terra et cum ipsa trilia qui in circuitu predicto manso est et cum ipsa terra que est in ipsa illa de Adaroni, cum omnibus hedificiis et super positis qui in ipsas terras sunt, qui est omnia prescripta in comitatu Gerundense intra parrochiam et terminum Sancte Marie Fontaned, iuxta ipsa uilla et iuxta ripam aque cuius dicta est Adaroni. Qui mihi aduenit hoc alodium prescriptum ad me predictus Suniarius per uocem comparationis mee aut per qualicumque uoces, et ad me predicta [p. 122a] Adalets per meum decimum aut per qualicumque uoce et ad nos iam dictos Forte et Rollendis per iam dicto nostro genitori et quondam genitrice nostra aut per qualicumque uoce. Affrontat hoc alodium ex parte orientis in medio alueo predicto et Adaroni, de meridie in terra Sancta Maria, de occiduo in terra de iam dicta Adalecis(sic) femine et fratri suo Gaucefredi, de circi in terra de Uiuas. Alia terra que est in ipsa Hisla affrontat in terra Sancta Maria, de meridie in ipsa Rocha et in ipso rio, de occiduo in predicto rio Adaroni, de circi in ipso rio. Quantum intra iste tote affrontationes includunt et includitur, sic uindimus tibi ipsas terras et ipsos mansos qui ibidem sunt et ipsa trilia cum omnibus hedificiis et superpositis qui ibidem sunt totum ab integrum cum exiis et regressiis earum cum omnia genera arborum qui ibidem sunt propter precium unctias .II. ex auro Barchinone monete et est manifestum. Que uero predicta omnia de nostro iure in tuo dominio tardimus ad facere quod uolueritis. Quod si nos uenditores aut ullus homo uel femina qui contra ista scriptura uenditionis uenerimus uel uenerint ad irrumpendum, non hoc ualeam uel ualeamus uendicare quod requisierint aut requisierimus, sed componant aut componamus tibi prescripto alodio in duplo et in [p. 122b] postmodum uero hanc scripturam uenditionis in omnibus obtineat roborem.
Facta ista scriptura uenditione .XV. kalendas aprilis anno .III. regni Philippi regis
Sig+num Suniarius, sig+num Adalecis femina, sig+num Forte, sig+num Rollendis femine, uenditorum, nos qui ista scriptura uenditione fieri iussimus et firmauimus et firmare rogauimus. Sig+num Aldemari. Sig+num Mathefredi. Sig+num Enrici. Sig+num Adalberti
(s. man.) Isarnus presbiter, qui hanc scripturam uenditionis scripsit et sss die et anno quo supra.

129

1064, abril, 22

Renard i Guisul, esposos, venen a Ramon Sunyer i Guillem, germans, un alou situat al comtat de Girona, a la parròquia de Sant Julià de Corts, indret de Vilar, pel preu de 13 mancusos.

Cart., pp. 256a-257a. Reg.: B 128.

In nomine Domini, ego Renardus et uxor mea Guisul uenditores sumus uobis Remunde Soniari et Guilielmo [p. 256b] fratri tuo alodium quod nos habemus in comitatu Gerundensi, in parrochia Sancti Iuliani de Curtis, in locum quem dicunt Uilaro uel in eius terminis de predicta parrochia, et aduenit ipsum alodium per uocem parentorum uel per

Arxiu Diocesà de Girona ©

qualemcumque uocem uel auctoritatem, et est ipsos alodios casas, curtes uel cum ipsas glandiferas qui ibi sunt. Et affrontat de oriente in parrochia Sancti Petri de Corneliano, de meridie in uilla de Canelles, de occiduo in uilla Crosannes, de parte circii affrontat in riuo Matamors. Quantum infra istas .IIII. affrontationes includitur sic uindimus nos iam dictus Rainardus et Guisul uel Armea ad te iam dictus Ramun et Uuillelmo fratri tuo predicta terra quantum habemus sine ulla reseruatione, cum exiis uel regressiis earum propter precium mancusos .XIII., et est manifestum. Que uero hec omnia superius scripta de nostro iure in uestro tradimus dominio et potestate facere quod uolueris in Dei nomine habeatis potestatem. Ita quod si nos uenditores aut ullus homo uel femina qui contra ista carta uenditione uenerit ad irrumpendum, non hoc ualeat uendicare quod requirit, sed componat in duplo cum sua inmelioratione, et in antea firma et stabilis permaneat omnique tempore. [p. 257a1

Facta ista carta uenditionis .X. kalendas madii anno .IIII. regnante Philippo rege.

Sig+num Raimundi, sig+num Guisul, qui istam cartam uenditionis fieri iussit et testes firmare rogauit. Sig+num Uuillelmus Durand. Sig+num Soniofredus Oliba. Sig+num Petri Segerii. Sig+num Bernardus Soniofredus. Sig+num Petri Renard. Sig+num Oliba Gadallo. Sig+num Bernardus Tarascuno.

Berengario sacer, qui ista carta uinditione scripsit sub die et anno (s. man.) quod supra.

130

1064, setembre, 29

El comte Ramon Berenguer I de Barcelona i la comtessa Almodis fan donació a la canònica de la seu de Girona d'un alou situat al comtat de Girona, prop de la mateixa ciutat, a l'indret de Vallpregona.

Cart., pp. 52a-53a. O. ACG, Roura, núm. 71. Reg: B 130.

In nomine Domini. Nos simul Raimundus Dei gratia Barchinonensium comes et marchio, et eius coniux Almodis nutu Dei comitissa, donamus Deo et canonice Sancte Marie sedis Gerunde aliquid de alodio nostro, quod mihi prefato Raimundo comiti aduenit per uocem parentorum meorum, et mihi supradicte comitisse per donationem supranominati comitis. Est autem ipsum alodium in comitatu Gerundense, non longe ab ipsa ciuitate, in loco qui dicitur Ualle Profunda. Affrontat autem prelibatum alodium a parte orientis in uia qua pergitur ad Lacum et in alodio Guilielmi Balbi, de meridie in alodio Sancti Felicis Gerunde et in alodio comitali, uidelicet nostro, et inde peruenit per ipsam uiam et per ipsam serram usque ad Puig de Morel, de occiduo in ipso torrente de Valle Profunda et in alodio Sancti Felicis siue in [p. 52b] alodio predicte canonice quod fuit Adalberti Guisadi clerici, de circio affrontat in ipsa strata qua pergitur de Gerunda ad ipsum Lacum et in alodio Sancti Felicis predicti quod est in ipsas Presas. Quantum predicte affrontationes includunt sic donamus et tradimus Deo et prefate canonice Sancte Marie supranominatum alodium integriter cum affrontationibus et cum omnibus sibi pertinentibus ob amorem Dei et eius gloriosissime Genitricis et propter remedium animarum nostrarum, ut sit Sancte Marie alodium eiusque canonice perpetim habendum. Predictum alodium de nostro iure tradimus in dominio et potestate iam dicte canonice sub ea condicione ut ne ipsum alodium nec aliqua pars illius alodii ab ipsa canonica quandoque aufferatur. Quod si nos aut aliquis

Arxiu Diocesà de Girona ©

utriusque sexus homo predictum alodium aut aliquid de predicto alodio a iure et potestate predicte canonice auferre presumpserit aut presumpserimus, Deo et predicte canonice in duplo componamus aud componant et insuper qui hanc iniuriam Deo intulerit ut sacrilegus componat.
Facta scriptura donationis .III. kalendas octobris anno ab Incarnatione Christi .MLXIIII., anno .V. regni Philippi regis.
Raimundus comes, Almodis comitissa, qui hanc scripturam donationis fecimus, firmauimus et firmare rogauimus. Testis Ysarnus adest confirmans scripta fidelis (s. man.). Deusdedit, leuita. Sig+num Petri clerici uel iudicis sss. [p. 53] (s. man.) Miro Guasce, leuita. Deusdedit, Ieuita. Petrus leuita (s. man.). + Berengarius clericus (s. man.).
Petrus Blidgarii presbiter, qui hanc scripturam donationis scripsi (s. man.) et die et anno quo supra.

131

1065, juliol, 18

Radulf Guillem i la seva esposa Guisla fan donació a la canònica de la seu d'un alou situat al terme de Parets, amb reserva de conrear-lo i construir-hi molí.

Cart., pp. 305b-306b. Ed. parcial; CONSTANS, *Diplomatari*, núm. 85. Reg.: B 129.

Ego in Dei nomine Radulfus Guilielmi cum uxore mea Guilla donatores sumus Deo et canonicali domui Sancte Marie sedis Gerunde et habitatoribus ibi. Per hanc scripturam donationis nostre donamus atque tradimus ad proprium alodium prompto animo et uoluntate iam dicte canonice et inhabitantibus omne nostrum alodium, quod est in comitatu Bisuldunensi, infra terminos parrochie Sancte Leochadie de Fontaneto que uocant Parietes, in loco qui dicitur Turris. Et aduenit mihi Radulfo per parentorum meorum uocem, et mihi Guille iam dicte per meum decimum. Et est hoc alodium terra cum riba et cum decursibus aque Fluuiani et cum ipso munar qui ibi est aut erit. Et affrontant hec omnia de oriente in terra Sancti Petri uel in aqua medio Fluuiani, de meridie in terra Sancti Petri de Bisulluno, de occiduo in ipsa strata qua pergitur a Bisulluno, de circi in terra uel in riera Sancte Marie predicte. Quantum infra istas totas affrontationes includunt, sic donamus et tradimus nos predicti Radulfus et Guilla Sancte Marie iam dicte et eius canonice totum ab integro, cum exiis et regressiis earum, tali modo ut dum uiui fuerimus nos et filii nostri habeamus et teneamus et possideamus et hedificemus ibi molendinos [p. 306a] aut molendinos aut molendinum uel in terra que supra est Sancte Marie sicut melius potuerimus, et donemus exinde fideliter ipsam terciam partem iam dicte canonice de ipsa multura que exinde exierit, sicut consuetudo bona est, et donemus per unumquemque annum in Natiuitate Domini de singulis molendinis .VI. denarios Bisulluni, et de terra quod (sic) nos superius damus donemus ipsa tascha. Si autem nos iam dicti donatores et filii nostri hec omnia prescripta fideliter non adimpleuerinus infra .XXX. dies primos redirigere aut emendare noluerimus prescriptum alodium cum omnibus hedificiis que ibi sunt uel in alia terra Sancte Marie iam dicte solide et libere reuertantur et sint propria de iam dicta canonica, sine ulla inquietudine uel retentu ullius hominis uel femine. Si uero nos donatores aut ullus homo uel femina contra hanc scripturam donationis uel traditionis uenerimus ad irrumpendum, non hoc ualeamus uendicare quod requisierimus, sed componamus predictum alodium in duplo

Arxiu Diocesà de Girona ©

predicte canonice cum omni sua melioratione, et postmodum hec scriptura donationis atque traditionis firma et stabilis permaneat omnique tempore.
Facta hec scriptura donationis uel traditionis .XV. kalendas augusti anno .V. Philippi regis.
Sig+num Radulfi, sig+num Guilla uxoris eius, qui hanc scripturam ip. 306b] donationis uel traditionis fieri iussimus, firmauimus firmarque rogauimus +Odalbertus (sic) presbiter. Guilielmus leuita. +Poncius uel diaconus (s. man.) Blitgarius sacerdos. Guilielmundus presbiter. Sig+num Ugo. Sig+num Arnalli Franci.
Raimundus diaconus, qui hanc scripturam donationis uel tradicionis rogatus scripsi et die et anno quo supra.

132

1065, novembre, 2

Ramon Tordera, prevere, fa donació a la canònica de la seu de Girona de l'alou que té al comtat de Girona, a la parròquia de Sant Julià de Corts, indret de Vinceroles.

Cart., pp. 251b-252a. Reg.: B 131.

In nomine Domini, ego Raimundus Turdira presbiter donator sum canonice Sancte Marie sedis Gerunde. Per hanc scripturam donationis dono omne alodium meum quod habeo in comitatu Gerundensi, in parrochia Sancti Iuliani de Curtis, in locum quem dicunt Uinceroles prefate canonice quod habeo uel habere debeo siue per genitores meos aut per comparationem, et tali uidelicet ratione ut dum uiuit Arsendis deuota teneat iam dictum alodem cum nepote meo filio Petro Gondanelle sororis mee ad seruitium eiusdem canonice et donent per unumquemque annum parilium .I. de fexelas ad ipsam canonicam; post eorum decessum reuertatur solide et libere ad ius canonice. Quod si ego donator aut ullus homo uenerit ad irrumpendum non hoc ualeam aut ualeat uendicare quod requirit, sed componat in duplo cum sua inmelioratione et postea firma sit [p. 252a] et stabilis hec donatio omni tempore. Insñper dono etiam simili modo eidem Arsendi et nepoti meo omnes plantas meas quas emi de Soniofre Bertrant et de Raimundo Olibe, ita tamen si superuixerit eos Stephanus frater meus, teneat eas plantas simili modo.
Acta sunt hec .IIII. nonas nouembris anno .VI. regni Philippi regis.
Raimundus presbiter (s. man.) qui hanc cartam donationis feci, firmaui firmareque rogaui. Sig+num Raimundus Iohannis. Sig+num Arnallus Guilielmi. +Adalbertus presbiter.
(s. man.) Adalbertus subdiachonus qui istam cartam donationis scripsi sub die et anno quo supra.

133

1066, juny, 9

Gerberga, Pere Freder i Arnau Odó, marmessors de Guillem Tedmar, lliuren a la canònica de la seu una terra situada al comtat de Girona, a la parròquia de Sant Genís d'Orriols.

Cart., pp. 262b-263a. Reg.: B 132.

Arxiu Diocesà de Girona ©

In nomine Domini ego Girberga et Petro Fredarii et Arnallus Odoni donatores sumus Deo et Sancte Marie et eius canonice. Per hanc scripturam donationis donamus Deo et Sancte Marie et eius canonice peciam .I. de terra quam dimisit Guilielmus Tedmar canonice. In nomine Domini, ego Girberga et Petro Fredarii et Arnallus Odoni, nos qui sumus tutores uel helemosinarii de quondam Guiliemi Tedmar, mandauit nobis ut scripturam donationis fecissemus Deo et Sancte Marie sedis Gerunde et eius canonice de pecia .I. de terra, et est ipsa terra in comitatu Gerundensi, in terminio de Sancti Genesii de Oriolis. Affrontat autem predicta terra a parte orientis in terra de Bernardo Segario uel suos heredes, de meridie, de Recosen que fuit quondam, de occiduo, de nos donatores, de circi similiter. Quantum infra istas .iin. affrontationes includunt, sic donamus Deo et Sancte Marie sedis Gerunde et eius canonice totum ab integrum cum exiis et regressiis earum propter Deum et remedium anime mee. Que uero hec omnia superius scripta de nostro iure in uestro tradimus dominio et potestate ad faciendum quod uolueritis. Quod si nos [p. 263a] donatores aut ullus homo uel femina qui contra ista scriptura donationis uenerimus uel uenerit ad irrumpendum, non hoc ualeat uendicare quod requirit sed componat uobis in duplo cum sua inmelioratione et inantea ista scriptura donationis firma et stabilis permaneat omnique tempore.
Facta ista scriptura donationis .V. idus iunii anno .VI. regni Philippi regis.
Sig+num Girberga. Sig+num Petro Fredarii, sig+num Arnallus Odoni, nos simul in unum qui ista scriptura donationis fecimus, firmauimus et firmare rogauimus. Sig+num Gaucbert Seguer. Sig+num Oliba Recosen. Sig+num Guilielmi Giscafredi.

134

1066, juny, 13

Arnau i Névia, esposos, fan donació a la canònica de la seu d'un alou situat al comtat de Besalú, a la parròquia de Parets.

Cart., pp. 306b-307a. O.: ACG, Roura, núm. 73, que data de 1065. Reg.: B 133.

In nomine Domini, ego Arnallus et uxor mea Neuia simul in unum donatores sumus Deo et canonice Sancte Marie sedis Gerunde. Per hanc scripturam donationis nostre donamus Deo et predicte canonice alodium quod habemus et tenemus in comitatu Bisuldunensi, in parrochia Sancte Leocadie de Parietibus, alio nomine uocata Fontanet. Aduenit namque nobis prescriptum alodium ad me Arnallum per uocem parentorum meorum siue per comparationem; ad me Neuiam per meum decimum siue per qualescumque uoces. Affrontat namque predictum alodium a parte orientis in alodio predicte canonice, de meridie similiter, de occidente in alodio qui fuit Guitardi et Renardi uel in ipsa strata, de circio in ipsa strata. Quantum iste supradicte affrontationes includunt, sic tradimus et donamus Deo et canonice predicte ad suum proprium alodium cum omnibus suis pertinentibus. Quod si nos donatores aut alius utriusque sexus [p. 307a] hominis suprascriptum alodem uel ullam rem de suprascripto alode a potestate canonice prefate tollere uel inquietare presumpserimus uel presumpserit, predictum alodem in duplo componamus aut componat iam dicte canonice, et insuper hec donatio firmitatem optineat.
Facta hec scriptura donationis idus iunii anno .VI. regni Philippi regis.
Sig÷num Arnalli, sig+num Neuie, qui hanc donationem fecimus et testibus firmare

Arxiu Diocesà de Girona ©

rogauimus. Sig+num Petri clerici uel iudicis, sss. (s. man.) Sig+num Miro Guasc. Sig+num Gauzbertus Pontius, leuita. +Adalbertus presbiter. Miro Guasce, leuita. Bernardus clericus+.

135

1066, setembre, 30

El comte Bernat Guillem de Besalú i la seva esposa Sança defineixen a la seu de Girona els drets que es prenien a la parròquia de Parets.

Cart., p. 304ab. Ed. MONSALVATJE, CDB I, pp. 313-314. Reg.: B 134.

In Christi nomine ego Bernardus Guilielmi, gratia Dei comes Bissulunensis et donpna Sancia nutu Dei comitissa, donatores sumus Deo et Sancte Marie sedis Gerunde seu ad canonicam prefate sedis. Donamus et tradimus et iachimus et diffinimus ipsam albergam et ipsos acaptos et toltes quod habemus in parrochia Sancte Leocadie de Parietis, in alode canonice Sancte Marie sedis Gerunde, tali uidelicet ratione ut nec nos nec ullus comes posteritatis nostre nec alius utriusque sexus hominis ibi albergam accipiat nec [p. 304b] requirat, nec toltas nec acaptes faciat per ullum ingenium. Sicut superius scriptum est, sic donamus et tradimus et iachimus et diffinimus in potestate canonice Sancte Marie prenominate sedis hec omnia iam dicta, propter Deum et remedium animarum nostrarum. Hii sunt uisores, Berengarius Gaufredi et Adalbertus Guisadi et Guilielmus Guilielmi.
Actum est hoc .II. kalendas octobris anno .VII. regni Philippi regis.
+Sig+num Bernardi comitis, sig+num Sancie comitisse, qui hanc donationem et traditionem et iaquicionem et diffinitionem fecimus, firmauimus et testes firmare rogauimus. Sig+num Raimundi Arnalli. Sig+num Bernardi Adalbert.
Pontius leuita, qui hanc scriptionem scripsi sub (s. man.) die et anno quo supra.

136

1066, octubre, 24

El comte Bernat de Besalú defineix a la seu de Girona les albergues que es prenia a Bàscara.

Cart., pp. 86b-87a. Ed.: VL 13, ap. 24, p. 261. Reg.: B 135.

In nomine Domini. Ego Bernardus gratia Dei Bisullunensis comes propter amorem Dei et sancte Dei genitricis Marie, paccata atque sopita omni querimoniarum lite, diffinio et dono atque trado omipotenti Deo et beate Marie Gerundensi seu eciam tibi Berengario episcopo eiusdem sedis omnes usaticos et albergas et quicquid amodo iuste aut iniuste inerant michi in dominicatura quam dicunt Baschara et in pertinentiis eius omnibus et que ibi fuerunt patris mei atque comitum retroactis temporibus, ut libere et quiete predicte presul habeas prefatam dominicaturam quemadmodum et tui successores, amodo et usque in eternum. Et non sit fas ulli comitum [p. 87a] post me sequencium quicquam mali uel inquietudinis ibi exercere, sed semper in iure Dei eiusque matris potentialiter et honorabiliter consistere.

Arxiu Diocesà de Girona ©

Quod similiter esse factum recognosco a Guillelmo comite Bisuldunensi fratre meo et decessore. Quod si ego predictus comes Bernardus aut ullus antecessor meus hoc infringere temptauerimus, non hoc ualeamus perficere, sed usquequo ad condignam satisfactionem uenerimus, excomunicationi subditi simus, et postea hec diffinitio firma et stabilis permaneat omni tempore.
Facta scriptura diffinitionis .VIIII. kalendas nouembris anno .VII. regni Philippi regis.
Bernardus + gratia Dei comes.
+Reamballus leuita, qui hanc diffinitionem scripsi die et anno quo supra.

137

1069, juliol, 22

Dalmau Vidal ven a Berenguer levita un alou situat al comtat de Girona, a la parròquia de Cervià, indret de Raset, pel preu de vuit unces d'or de Barcelona.

Cart., p. 272ab. Reg.: B 136.

In nomine Domini, ego Dalmatius uinditor sum tibi Berengario leuite emptore. Per hanc scripturam uenditionis mee uendo tibi alodem meum proprium quod habeo in comitatu Gerundensi, in parrochia Sancti Genesii de Ceruiano, in locum quem uocant Raret, quod mihi aduenit per genitrice mea nomine Eg, aut per qualicumque uoce, et est casas, casalis, curtis, curtalis, ortis, ortalis, uineas, uinealis, terras cultas uel incultas, boscis, pratis, pascuis, aqualis, uie ductibus uel reductibus [p. 272b] omnia et in omnibus quicquid dici uel nominari potest, quantum ibi habeo uel habere debeo, sic uindo tibi totum ab integrum, cum exiis et regressiis earum propter precium unctias .VIII. de auro optimo monete Barchinone, et de ipso precio apud te emptore non remansit, et est manifestum. Que uero hec omni~ sicut superius scriptum est de meo iure in tuo trado dominio et potestate ad faciendum quodcumque uolueris. Quod si ego uenditor aut ullus uiuens homo uel femina qui contra hanc scripturam uenditionis uenero uel uenerit ad irrumpendum, non hoc ualeam uel ualeat uendicare quod requisiero uel requisierit, sed componam uel componat tibi libram auri Optimi et inantea ista scriptura uenditionis firma permaneat omnique tempore.
Facta ista scriptura uendtionis .II. kalendas augusti anno .VIIII. regni Philippi regis.
Sig+num Dalmacius Uitalis, qui istam cartam uenditionis fieri iussi et testibus firmare rogaui. Sig+num Gaubertus. +Iohannes leuita et caput scole. +Guilielmus. +Bernardus presbiter. Sig+num Raimundi sacer. +Adalbertus presbiter. Miro Gaucel, leuita. Bernardus clericus. +Guilielmus leuita.
Adalbertus leuita, qui istam scripturam uenditionis rogatus scripsit die et anno quo supra.

138

1072, febrer, 28

Bernat Adalbert de Navata fa homenatge al bisbe Berenguer de Girona per la possessió eclesiàstica que havia estat de Bernat Guillem, clergue germà de l'atorgant, i que ara el bisbe dóna a Guillem, clergue fill seu, el qual defineix també la meitat de les tasques de Bàscara.

Arxiu Diocesà de Girona ©

Cart., p. 230ab. Ed. MARQUÈS-CONSTANS, *Navata* p. 212. Reg.: B 137.

Hec est conueniencia quam Bernardus Adalberti de Nauata facit Berengario Gerundensi episcopo sine engan propter honorem ecclesiasticum qui fuit Guilielmi Bernardi clerici, fratris ipsius Bernardi Adalberti, quem iam [p. 230b] dictus episcopus donat Uuilielmo clerico filio Ermesendis femine in seruitio Sante Marie Gerundensis sedis et suo. Imprimis predictus Bernardus Adalberti comendauit se manibus iam dicto episcopo et conuenit ei ostes et caualgadas sine conductu quem ibi ferat ipse Bernardus, et ut ipse episcopus habeat intrare et exire et guerreiare in ipso castro de Nauata quando illi necesse fuerit excepto contra comitem Bisullunensem. Item predictus Bernardus iurauit fidelitatem predicto episcopo et ut adiutor sit ei ad tenere et habere, defendere et guerreiare omnem suum honorem contra cunctos homines uel feminas qui tulerint aut tollere uoluerint ei ipsum honorem aut aliquid de ipso honore. Item predictus Bernardus Adalberti cum iam dicto filio suo Guilielmo definierunt iam dicto episcopo sine engan et dimiserunt ei medietatem de ipsis thaschis de Baschara et conuenerunt predicto episcopo ipse Bernardus et filius eius Guilielmus ut non faciant inde aliquam garencam alicui homini uel femine.
Actum est hoc .II. kalendas martii anno .XII. regni Phillippi regis.
Sig+num Bernardi Adalberti, sig+num Ermesendis uxoris iam dicti Bernardi. Sig+num Wilielmi clerici illorum filii, qui hanc conuenienciam fecimus, firmauimus et firmare rogauimus.
Miro leuita, qui hanc conuenientiam scripsi et die (s. man.) et anno quo supra.

139

(1072, febrer, 28)

Bernat Adalbert de Navata fa homenatge al bisbe Berenguer Guifred, de Girona, i li promet accés al seu castell de Navata.

Cart., pp. 228b-229a. Ed. MARQUÈS-CONSTANS, *Navata*, p. 210, que data de 1054-1072. Reg.: B 160.

Iuro ego Bernardus Adalberti, filius qui sum Ermengardis femine, quod ab hac hora et deinceps fidelis ero tibi Berengari episcope, filius qui fuisti Helizabeth comitisse, per directam fidem sine engan et sine fraude et malo ingenio et ulla deceptione, et ab hac hora et deinceps adiutor ero tibi ad tenere et ad habere et [p. 229a] defendere et guerreiare omnem tuum honorem quem nunc habes et inantea adquisiturus es Deo dante contra cunctos homines et feminas qui tibi tulerint predictum honorem aud aliquid de predicto honore. Item ego predictus Bernardus iuro tibi predicte Berengari episcope ut ab hac die et deinceps non uedabo tibi intrare uel exire de ipsa forteza de Nauata, sed colligam te ibi ut possis inde guerreiare cunctos homines uel feminas, excepto comite Bisullunense, et ita attendam tibi hoc quod tibi iuro, sicut est scriptum in ipsa conuenientia que est scripta inter me et te. Sicut superius scriptum est, si o tenre et o atendre, exceptus quantum tu me inde solueris tuo grato animo sine forcia, per Deum et hec sancta.

Arxiu Diocesà de Girona ©

140

1072, juny, 1

Berenguer Renart de Quermençó, en compensació d'haver el capítol de la seu de Girona admès el seu fill Dalmau com a canonge, fa donació a la mateixa seu del millor mas que aquesta esculli entre les seves possessions, i obté la promesa que després de la mort de l'atorgant, el seu fill esmentat tindrà el feu que ara ell té per la seu de Girona.

Cart., pp. 87a-88a. Reg.: B 138.

Notum sit omnibus hominibus tam presentibus quam futuris quia ego Berengarius Rainardi de Guermenzon uenit in capitulum Sancte Marie sedis Gerundensis die sancto Pentecosthen et rogauit dominum Berengarium episcopum et canonicos eiusdem sedis ut filium suum clericum nomine Dalmatium colligerent in [p. 87b] suum collegium, uidelicet in canonica eiusdem sedis. Cuius precibus assensum prebentes, fecerunt sicut ipse rogauerat. Et ipse Berengarius dedit iam dicte canonice unum mansum optimum per alodium in suo honore, aut in uilla Nouas aut ubicumque apprehendere eum uoluerit prepositus iam dicte canonice in prescripto suo honore. Item predictus Berengarius rogauit predictum episcopum ut dedisset eidem predicto filio suo Dalmatio post obitum eiusdem Berengarii ipsum feuum quod ipse Berengarius tenebat de Sancta Maria Gerundensis per manum per donum eiusdem episcopi, scilicet ipsam ecclesiam de Rabedons et medietatem ecclesie Sancti Iohannis de ipsa Crosa et mansum quem Rainardus Oliba tenet per donum eiusdem Berengarii, quod etiam fecit predictus episcopus secundum quod ipse Berengarius rogauerat eum. Deinde ipse Berengarius dedit iamdicto filio suo Dalmatio iam dicta omnia, etiam ut post obitum eiusdem Berengarii teneret eam predictus Dalmacius per manum [p. 88a] iam dicti episcopi in seruitio Sancte Marie iandicte sedis et suo et illorum. Item iam dictus Berengarius conuenit iam dicto episcopo et canonicis ut bene hereditet de suo alodio iam dictum filium suum Dalmatium et ut bene indutum et ornatum faciant eum manere in predicta sancta sede.
Actum est hoc kalendis iunii anno .XIII. regni Philippi regis.
+Berengarius, Dei gratia Gerundensis episcopus+. Sig+num Berengarii Reinardi. Sig+num Bernardi Gaufredi de Monte Rubeo. Sig+num Gauzberti Mironis. Sig+num Raimundi Suniarii de Lercio. Sig+num Mironis Guillelmi uicecomitis.

141

(1074), setembre, 15

Testament del bisbe Bernat de Carcassona, que disposa d'alous situats a Cornellà, Sords, Pujals i Girona a favor de la seu de Girona.

Cart., pp. 291b-292a. Reg.: B 140.

In Christi nomine, ego Bernardus Carcasensis episcopus pergo ad Angla terra, ideo rogo amicos meos, idest Guilielmum fratrem meum et Bernardum Soniarii et Guilielmum Soniarii ut si mors mihi aduenerit, habeant potestatem distribuere omne auere meum in sanctis Dei ecclesiis, in sacerdotibus et pauperibus sicut ego hic iniungo. In primis dimitto

Arxiu Diocesà de Girona ©

ad Sanctum Petrum de Cornellan quartera .I. de terra in optimo loco, et dimitto canonice Sancte Marie sedis Gerunde ipsas uineas quas tenet Guilielmus Argemiri et ipsas terras quas tenet filius Raimundi Petrenat. Alium mansum alodis qui remanet dimitto Guilielmo fratri meo solide et libere, tali tenore ut si habuerit filium masculum de ipsa uxore quam nunc habet, aut de alia, remaneat ei, post obitum uero filii eius remaneat fratri meo Petro aut filio eius si habuerit et sit reuersus stare in hac terra. Post obitum uero illorum, ipsum meum alode qui est in terminio de Cornellan et in terminio de Surdis et in terminio de Puials, reuertatur solide et libere canonice prenominate sedis Gerundensis. Et ipsum meum alode qui est in terminio de Impuritano dimitto Sancto Micaheli de Fluuiano. Et ipsum meum alode quod habeo in comitatu Bisullunensi dimitto Sancte Marie de Uillabertran, et de [p. 292] isto alodio suprascripto dimitto sorori mee ipsum alodium de Garrigolas, et post obitum eius remaneat filie eius Adalet. Dimitto Petro Bernardi de Iudigas ipsum mansum de Petro Beconi, ut teneat tantum per ipsum caballum quod ego habeo, donec reddat ei Guilielmus, frater meus mancusos .L., et dimitto Guilielmo Suniarii clerico ipsas meas domos de Gerunda, ut tantum teneat eas donec det ei Guilielmus frater meus unctias .XVI. per ipsam mulam quam ego habeo. Et alium meum mobile qui remanet, tam in pane quam in carne quam in uino, dimitto medietatem ad confradiam, et aliam medietatem ad presbiteros per missas.
Actum est hoc .XVII. kalendas octobris.
Bernardus episcopus qui istud testamentum fieri iussit, firmauit et firmare rogauit. (s. man).
Adalbertus leuita, qui istud testamentum scripsit die et anno quo supra.

142

1074, desembre, 16

Berenguer, bisbe de Girona, permuta amb Ramon Guillem i Dalmidana, esposos, l'alou que aquests tenen a les parròquies de Sant Joan de Mollet, Flaçà, Bordils i Sant Martivell, per un alou situat a Paret Rufí.

Cart., pp. 348b-349b. Reg.: B 139.

Hec est scriptura commutationis que facta esst inter Berengarium Gerundensem episcopum et Raimundum Guilielmi de Prouenchera et Dalmidana coniuge eius. Donant namque, uendunt seu commutant iam dictus Raimundus et Dalmidana coniux eius predicto episcopo et Sancte Marie sedis Gerunde totum et omne alodium quod habent uel habere debent in parrochia Sancti Iohannis de Molet uel infra eius terminos, uel in parrochia Sancti Cipriani de Flachan uel infra eius terminos, uel in parrochia Sancti Stephani de Burdils uel infra eius terminos uel in parrochia Sancti Martini Uetuli uel infra eius terminos et omnia sacraria, domos uel mansiones quas habent uel habere debent in iam dicta uilla Moleth, propter ipsam terram Sancte Marie iam dicte quam supradictus episcopus Berengarius donat, uendit seu commutat eis in Pariete Ruffini. Que uero omnia aduenerunt michi Dalmidane ex parte patris mei Guilielmi Gaucefredi uel per qualemcumque uocem et mihi Raimundo Guilielmi per hanc suprascriptam meam coniugem uel per qualemcumque uocem. Omnia uero hec tradimus, donamus, uendimus seu commutamus nos prenominati [p. 349a] Raimundus et Dalmidana Deo et Sancte Marie sedis Gerunde et Berengario Gerundensi episcopo tali modo ut ab hac die et deinceps solide, libere et quiete teneat, habeat et possideat ad

Arxiu Diocesà de Girona ©

proprium alodium Sancta Maria et eius episcopus Berengarius et successores sui per hanc scripturam commutationem, uenditionem seu donationem. Qui uero contra hanc donationem, uenditionem seu commutationem uenerit ad irrumpendum, non hoc ualeat disrumpere uel infringere, sed componat suprascripta omnia Deo et Sancte Marie et Berengario eius episcopo uel successoribus suis in duplo cum omni sua inmelioratione; insuper hoc firmum et stabile permaneat omni tempore.
Actum est hoc .XVII. kalendas ianuarii anno .XV. regni Philippi regis.
Sig+num Raimundi Guilielmi, sig+num Dalmidane, sig+num Gaucefredi Guilielmi, sig+num Berengarii Gaucefredi, sig+num Engemardis, nos qui hanc scripturam fieri iussimus, firmauimus et firmare rogauimus. Sig+num Bernardi Ricardi. Sig+num Arnalli Gaucberti. Sig+num Dagoberti. Sig+num Raimundi Raimundi. Sig+num Arnalli Gaucefredi. Sig+num [p. 349b] Bernardi Gaucefredi.
(s. man.) Berengarius leuita, qui istam scripturam donationis, uenditionis seu commutationis scripsi die et anno quo supra.

143

1075, gener, 31. Cornellà

Publicació jurada, celebrada a Cornellà de Terri, del testament de Bernat Bernat, bisbe de Carcassona.

Cart., pp. 289a-291b. Ed. parcial: CONSTANS, núm. 90. Reg.: B 141.

Hee sunt condiciones sacramentorum facte ordinante Bernardo Guifredi iudice coram sacerdotibus Berengarius Guifredi et Adalbertus Petri in presencia Guilielmi, Bernardi [p. 289b] Soniarii et Raimundi Soniarii et Guilielmi Soniarii et Berengarii Lobatoni et Petri Reamballi et aliorum bonorum hominum qui ibidem aderant. Testificati sunt testes hiis nominibus, hii sunt Bernardus Durandi et Adalbertus Petri. Nos prelibati testes unum dantes testimonium iuramus in Deum et super altare sancti Genesii quod situm est in ecclesia de Corniliano quia nos uidimus et audiuimus et presentes ibi eramus quando quondam Bernardus Bernardi episcopus Carcasonensis ecclesie, iacens in domo Dalmatii Gauzberti iuxta ecclesiam sancti Micahel de Paladol, detentus ab egritudine qua obiit, dum adhuc esset in sua plena memoria ac loquela ordinauit suam extremam uoluntatem et ordinationem suarum rerum per suum firmum testamentum, per quod constituit ut essent helemosinarii uel manumissores, hii sunt Guilielmus frater eius, et Bernardus Suniarii et Berengarius Guifredi et Bernardus Durandi, quibus.iniunxit distribuere omnia que habebat per ordinationem prefati testamenti sicut hic scriptum est. Primum dimisit Domino Deo et Sancte Marie sedis Gerunde et eius canonice omne suum alodium quod habebat in parrochia Sancti Petri de Corneliano uel in eius turris que uocant Surdis ultra ripam Sterrie in omnibus locis, siue in parrochia de Puials, excepta ipsa terra que tenet Oliba Coronat, ubi hedificauit uineam, et ipsam domum ubi habitat Raimundus Fredarii, et hoc quod [p. 290a] habuit in ipsa sacraria et in eius molendino. Tali modo dimisit hoc alodium supranominatum canonice prefate sedis Gerunde ut dompnus pontifex Berengarius et canonica Sancte Marie in unum donet Adalberto Petri libram in ipsa sede Sancte Marie et quamdiu uixerit teneat et possideat sine uinculo ulius hominis uel femine, et post obitum suum aut monachus se fecerit, statim reuertatur hoc alodium predicte canonice prenominate

Arxiu Diocesà de Girona ©

sedis. Et alium suum alodium quod habet ln comitatu Gerundensis et Bisullunensis et Impuritanensis et Petralatensis, exceptis ipsa laxa que adhuc audietis, dimisit ad Guilielmum fratrem suum et Petro Bernardi fratri suo, in tali uidelicet ratione ut dum uixerint ilIi et filius eorum masculus ex legitimo coniugio si illum habuerint, teneant et possideant, et post obitum illorum statim reuertantur halodia canonice et Sancte Marie prefate sedis. Et dimisit Sancto Stephano de Surdis ipsam terram quam modo Oliba Coronat plantauit uineam, que est unum quadrum, et ipsa domo ubi habitat Raimundus Fredarii propter hoc ut teneant ipsum clericum. Et dimisit Bernardo Durandi ipsas uineas quas tenebat de illo quamdiu uixerint, et post obitum suum reuertatur ipsas terras cum uinea Sancto Stephano de Surdis, et dimisit Petro Renardi ipso manso de Puio ut tantum teneat eum donec Guilielmus frater eius [p. 290b]donet eum equum unum ualentem .ini. unctias. Et dimisit Bernardo Soniario ipsum alodium quod tenebat de illo ad proprium. Et Soniario Godamir in ipsam suam partem quam habebat in ipsa ualle per .III. unctias et mancusos .III., ut tantum teneat donec Guilielmus frater suus reddat ei ipsum auere. Et ipsas suas domos que sunt ad Sanctum Iulianum de Curtibus dimisit Berengario Guifredi clerico, cum ipsa tabula et lecto. Et ad Dagobertum Guisadiculum dimisit modium .I. ordei et .vi. sextarios frumenti, et dimisit Arnallo Mironis sextarios .X. uini quos habebat Bernardus Durandi et ipsum uexellum quod habebat Berengarius dimisit Adalberto Petri cum ipsa sua capa et porcum .I., et ad confradia porcos .III. et eminas .in. frumenti et ipsum uinum quod habebat Iohannes Adroarii. Et dimisit ad Iohannem Adroarii porcum .I. et uexel .I. et perna .i., et ad Clara suum pellicium uarium, et ad Dagobertum Guisalli ipsum suum pellicium herminium, et ipse redimat eum et cantet ei missas .XXX., et ipsum suum mulum cum ipsa sella et freno dimisit ad nepotem suum Bernardi Gaucefredi, et remaneat in baiulio Guilielmo fratri suo donec ueniat Petrus frater eius. Et dimisit ad Sanctum Danihelem ipsum feuum quod tenebat per eum, et dimisit ad Guilielmum fratrem suum omnes suos feuos [p. 291a] quos habebat; et alium suum auere quod remaneret pro anima sua. Si quis transgressus fuerit hoc quod super scriptum est, sit excomunicatus et de regno Dei eiectus et sicut Iudas fuit damnatus in eternum et ultra.

Factum fuit prephatum testamentum .VII. idus octobris anno .VX. regni Philippi regis. Firmatum fuit prescriptum testamentum a supradicto Bernardo episcopo manu sua propria et a reliquis firmatoribus, scilicet Berengarii presbiteri, Guilielmi Bernardi et Bernardi Suniarii, Guilielmi Seniofredi, Bernardi Matfredi clerici et Bernardi Durandi. Scriptor Adalbertus presbiter. Nos prefati testes iuramus et testificamur in Domino et in supradicto iuramento quia, sicut superius scriptum est a supradictore (sic) ordinatum est et firmatum, nobis uidentibus et audientibus per extremam uoluntatem suarum rerum.

Late conditiones .II. kalendas februarii anno .XV. regni Philippi regis, infra primos .VI. menses post obitum predicti conditoris Bernardi episcopi.

Sig+num Bernardi Durandi, sig+num Adalberti Petri presbiteri, qui supradictum testimonium dedimus et iurando firmauimus. Sig+num Guilielmi Soniarii, clerici. Sig+num Guilielmi Bernardi. Sig+num Bernardi Suniarii. Sig+num Raimundi Suniarii. Sig+num Berengarii Lobatoni. Sig+num Petri Reamballi. Sig+num Bernardi Marinani. +Bernardus [p. 291b] clericus et iudex.

(s. man.) Adalbertus presbiter, qui has conditiones scripsit die et anno quo supra.

144

1078, abril, 16

Arxiu Diocesà de Girona ©

Eliardis defineix als seus fills Pere Adals, Arnau, Ramon i Martí, una casa i forn situats al burg de Sant Feliu de Girona i vinyes que es troben prop de la ciutat a la vall de Noes i muntanya d'Oriol.

Cart., pp. 330b-331a. Reg.: B 142.

In Christi nomine ego Eldiardis femina euacuatrice sum tibi Petro Adels et Arnallo necnon Raimundo et Martino filiorum meorum. Per hanc scripturam euacuationis euacuo atque diffinio uobis omnes uoces et directos quos habeo in ipsas domos, mansiones et furno uel ipsas uineas et terras cultas et heremas qui (sic) fuerunt de uiro meo Adels qui fuit condam. Sunt namque predictas uineas et terras prope Gerundam ciuitatis, in ualle Noes et in monte Oriol, et prescriptas mansiones et furno extra muros prescripte ciuitate in burgo Sancti Felicis. Affrontant autem prescriptas mansiones et furno ex parte orientis in ipso callo et de meridie in mansione Uberto Fraga Nox, de occidente in ipsa carrera. Quantum iste quatuor affronattiones includunt et resonant, ita euacuo et derelinquo atque diffinio uobis omnes uoces [p. 331a] et directos que ibi habeo uel habere debeo simulque omnes uoces et directos que habui per comparationem aut per qualescumque uoces in totas ipsas uineas et terras de predicto loco de Monte Oriolo et ualle Noes totum ab integrum cum exiis et regressiis earum sine ulla reseruatione aut ullo engan et est manifestum. Que uero predicta omnia de meo iure in uestro (sic) trado dominium et potestatem ad uestrum proprium, ad faciendum inde omnia quecumque uolueritis. Quod si ego predicta euacuatrix aut ullus utriusque sexus uiuens qui contra scripturam euacuationis uenerim uel uenerit pro irrumpendum, non hoc ualeam uel ualeant uendicare quod requisierint sed componam aut componant uobis iam dicta omnia in quadruplo cum omni sua melioratione, et in antea presente scriptura euacuationis firma stabilisque permaneat.
Facta presens scriptura .VIX. (sic) kalendas maii anno .XVIII. regni Philippi regis.
Sig+num Eldiardis, qui hoc fieri iussi firmaui et testibus firmare rogaui. Sig+num Guilielmi Petro, qui hoc laudo et firmo et si aliquam uocem in predicta omnia habeo similiter sic diffinio et derelinquo in potestate uobis predictis acceptoribus per fidem sine engan. Signum Iohannis de Barchinona. Sig+num Guilielmi Uiuas. Sig+num Guilielmus Gaucbertus. Petrus leuita.
(s. man.) Arnallus presbiter, qui hoc rogatus scripsi die et anno quo supra.

145

(1051 - 1078)

Ponç Guillem, fill d'Em, el seu fill Guillem i la seva esposa Guisla prometen al bisbe Berenguer de Girona no perjudicar la vila d'Ullà des de la seva fortalesa de Torroella de Montgrí.

Cart., pp. 149a-150a. O.: ADG, *Mitra*, c. 20 núm. 44. Ed. Negre, AIEG 4 (1949) pp. 108-110. Reg.: B 362.; MARQUÈS, *Pergamins*, núm. 29.

Iuro ego Pontius Guilielmi, filius qui sum Em femine et ego Willielmus filius eiusdem

Arxiu Diocesà de Girona ©

Pontii et ego Guilla eiusdem Pontii coniux. Nos simul in unum iuramus per Deum patrem omnipotentem et per Ihesum Christum eius, Deum et dominum nostrum, et per Sanctum Spiritum ex utroque procedentem ad te Berengarium Gerundensem episcopum quia ab ista hora et deinceps non tollemus tibi uel successoribus tuis ipsum honorem quem tu predicte Berengari hodie habes uel habere debes uel deinceps Deo dante habebis, nec nos nec aliquis ex nobis uel aliquis homo uel femina homines uel femine per nostrum consilium uel per nostrum ingenium, et iterum iuramus nos predicti Poncius et Guilielmus et Guisla quia de ipsa forteza que est uel erit in Torrocella de Montegrinio uel in eius terminis dampnum uel malefactum non uenient ad te uel ad sedem Sancte Marie Gerundensis nec ad honorem eiusdem sedis uel proprie ad ipsam uillam quam uocant Uliano uel ad eius terminos uel ad homines et feminas qui in ipsa uilla habitant uel habitabunt, uel ad omnia que Sancta Maria uel tu predicte Berengari episcope et successores tui in predicta uilla Uliani habetis uel deinceps habebitis. Et iterum iuramus nos predicti Poncius et Guilielmus et Guilla quia in predic[p. 149b]ta uilla Uliani uel in eius terminis ulla alberga uel ullum censum uel ulla tolta uel ullos acaptes per fortia sine grato non retinebimus uel requiremus uel faciemus, exceptus ipsum feuum quem ibi tenemus et habemus per manum Pontii comitis. Et iterum iuramus nos predicti uidelicet Pontius et Guilielmus et Guilla quia ipsa presone quam tu predicte Berengari mihi fecisti et tui homines parte et ipsa emenda que tibi feci et ipsa malefacta uel hanta que in ipsa presone ullo modo accepi et ipsam finem quam exinde tibi feci per fidem sine tuo enganno l.attenrei tibi et tuis hominibus qui tibi exinde ualuerunt et mihi nocuerunt, et in suppradicto feuo quod habemus in uilla Uliano ulla malefacta uel tolta uel alberga uel acapte pro forcia siue grato non faciemus uel requiremus uel retinebimus tibi predicte Berengari episcope uel tuis hominibus qui ibidem sunt uel erunt. Hec omnia superius scripta tenebimus et adtendemus nos idem Poncius et Guilielmus et Guilla et Bernardus et Raimundus frater eius et Gauzbertus et Raimundus frater eius et Raimundus Adalberti et Bernardus frater eius et Guilielmus Adroarii et Sendredus Fredarii per directam fidem sine enganno de Sancta Maria et de iam dicto Berengario episcopo uel successorum eius et de suis omnibus supradictis, et nos omnes supradicti iuramus quia sumus ex istis fideiussoribus mortuus (sic) fuerint Poncius et uxor eius et filius eius mittam alium fideiussorem in potestate iam dicti episcopi qui minus non ualeant (sic) ad eius opus. [p. 150a]

146

(després de 1078)

Pere Ponç ratifica el jurament fet pel seu pare Ponç Guillem, la seva mare i el seu germà al bisbe Berenguer.

Cart., p. 150a. O.: ADG *Mitra*, c. 20 núm. 44. Reg. B 362.

Iuro ego Petrus Poncii quia ab ista hora et deinceps fidelis ero tibi Berengario Gerundensi episcopo de tua uita et corpore et de omni tuo honore quem hodie habes uel habere debes uel deinceps Deo annuente adquisieris, et suprascriptum sacramentum quod pater meus et mater mea et frater meus tibi iurauerunt tenebo et adtendam tibi Berengario Gerundensi episcopo per directam fidem sine tuo engan per Deum et hec sancta.

Arxiu Diocesà de Girona ©

147

1080, gener, 19

Pere i Ademar, germans, venen a Berenguer un alou situat al comtat de Girona, a les parròquies de Sant Genís de Cervià i Sant Cristòfol de Raset, pel preu de vuit mancusos nous, moneda de Barcelona.

Cart., p. 266ab. Reg.: B 143.

In nomine Domini Ego Petrus et frater meus Ademarus uenditores sumus tibi Berengario emptore. Per hanc scripturam uenditionis nostre uendimus tibi alodium nostrum proprium quod habemus in comitatu Gerundensi, in parrochia Sancti Genesii de Ceruiano et Sancti Christophori de Raret, idest terciam partem de ipso manso ubi Adalbertus habitat cum omnibus que ad ipsum mansum pertinent, id sunt casas, casales, curtes et curtales, ortos atque ortales, terras cultas et incultas, arbores de diuersis generibus, exitus et ingressus, quod aduenit nobis per genitorem uel genitricem nostram siue per qualescumque uoces. Uendimus namque tibi prefata omnia propter mancusos .VIIII. nouos monete Barchinone et est manifestum. Que uero predicta omnia de nostro iure in tuum tradimus dominium et potestatem ad faciendum quod uolueris. Si autem nos uenditores aut ullus homo uel femina contra istam scripturam uenditionis uenerimus aut uenerint ad irrumpendum, [p. 266b] non ualeamus aut ualeant uendicare quod requisierimus uel requisierint, sed componamus aut componant tibi omnia supradicta in duplo; deinde firma et stabilis permaneat omnique tempore hec scriptura.
Acta est hec scriptura .XIIII. kalendas febroarii anno .XX. regni Philippi regis.
Sig+num Petri, sig+num Ademari, qui istam scripturam uenditionis fieri iussimus, firmauimus et firmari rogauimus. (s. man.) Berengarius presbiter. (s. man.) Raimundus leuita. +Petrus presbiter (s. man.). Bernardus leuita+. (s. man.) +Reamballus leuita. +Berengarius leuita.
(s. man.) Andreas leuita, qui istam scripturam uenditionis rogatus scripsi die annoque prefixo.

148

1080, novembre, 4

Publicació jurada del testament de Gaufred Guillem, que llegà a la seu de Girona tots els alous que tenia als comtats de Girona i Empúries.

Cart., pp. 274a-275a. Reg.: B 144.

In Dei eterni nomine, hec est sacramentalis conditio facta ordinante Bernardo Guifredi iudice [p. 274b] de ultima uoluntate cuiusdam hominis nomine Gaufredi Guilielmi que iuxta quartum ordinis modum uerbis tantum promulgata coram probatione patuit. Ideoque nos testes, scilicet Guilielmus Bernardi et Bernardus Berengarii, in presentia prefati iudicis et Raimundi Guisadi Gerundensis clerici et Mauricii atque Isarni sacerdotum et cunctorum qui affuerunt, iuramus et testificamur in Deum et supra sacrosanctum altare beati Iohannis

Arxiu Diocesà de Girona ©

quod est situm penes ecclesiam Sancte Marie que dicitur Episcopalis quia nos uidimus et audiuimus et presentes ibi eramus tunc temporis quando predictus Gaucefredus Guilielmi, rediens a partibus Apulie cum dompno Berengario Gerundensi episcopo seniore suo, iacens in ipsa naui superposita mari qui rustico nomine dicitur catus, detentus ab egritudine qua obiit, dum adhuc esset in sua plena memoria et loquela ordinauit suam extremam uoluntatem propriis uerbis, per que diimisit omne suum alodium quod ubicumque habebat uel habere debebat quocumque modo, scilicet in comitatu Gerundensi et Impuritanensi et in reliquis aliis alodiis Beate Marie Gerundensis sedis et in iamdicto dompno Berengario Gerundensi episcopo, et postmodum non mutauit inde suam uoluntatem nobis scientibus. Unde hoc quod iniunctum habuimus nostra coram prefato iudice iuratione confirmamus eiusdemque iuramenti conditione tam sua quam testium manu corroboramus infra sex mensium [p. 275a] spacium post obitum predicti Gaufredi Guilielmi.
Lata conditione .II. nonas nouembris anno .XXI. regni Phillippi regis, infra primos .VI. menses post obitum prefati auctoris nomine Gaufredi Guilielmi.
Sig+num Guilielmi Bernardi, sig+num Bernardi Berengarii, qui hoc supradictum testimonium dedimus et iurando firmamus. Sig+num Bernardi Poncii. Sig+num Ellemar Gondemari. Sig+num Raimundi Arnalli. Sig+num Guilielmi Ellemari. Sig+num Bernardi Sendredi. Sig+num Petri Terecii. Sig+num Isarni Riculfi. Mauricius presbiter. Raimundus leuita. Bernardus clericus et iudex.
(s. man.) Isarnus presbiter et monachus qui hanc conditionem rogatus scripsi die et anno prefixo.

149

1081, maig, 7

Sicardis permuta amb el bisbe Berenguer de Girona una terra que té a la vila de Santa Maria de Fontanet o de la Bisbal, per una altra terra situada al mateix terme.

Cart., p. 116ab. Reg.: B 145.

In nomine Domini. Ego Sicardis femina commutatrice sum tibi Berengario Gerundensi episcopo. Per hanc scripturam commutationis mee commuto ad te peciam unam terre quam ego habeo et teneo pro meo alodio fisco intus in uilla Sancta Maria Fontaneto quem uocant Episcopale. Aduenit ad me iam dicta Sicarz pro genitori et genitrice mea aut per qualescumque uoces. Affrontat predicta terra a parte orientis in terra de Berengario Suniario et in ipso rec qui discurrit et in terra de filiis et filias qui fuerant Guilmundo et Guilem Madegario, a parte meridie affrontat in terra de Aldemar et Berengario Suniario seu de Mauricius, de occiduo parte affrontat de Bona Dompna femina et in ipso rio Adaron, ex parte uero circii affrontat in ipso recg et in terra Soniofred Seniulli et filios que fuerunt Bonefilii Boneti et in terra Guillaberto Udalardi et fratri suo Arbert. Quantum infra istas quatuor affrontationes includunt et ego habeo per ullas quasque uoces, sic commuto ad te Berengario sedis Gerunde episcopo totum ab integrum cum omni genera arborum qui ibidem sunt, cum exiis et regressiis earum pro alia tua terra qui est de ipso prado quem uocant de Ugo, et est manifestum. Que uero prescripta omnia de meo iure in tuo trado dominio et potestate at facere [p. 116b] quodcumque uolueris. Quod si ego Sicars femina commutatrice aut ullus homines aut feminas hanc scripturam commutationis ad

Arxiu Diocesà de Girona ©

irrumpendum uenerit, non hoc ualeat uendicare quod requirit aut requisierint, sed componat aut Componant in duplo cum omni sua inmelioratione et inantea ista scriptura commutationis firma permaneat omnique tempore.
Facta ista scriptura commutatione nonas madii anno .XXI. regni Philippi regis.
Sig+num Sicards femina qui ista scriptura commutationis fieri iussi, firmaui et testibus firmare rogaui. Sig+num Guilielmo Pontio. Sig+num Bernardo Berengario. Sig+num Margallo.
(s. man.) Guilielmus sacer indignus qui hoc rogatus scripsi et die et anno sss quo supra.

150

1082, setembre, 8

Adalbert i Alambors, esposos, venen i permuten a la canònica de la seu un alou que tenen al comtat de Girona, a les parròquies de Cervià i Raset, per un mas situat a Lladó i 50 sous.

Cart., pp. 266b-267a. Reg.: B 147.

In Dei nomine ego Adalbertus et uxor mea Alambors uenditores sumus Deo et Sancte Marie sedis Gerunde et eiusdem canonice alodem nostrum proprium, quod nos habemus in comitatu Gerundense, in parrochia Sancti Genesii de Ceruiano et Sancti Christofori de Raret, qui mihi aduenit Adalbert per genitricem meam uel per comparationes aut per qualescumque uoces, et ad me A1ambors per meum decimum. Et est predictum alodium casas, casales, ortis, ortalis, uineas, uinealis, terras cultas uel incultas, pratis pascuis siluis, garricis, aquas aquarumue ductibus uel reductibus et omnia genera arborum qui ibidem sunt, quantum nos habemus uel habere debemus per qualescumque uoces. Et predicta [p. 267a] omnia sic tradimus in potestate Sancte Marie sedis Gerunde et eiusdem canonice ad proprium propter precium mansum unum quod predicta canonica habet in parrochia Sancti Felicis de Luton quod Archimballus dimisit predicte canonice et quinquaginta solidos et est manifestum. Quod si nos uenditores aut ullus uiuens homo uel femina qui contra ista scriptura uenerit ad irrumpendum, non hoc ualeat uendicare quod requirit, sed componat ista omnia in quadruplo cum omni sua inmelioratione et inantea ista scriptura firma et stabilis permaneat omni tempore.
Facta ista scriptura .VI. idus septembris anno .XXIII. regni Philippi regis.
Sig+num Adalbert, sig+num A1ambors uxor mea, nos simul in unum qui ista scriptura uenditionis fieri iussimus, firmauimus et testes firmare rogauimus. Sig+num Berengarius subdiaconus.
Giscafredus presbiter qui ista scriptura donationis (sic) rogatus scripsit (s. man.) et anno quo supra.

151

1082, octubre, 13

Testament d'Esteve Tordera, que llega un alou situat a Corts a la seu de Girona.

Arxiu Diocesà de Girona ©

Cart, pp 249b-250a. Reg.: B 148.

In nomine Domini ego Stephanus Todrece (sic) iaceo in egritudine, precor amicis meis, idest Guilielmum Bernardi et Domenicus et Guilielmus Guilielmi quod licentiam habeatis distribuere omnem meum auere in sanctis Dei ecclesiis, in sacerdotibus, in pauperibus. In primis ad Sancti Iuliani solidos .II. et denarios .VI., et Azemar presbiter et Guilielmo Berengario similiter et Guilielmo Bernardi seniori meo solidos .II. Et dimitto ipsum meum alodium proprium quod ego habeo in parrochia Sancti Iuliani de Curtis ad Sancta Maria sedis Gerunda, eius canonice, in tali uidelicet ratione dum uiuit filius meus teneat et possideat et donet ipsa tascha, et post obitum filios meos remaneat ad Sancta Maria, ad filius meus remaneat ipsa mea uascula in laboracione que fuit de Raimon fratri meo ad seruicium Sancte Marie et ad filiis meis remaneat ipsa mea uascula tam minora quam maiora [p. 250a] et boues et oues et porcos et gallinas et ocas et uexels.
Factum est istud testamentum .III. idus octobris anno . .XXIII. regni Philippi regis.
Sig+num Stephani, qui istud testamentum firmaui et fieri iussi et testes firmare rogaui. Sig+num Guilielmi Bernardi. Sig+num Dominicus. Sig+num Guilielmi Guilielmi. Sig+num Guilielmus Berengario.
Ademarus sacerdos qui istum testamentum scripsit sub die et anno quod (s. man.) supra.

152

1083, octubre, 3

Convinença entre Oliver Guillem i el bisbe Berenguer de Girona, per la que el primer fa homenatge a aquest i promet defensar cada any durant sis mesos el castell de la Bisbal.

Cart., pp. 232ab. O.: ADG *Mitra*, c. 15, núm. 38. Reg.: B 149; MARQUÈS, *Pergamins*, núm. 19.

Hec est conueniencia quam facit Oliuer Guilielmi Berengario Gerundensi episcopo. Conuenit namque iam dictus Oliuer prefato episcopo ut sit ei fidelis omnibus diebus uite sue et adiuuet eum per directam fidem sine engan tenere et habere et defendere omnem honorem quem hodie uel deinceps Deo dante habebit contra cunctos homines uel feminas qui tulerint uel tollere uoluerint ei aliquid de suo honore. Et conuenit ei iam dictus Oliuer ut stet in uilla Sancte Marie Episcopalis cum sua mesnada omnibus diebus uite sue per unumquemque annum .vi. menses et guardet et defendat ei ipsum castellum et uillam contra cunctos homines uel feminas qui aliquit mali ibi facere uoluerint uel fecerint in iam dicto honore. Et propterea, ut hec omnia teneat fideliter et attendat prefatus Oliuer iam dicto episcopo, mittit ei in pignore omnem feuum quem tenet per eum in iam dicta uilla de honore Sancte Marie Episcopalis tali modo ut, si aliquid de supradictis conuenientiis ei infregerit uel aliquod malum ei fecerit, emendet hoc ei infra primos .xxx. dies quibus episcopus illi mandauerit per se aut per suos missos aut missum. Si uero hoc non fecerit iam dictus Oliuer iam dic[p. 232b]tum omnem feuum quem per manum iam dicti episcopi tenet in predicta uilla de honore Sancte Marie, scilicet illum quod fuit pars sui et ipsum quod predictus episcopus modo ei dat, scilicet ipsum clausum cum domibus ubi Enricus faber habitat usque ad ipsum reg qui discurrit per mediam uillam et usque ad ipsa strada uel portel que exit de iam dicta uilla et castel et pergit ubique. Hec omnia reuertantur in potestatem iam dicti episcopi solide et libere sine ullo retentu uel mala uoluntate iam dicit

Arxiu Diocesà de Girona ©

Oliuer.
Actum est hoc .v. nonas octobris anno .xxiiii. regni Philippi regis.
Sig+num Oliuer. Sig+num Guillaberti Udalardi. Sig+num Raimundus Geraldi. Sig+num Gauberti Arnusti.
+Berengarius Dei gratia Gerundensis episcopus+.

153

1084, març, 7

Guillem Sargul i Girberga, esposos, venen a Ramon Otó i Bonadona, també esposos, una casa situada al burg de Sant Feliu de Girona, pel preu de 30 sous de plata.

Cart., p. 329a. Reg.: B 151.

In Christi nomine ego Guilielmus Sargul et uxor mea Girberga simul uenditores sumus tibi Raimunde Otonis et uxori tue Bona Donna. Per hanc scripturam uenditionis uendimus uobis casam nostram quam habemus et tenemus in burgo Sancti Felicis, uidelicet iusta casam nostram, que nobis aduenit per genitores uel per alias uoces. Affrontat denique a parte orientis in casis de uobis eiusdem, de meridie similiter, ab occiduo in calle quo itur ad rieram, de circi in casis Boucefred Bonissimi. Sicut habetur et continetur predicta casa, sic uendimus eam uobis totam ad integrum, cum exitibus et regressibus, cum solario et sotel et parietibus et superpositis, quantum ibi habemus uel habere debemus, propter precium solidos .xxx. de plata fina a penso legitimo de ferro, quos nobis inde donastis sine nostro engan atque est manifestum. Hanc autem domum de nostro iure in uestrum tradimus dominium et potestatem ad faciendum inde quicquid uolueris, excepto censo qui inde exit ad sedem Sancte Marie, id sunt .ni??. denarii de quacumque moneta que currit in Gerunda Gerundensem (sic) in unoquoque anno ad festum Natalis Domini. Si autem nos uenditores aut aliquis homo contra hanc scripturam uenerimus uel uenerit, non hanc ualeamus uel ualeant disrumpere, sed componamus in duplo cum sua melioratione, deinde hec sit firma omni tempore.
Que est [p. 329b] acta nonas marcii anno .xxiiii. regni Philippi regis.
Sig+num Guilielmus Sargol, sig+num Girberga, qui hoc fieri iussimus, firmauimus firmarique rogauimus. Sig+num Gaucberti. Sig+num Guilielmi Grimal. Sig+num Raimundi Guilielmi.
Poncius, qui hoc rogatus scripsi die annoque prefixo.

154

1084, juliol, 1

Publicació jurada del testament de Galter, prevere de la seu, que llegà a la canònica de la mateixa seu un alou situat a Pineda.

Cart., pp. 221b-224a. Reg.: B 146, que data de 1082.

Arxiu Diocesà de Girona ©

Hee sunt conditiones sacramentorum facte ordinan te Bernardo Guifredi iudice, coram sacerdote Guilielmo Arnusti, in presentia Girberti presbiteri et Raimundi Guilielmi et aliorum bonorum hominum qui ibidem aderant. Testificati sunt testes hiis nominibus, Guilielmus Gaucefredi et Petrus presbiter Sancte Marie sedis Gerunde. Nos prelibati testes, unum dantes testimonium, iuramus in Deum et super altare Sancte Anastasie quod situm est in ecclesia Gerundensi quia nos uidimus et audiuimus et presentes ibi eramus quando quondam Galterus presbiter iam dicte sedis, iacens intus in sua domo detentus ab egritudine qua obiit, dum adhuc esset in sua plena memoria ac loquela, ordinauit extremam uoluntatem suam et ordinationem suarum rerum per suum firmum testamentum, ut essent sui helemosinarii et manumissores Raimundus Mironis sacrista et Guilielmus frater suus et Arnallus nepos eius et Belisendis, et distribuerent omne suum [p. 222a] auere in sacerdotibus et pauperibus Dei sicut subterius scriptum est. Primum dimisit ad canonicam iam dicte sedis omne suum alodium quod ille habebat et tenebat in parrochia Sancte Marie de Pineda, tali modo ut iam dictus Arnallus nepos suus teneret et laboraret prescriptum alodium, et daret per unumquemque annum in festiuitate Sancte Marie mediante augusto prefate canonice porcos .II. qui sunt (sic) boni ad edendum in prescripta canonica, et donaret annuatim .I. conre ad duos clericos eiusdem canonice, sicque faceret ille dum uiueret, et post obitum ipsius Arnalli similiter faceret omnis posteritas eius omni tempore. Et dimisit ad Belisindim et ad filios suos ipsam domum suam usque ad ianuam nouam ut darent annuatim prenominate canonice caponum .I. optimum dum uiuerent, et ad obitum eorum eligerent unum clericum prefate sedis qui similiter haberet prescriptam domum et daret prescriptum censum, et sic esset ab uno in alium usque ad finem seculi. Et dimisit ad Guilielmum fratrem suum omnes suas domos quas habebat iuxta prefatam domum, ut dum uiueret teneret et [p. 222b] possideret et daret iam dicte canonice caponum .I. optimum, et ad obitum suum eligeret unum clericum qui similiter eas haberet et daret prefatum censum eidem canonice, et sic esset ab uno in alium usque ad finem seculi. Et dimisit iam dicto Guilielmo ipsum mansum de Palacio, ubi habitat Honofredus cum suis pertinentiis excepta ipsa domo ubi habitat Martinus cum ipsa terra quam ille tenet de ipso inantea, quam dimisit ad Belixende et filios suos, tali modo ut Petrus Martini haberet ipsam domum cum terra ad seruitium Sancte Marie. Item dimisit Guilielmo dicto ipsam condaminam quam emit de Bernardo Iohannis ut dum uiueret haberet et possideret in seruitio Bernardi iam dicti et ad obitum suum eligeret unum ex clericis Sancte Marie qui similiter habeat predictam terram in seruitio Bernardi Iohannis. Et dimisit Guilielmo prescripto ipsas suas uineas de Coma Flexera cultas et heremas eo tenore ut dum uiueret teneret et daret tascham et decimam Raimundo Mironis sacriste et successoribus suis et ad obitum suum eligeret unum clericum qui similiter faciat, et dimisit ei suum antiphonarium et ad obitum [p. 223a] suum eligat unum clericum qui habeat eum in seruitio Sancte Marie et sic sit omni tempore. Et dimisit ad Bonumpar nepotem suum .X. aureos quos sibi debebat cum pignore. Et dimisit ad nepotes suos filios Arluini omne suum alodium quod habebat in Pineda in cunctis locis, excepto ipso alodio quod iam dimisit Sancte Marie. Et ad canonicam Sancte Marie uncias .III. de auro de Barchinona et ad Bernardum Iohannis unciam unam et ad ipsum aliam, ad Raimundum Mironis aliam, et ad priorem mancusos .II. et ad Adalbertum Petri mancusos .II. et ad presbiteros Sancte Marie missas canentes singulos mancusos. Et inter canonicam et clericos Sancti Felicis unciam .I., et ad Sanctum Petrum unciam .I. et ad Sanctum Danielem mancusos .IIII. et ad Sanctum Martinum mancusos .IIII. et ad Sanctam Susannam mancusos .II. et ad dedicationem Sancti Christofori de Lambilis uncias .III. et iussit ut daret eas Guilielmus frater suus, et si obiret eligeret unum hominem qui donaret eis. Dimisit etiam

Arxiu Diocesà de Girona ©

iam dicte canonice ipsum mansum de Canelles solide et libere et ad Guilielmum fratrem suum ipsam suam medietatem de mula cum sextarios .II. ordei et .III. migerias frumenti quas sibi debebat [p. 223b] Onofredus, et ad Tresgontiam sextarium .I. frumenti et Guilielmo Gauce aliam et .I. de milio, et Belisendi et filiis suis uncias .VI. et per missas uncias .II. et capida ad corum Sancte Marie et prefato Guilielmo lectum et draps, et alios draps ad Belixende, et iam dicto Guilielmo uexel maiorem et tinam et ipsum ortum quem habebat ante Gerundam, et alia uexella ad Belixendem et filiis suis cum suis ouibus, et ad Adalbertum Petri uncias .II. auri optimi ut faceret clericum Petrum Martini, et Belixendi et filiis suis lanam et linum et canabum, et Siccars cognata sua maneat in domo in qua habitat secundum uoluntatem filiorum suorum. Precepit enim ut uenderetur ipsa casa et terra in qua Petrus Gillaberti habitat cum ipsa terra de Guilielmo Pisan ad antiphonarium Sancti Genesii faciendum; alium uero suum auere iussit dari pro anima sua. Factum fuit hoc testamentum .XI. kalendas iunii anno .XXIII. regni Philippi regis. Firmatum fuit prescriptum testamentum a supradicto conditore Galtero et reliquis firmatoribus signo puncti. Scriptor Adalbertus presbiter. Nos prelibati testes unum dantes testimonium iuramus in Deum et in supradicto iuramento quia sicut superius scriptum est ita ordi[p. 224a]natum est et firmatum a iamdicto testatore Galtero nobis uidentibus et audientibus per extremam uoluntatem et ordinationem suarum rerum.

Late conditiones kalendis iulii anno .XXIIII. regni Philippi regis.

Sig+num Guilielmi Gaucefridi, sig+num Petri Bernardi, qui iam dictum testimonium dedimus et iurando firmauimus. (s. man.) Gaucebertus presbiter. (s. man.) Girbertus ipodiaconus. +Guilielmus sacerdos. Bernardus capud scole et iudex+.

Raimundus Guilielmi clericus qui has conditiones rogatus scripsi die et anno quo supra.

155

1085, febrer, 25

El bisbe Berenguer dóna a Oliver Guillem el mas on habita Arsendis, filla de Maur, el cens de l'alou de Guillem Seniull i altres terres a fi que aquest li defensi durant sis mesos la vila i castell de la Bisbal.

Cart., pp. 232b-233b. O. ADG *Mitra*, c. 15, düm. 37. Reg.: B 150, que data de 1084; MARQUÈS *Pergamins*, núm. 20.

Hoc est donum quod facit Berengarius Dei gratia Gerundensis episcopus Oliuario Guillelmi et conueniencia uel pignoratio quam idem Oliuarius fecit supradicto episcopo. Dedit namque iam dictus episcopus supradicto Oliuario ipsum mansum ubi Arsendis filia cuiusdam Mauri habitat cum suis pertinentiis omnibus et censum quod exit de alodio Guilielmi Soniulli, quod est inter ipsum mansum eiusdem Guilielmi et mansum predicte Arsendis [p. 233a]. Insuper donat ei duas pecias terre quas iam dictus episcopus habet prope ipsam terram iam dicte Arsendis. Insuper donat ei ipsum ortum uel uiridarium quem Iulianus tenet. Hec omnia superius scripta tali tenore uel conuentu donat iam dictus Berengarius episcopus iam dicto Oliuario ut omni tempore fideliter seruiat ei sicut homo debet seruire suo meliori seniori et adiuuet ei tenere et habere et defendere omnem suum honorem quem hodie habet uel deinceps Deo dante habebit. Et conuenit supradictus

Arxiu Diocesà de Girona ©

Oliuarius iamdicto episcopo ut stet in uilla Sancte Marie Episcopalis cum sua mesnada sex menses in unoquoque anno, scilicet ab octauis Penthecostes usque ad festiuitatem Sancti Andree, et in supradicto tempore sex mensium, si opus fuerit episcopo supradicto aut episcopus iam dictus mandauerit predicto Oliuario stare et gardare castrum Sancte Marie Episcopalis, conuenit ei predictus Oliuarius ut stet cum sua mesnada ibi et prout melius potuerit gardet et defendat supradictum castrum et honorem Sancte Marie Episcopalis hiis sex mensibus supradictis in omni anno, et ut hec omnia fideliter attendat supradicto episcopo mittit ei in pignore iam dictus Oliuarius omne feuum quem tenet per eum ullo modo in supradicta uilla Sancte Marie Episcopalis, tali modo ut si aliquid de supradictis conuenientiis uel aliquid [p. 233b] malum ipse uel sui in iam dicto honore fecerit et infra primos, .xxx. dies quibus episcopus illi mandauerit non emendauerit uel redirexerit ei hoc quod infregit de supradictis conuenientiis omnem feuum quem tenet per eum in uilla uel in honore Sancte Marie Episcopalis solide et libere et absque ullo retentu incurrat in potestate iam dicti episcopi ad faciendum quodcumque uoluerit.
Actum est hoc .IIII. kalendas marcii anno .XXV. regni Philippi regis.
Sig+num Oliuario. Sig+num Arnallo Gaufret. Sig+num Bernardus Gaufret. Sig+num Guillabert Udalardi. Sig+num Guillem Gaucfredi. +Berengarius Dei gratia Gerundensis episcopus. +

156

(1085)

Oliver, fill de Retrudis, fa homenatge al bisbe Berenguer de Girona.

Cart., pp. 155b-156a. Reg.: B 372.

Iuro ego Oliuarius, filius qui fui Retrudis femine, quia ab ista die et deinceps fidelis ero tibi Berengario, Gerundensi episcopo, de tua uita et corpore et de omni tuo honore quem hodie habes uel deinceps Deo dante habebis, non tollam tibi aliquid de suporadicto honore sed adiutor ero tibi tenere, habere et defendere omnia que habes uel Deo dante habebis per iamdictam fidem sine engan contra cunctos homines uel feminas qui tulerint aut tollere uoluerint tibi hec omnia uel aliquid ex omnibus prescriptis. Sicut superius scriptum est, si o tenre et o atendre ego Oliuarius ad te [p. 156a] Berengarium Gerundensem episcopum per Deum et hec sancta.

157

1086, abril, 17

Convinença entre el bisbe Berenguer de Girona i Berenguer Gaufred de Cervià, a qui dóna el bisbe els delmes ¡ primícies de Sant Joan de Mollet, tot prometent-li el feu que té un cert Balduí.

Cart., p. 153a. Reg.: B 152.

Arxiu Diocesà de Girona ©

Hoc est donum et conueniencia que facta est inter Berengarium Gerundensem episcopum et Berengarium Gaufredi de Ceruian. Donat namque iam dictus episcopus supradicto Berengario decimas et primitias et oblationes cunctas ecclesie Sancti Iohannis de Molet, et conuenit ei per unumquemque annum quinquaginta mancusos auri Ualentie aut mulum uel mulam ualentem decem uncias supradicti auri usque ad festum Sancti Michahel, et supradictum aurum aut mulum tamdiu donec iam dictus episcopus supradicto Berengario quousque donet ei ad feuum quod Balluinus tenet de supradicto episcopo cum sua uoluntate aut talem terram aut feuum qui minus non ualeat per expletis de Sancta Maria Episcopalis usque Gerundam; et supradictus Berengarius Gaucefredi propter hoc donum conuenit iam dicto episcopo ut sit suus melius quam ullius alterius hominis, et sit ei fidelis omnibus diebus uite sue et adiuuet eum tenere et habere et defendere omnem suum honorem quem hodie habet uel deinceps Deo dante habebit contra cunctos homines uel feminas qui tulerint uel tollere ei uoluerint aliquid de suo supradicto honore; et conuenit iam dictus Berengarius supradicto episcopo ut hoc totum iuret ei manu propria quo die episcopus ei mandauerit.
Berengarius Dei gratia Gerundensis episcopus. Sig+num Berengarii Gaucefredi.
Actum est hoc .XV. kalendas madii anno .XXVI. regni Philippi regis.]p 153b]

158

(ca. 1087)

Bernat, fill d'Ermengarda, fa homenatge al bisbe de Girona pel castell de Juià.

Cart., pp. 154b-155a.

Iuro ego Bernardus, filius qui sum Ermengardis femine ad te Berengarium Gerundense episcopum quod de hac hora et deinceps fidelis ero tibi per directam fidem sine engan sicut homo debet esse fidelis suo seniori et ego predictus Bernardus ab hac hora [p. 155a] et deinceps non decebre te predictum episcopum de tua uita neque de tuis membris que in corpore tuo se tenent neque de omni ipso tuo honore quem hodie habes et inantea adquisiturus es Deo dante. Et ego predictus Bernardus iam dicta omnia no la tolre nec t.en tolrei sed adiutor ero tibi ad tenere et habere defendere et guerreiare contra cunctos homines uel feminas qui tulerint aut tollere uoluerint tibi predicta omnia aut aliquid de predictis omnibus. Et ipsum adiutorium sine tuo engan lot fare et communit no me.n desuedare et ipse uel ipsi qui me inde commonuerint regardum non habebunt ibi. Sicut supenus scriptum est si o tenre et o atendre ego predictus Bernardus ad te iam dictum Berengarium episcopum per Deum et hec sancta.

159

1088, octubre, 15

El bisbe Berenguer de Girona cedeix a la canònica de la seva seu totes les possessions episcopals situades a Celrà i en rep d'altres situades a la Bisbal.

Cart., pp. 195a-196b. O.: ACG Roura, núm. 104. Reg.: B 153.

Arxiu Diocesà de Girona ©

Quoniam summopere condecet omnem fidelem christianum Dei ecclesiam transitoriis rebus augmentare et eam suarum rerum heredem efficere, idcirco ego Berengarius, sancte sedis Gerundensis episcopus, tocius Gerundensis cleri consensu et auctoritate suffultus, trado et concedo canonice sancte Dei genitricis Marie Gerundensis sedis ecclesiam Sancti Felicis de Celrano cum omnibus decimis et primitiis et sacrariis et alodiis cunctis et oblationibus fidelium et laxationibus defunctorum et cum uniuersis queque dici uel nominari possint ad eandem ecclesiam pertinentibus, eo tenore ut ab hodierno die et tempore eadem ecclesia cum prefatis omnibus iugiter maneat in dominio Gerundensis canonice cuius alodium probatur existere et fratres in eadem canonica degentes Deo et beate Marie famulantes exppendant pensionem iam dicte ecclesie in seruitio gloriosissime uirginis ac Dei genitricis Marie. Est autem sita prelibata ecclesia in comitatu Gerundensi, ad aquilonarem partem Gerundensis urbis, in uilla Celranum antiquitus uocitata, fundata in hono[p. 195b]re Sancti Felicis, martiris Christi. Quam ecclesiam cum omnibus terminis et affrontationibus suis sicut ullo umquam tempore melius et habundantius eidem ecclesie referuntur fuisse, et cum omnibus eidem quocumque modo pertinentibus siue cum omnibus alodiis, terris scilicet et uineis, cultis et incultis, mansis et hedificiis que beata Dei genitrix uirgo semper Maria habet et habere debet in omni uilla Celrani et in eius terminis et ego prelibatus pontifex habeo et teneo et homines per me, atque cum omnibus feuis quos milites eiusdem uille tenent per manum meam in eadem parrochia, omnia ex toto et absque ullo retentu, episcopali auctoritate fretus, concedo et trado prefate canonice, et de mea potestate in eius dominium et ius transfero, pono atque mitto, ita ut nullo umquam tempore ab eadem canonica prefata omnia uel aliquid eorum diuellantur uel auferantur, sed semper in dominio eiusdem canonice habeantur et teneantur. Insuper ego Berengarius sancte Gerundensis ecclesie episcopus, auctoritate omnipotentis Dei Patris et Filii et Spiritus Sancti et beatorum apostolorum Petri et Pauli et Gerundensis ecclesie et mea, interdico et interdicendo excomunico atque excomunicans sub anathematis uinculo pono ut nemo episcoporum uel clericorum [p. 196a] neque aliqua cuiuslibet dignitatis ac potestatis persona presumant eandem ecclesiam cum omnibus sibi pertinentibus a canonica sancte Gerundensis ecclesie auferre uel quoquo modo alienare, sed semper sit dominium eiusdem canonice et fratrum inibi Deo famulantium. Accepi tamen ab eadem canonica ego predictus pontifex quedam predia mihi et meis successoribus habenda et possidenda, constituta in uilla que dicitur Fontadeta, scilicet in Sancta Maria Episcopalis parrochia, cum terris et uineis cultis et incultis et mansis atque aliis hedificiis, que cum essent alodia eiusdem cannonice accepi hec ab ea, uoluntate clericorum et permissione. Quam donationem nec mihi nec alicui successorum meorum liceat effringere, sed ita maneat inconuulsa omni tempore. Quam si quis uoluerit irrumpere in triplo cogatur componere cum omni suo profectu et augmentatione.

Acta scriptura huius donationis anno Incarnationis domini nostri Ihesu Christi .LXXXVIII. pot millesimum, indicione .XI., anno .XXVIIII. regni regis Philippi, idus octobris.

+Berengarius Gerundensis episcopus. + Berengarius archileuita. +Poncius presbiter. Petrus Poncii archidiaconus +Rai[p. 186b]mundus Umberti archileuita. +Raimundus Mironis sacrista. +Iulianus presbiter. +Bernardus caput scole. +Raimundus Guilielmi clericus. Scripsit et hoc posuit sig+num leuita Iohannes. Petrus in hos sig+num scripsit super omnia dignum. Scripsit et Arnallus componere carmina doctus. Confirmat laudans + Guilielmus et ista sacerdos. Hos sequitur Petrus + properans subscribere letus. Teste Berengario maneat hec tempore cuncto. Ista Berengarius laudat coraula secundus. Berengarius Dei gratia Gerundensis ecclesie episcopus qui tercius post hunc Berengarium Gerundensi ecclesie

Arxiu Diocesà de Girona ©

presum, hoc donum laudo et confirmo.
Poncius clericus qui hanc scripturam donationis scripsi die et anno (s. man.) quo supra.

160

1089, setembre, 22

Publicació del testament de Dalmau Vidal, que disposa de béns situats a Medinyà, Sant Julià de Ramis, Cervià i altres llocs.

Cart., pp. 276a-277a. Reg.: B 155.

Hee sunt conditiones sacramentorum facte ordinante Bernardi Guifredi iudice, coram sacerdotibus Iuliano et Guilielmo Arnusti in presentia Gaucberti et Martini laicorum et Petri Audegarii et Petri Bernardi clericorum et aliorum hominum. Testificati sunt testes hiis nominibus, hii sunt Arnallus Guilielmi et Raimundus Cog. Nos prelibati testes unum dantes testimonium iuramus in Deum et super altare Sancte Anastasie quod situm est in ecclesia Sancte Marie sedis Gerunda, quia nos uidimus et audiuimus et presentes eramus quando quondam Dalmatius Uitalis, iacens in domo Iuliani clerici, detentus ab egritudine qua obiit, dum adhuc esset in sua plena memoria et loquela ordinauit suam extremam uoluntatem et ordinationem suarum rerum per suum firmum testamentum, per quod constituit ut essent sui helemosinarii et manumissores, hii sunt Bernardus iudex et capud scole et Raimundus Mironis sacrista, quibus iniunxit distribuere omnia que habebat per ordinationem prefati testamenti sicut hic scriptum est. Primum dimisit ad canonicam Sancte Marie sedis Gerunde ipsum suum alodium quod habebat in parrochia Sancti Saturnini de Midiniano et in parrochia Sancti Iuliani [p. 276b] in in parrochia Sancti Genesii de Ceruiano, scilicet mansos et domos cum terris ac uineis, cultis et heremis, cum arboribus fructuosis et infructuosis et terciam partem ipsius molendini quod uocatur Bez cum caput aquis et subtus aquis et cum ipso munar ubique mutetur et resclosis et cum omnibus ad hunc molendinum pertinentibus usus, et dimisit prescripte Genitricis Marie et eiusdem canonice ipsum suum alodium quod habebat in parrochia Sancti Stephani de Uilla Albini, in loco uocitato Pug Regal, et in aliis locis infra iam dictam parrochiam ipsam suam porcionem quam ibi habebat et habere debebat, et dimisit predicte Sancte Marie et eidem canonice in parrochia Sancti Aciscli de Ualorc, in loco uocato Batigiis ipsam suam porcionem quam ibi habebat cum ipsis mansis, cum siluis atque garricis, cum uineis, arboribus et cum ipso molino et munaribus, cum regis et cum omnibus pertinentiis que ad predicta alodia pertinent. Et dimisit nepotibus suis Petro Guilielmi et Berengario Siluii ipsas domos quas habebat in Midiniano in alodio Sancti Saturnini. Et dimisit Sancte Marie prelibate suum psalterium et dirnisit Sancto Saturnino alium psalterium. Et dimisit Petro Bernardi tinam unam et uexel cum ipso uino, dimisitque Petro Soniarii pelles suas, et dimisit Iuliano clerico capam suam, dimisitque Sendredo Isarni superpellicium suum, et [p. 277a] dirnisit Guilielo Bernardi pelliciam suam, et alias res que remanserunt dimisit pro anima sua. Fuit factum prescriptum testamentum .VI. kalendas maii anno .XXVIIII. regni Philippi regis. Firmatum fuit a supradicto conditore manu propria et a reliquis firmatoribus scilicet Raimundo Quoqui et Arnallo Guilielmi et Arnalle uetule et Bernardo Guilielmi et Berengario et Eollo (sic) Albis. Scriptor Poncius. Nos supradicti testes testificamus et iuramus in Deum et in supradicto iuramento quia sicut superius scriptum est, ita a supranominato testatore Dalmacio

Arxiu Diocesà de Girona ©

ordinatum est et firmatum, nobis uidentibus et audientibus per extremam uoluntatem suarum rerum.
Late conditiones .X. kalendas octobris anno .XXX. regni Philippi regis, infra primos .VI. menses post obitum predicti testatoris.
Sig+num Arnalli Guilielmi, sig+num Raimundi Coqui, qui supradictum testamentum dedimus et iurando firmauimus. Sig+num Gauceberti. Sig+num Martini. +Iulianus presbiter. Dagobertus presbiter. Guilielmus presbiter. Petrus Ollegarii leuita. +Bernardus iudex et caput scole.
Poncius clericus qui has conditiones rogatus scripsit die et anno (s. man.) quo supra.

161

(post 1089)

Els canonges de la seu estableixen en violari a Guillem Silvi i Berenguer, germans, l'alou que havia estat del seu oncle, Dalmau Vidal, situat a Medinyà, a cens de quatre porcs canonicals

Cart., p. 274a. Reg.: B 383.

In Christi nomine, nos canonici Gerundensis ecclesie donamus uobis Guilielmi Siluii et Berengario fratribus totum illud alodium quod fuit Dalmatii Uitalis clerici auunculi uestri, sicut ipse dimisit nostre canonice in suo testamento, eo tenore ut habeatis et teneatis illud tantum in uestra uita ad fidelitatem sancte Marie it nichil impediatis ibi et donetis inde annuatim in festiuitate Sancti Micahel porcos .IIII. canonicales pro censu canonice nostre; post obitum uero uestrum reuertatur solide ac libere totum prefatum alodium in ius et dominium prefate canonice sine ulla diminutione.
Acta donatione (sic).
(s. man.) Petrus Guilielmi presbiter, qui hoc rogatus scripsi die annoque prefixo.

162

1090, gener, 27

Testament de Guillem Domènec, que disposa de béns situats a Parets en diversos violaris, i, finits aquests, a favor de la canònica de la seu.

Cart., pp. 309b-310b. Reg.: B 154, que data de 1089.

In nomine sancte et indiuidue Trinitatis. Ego Uilielmus Domenec cupio pergere in seruitio Dei [p. 310a] omnipotentis uel ad eius sepulcrum et pauesco penas inferni et desidero uidere regnum Dei, et propter hoc facio istum testamentum, ut si mihi mors aduenerit omnia que per meis uerbis mando stabilitatem habeant, et aduoco meos amicos ut fuissent mei helemosinarii, idest Arnallus Isarni et Uuilielmus Arnalli et Guilielmus Guifredi et Neuia femina, ut isti post obitum meum licentiam habeant distribuere omnia bona mea mobilia et immobilia in sanctis Dei ecclesiis, in sacerdotibus, in pauperibus uel ubi uoluntas est. In primis dimitto domino Deo et Sancte Leocadie solidos .II. de dinarios et ad Letgars

Arxiu Diocesà de Girona ©

uxor mea et ad filios meos Iohanni et Petro dimitto parilio uno pronominato, una uacca et uno boue, et ad filios meos iam dictos dimitto omnes meos alodios et plantas et teneciones et acaptes quod ego habeo uel habere debeo in parrochia de Sancta Leucadia iam dicta de Parets in cunctisque locis ubi homo inuenire poterit per meum directum, et uexellum meum maiorem quem mihi dimisit pater meus dimitto ad filios meos iam dictos et in tali conuentu ut dum uixerit uxor mea sine uiro cum filiis suis teneat et possideat suprascripta omnia sine blandimento eorum aut de ullos homines uel feminas, et alium meum mobilem, uexellos et tinas et excrinias, semals et ferramentos et draps et oues et porcs remaneant ad uxor mea et ad meos infantes. [p. 310b] Nam ego Guilielmus suprascriptus in potestate dimitto et in in ballia et garda uxor mea et filios meos et omnia mea iam dicta de uos prephatos Arnald Isarn et Guilielmo filio suo et Neuia femina, ut bene faciatis et teneatis propter amorem Domini, et si unus de meis infantibus mortuus fuerit sine infante de legitimo coniugio, ad alterum remanebit, et post obitum illorum remaneat ad Guillielmum Arnalli cognato meo omnibus diebus uite sue; post obitum uero eius solide et libere deueniat in potestate Sancte Marie sedis Gerunde uel eius canonice.
Actum hoc testamentum .VI. kalendas februarii anno .XXX. regni Philippi regis.
Sig+num Guilielmi Domenec, qui hoc testamentum fieri iussi ett manu mea firmaui et testes firmare rogaui. Sig+num Arnal Isarn. Sig+num Uillelmus Guifredi. Sig+num Neuia femina. Sig+num Isarnus Reainardi (sic). Sig+num Adalbertus Adalberti.
Guilielmus Arnalli subdiachonus, qui istum testamentum rogatus scripsi et sub (s. man.) die et anno quo supra. ip. 311a]

163

(1072-1090)

Bernat, fill d'Ermessenda fa jurament de fidelitat al bisbe Berenguer Guifred, de Girona.

Cart., p. 229b. Ed.: MARQUÈS-CONSTANS, *Navata*, p. 213, que data de 1072-1090. Reg.: B 163.

De ista hora inantea ego Bernardus filius qui sum Ermesendis femine, fidelis ero ad te Berengarium episcopum Gerundensem filius qui fuit (sic) Helisabeth comitisse, de sua uita et de suo corpore et de suo honore quem hodie habet et inantea adquisierit et habuerit sine enganno et sine ullo malo ingenio, que no la li tolre no l.in tolre nec ego nec homo nec homines, femina uel feminas per meum ingenium nec per meum consilium. Et si est homo aut homines, femina uel femine qui ei tollat aut tollant suum honorem aut de suo honore quem hodie habet et inantea adquisierit, ego Bernardus adiutor l.en sere contra cunctos homines uel feminas sine enganno et sine ullo malo ingenio per quantas uices men commora et comoniment non en desuedare. Sicut superius scriptum est si o tenre et o atendre sine enganno.[p. 230a]

164

1093, març, 13

Guitart Pere i la seva mare Tedlen fan donació a la seu de Girona d'una casa situada al

Arxiu Diocesà de Girona ©

comtat de Besalú, a la vila de Parets, i d'una terra del mateix terme que havien pledejat amb la canònica.

Cart., pp. 304b-305b. O.: ACG Roura, núm. 110, que data de 1092. Reg.: B 156.

In nomine Domini, ego Guitardus Petri et mater mea Tedlen donatores sumus Deo et Sancte Marie sedis Gerunde eiusque canonice. Per hanc scripturam donationis nostre donamus uotiue et potentialiter ipsum sacrarium iam dicte canonice cum solo et superposito et omnibus sibi pertinentibus. Est autem hoc sacrarium in comitatu Bisullunensis et in uilla de Pareds, scilicet ad ipsam ecclesiam Sancte Leocadie. Aduenit nobis per uocem parentorum et laxationem et per qualescumque [p. 305] uoces. Afrontat autem a parte orientis et a parte meridiei in terra Guilielmi Radulfi, ab occidente in alodio Sancte Marie iam dicte, ab aquilone in terra Sancti Petri. Et in alio loco dono, diffinio atque laxo et trado ipsam terram quam querelabam iam dicte canonice, cultam et heremam cum omnibus suis affrontationibus, que est in ipsa Serra super iam dictam uillam de Paretz. Sicut habentur et continentur iam dicta omnia inter omnes suas affrontationes, sic donamus et diffinimus iam dicte canonice ad suum proprium et franchum alodium, totum ab integro, cum exiis et regressiis suis sine ullo retentu propter redirectionem quam ego iam dictus Guitardus facio prephate canonice de ecclesia Sancte Leocadie, quam adiutus sum uiolare. Que omnia de nostra poitestate in ius et dominium tradimus iam dicte cannonice ad suam uoluntatem facere. Quod si utriusque sexus homo contra hanc donationem et diffinitionem uenerit ad irrumpendum, non ualeat uendicare quod requisierit, sed componat iam dicte canonice prefata omnia cum sua melioratione.
Acta scriptura donationis .III. idus marcii anno .XXXIII. regni Philippi regis.
Sig+num Guitardi, sig+num Tedlendis, qui hanc donationem atque diffinitionem fecimus, firmauimus firmarique rogauimus. Sig+num Berengarii [p. 305b] Raimundi. Sig+num Arnalli Bernardi. (s. m.an.) Raimundus Guilielmi, clericus et sacrista. +Petrus+. (s. man.) Arnallus Guilielmi, clericus.
Arnallus leuita qui hoc scripsit die et anno quo supra.

165

1093, agost, 31

Bofill ¡ Sicardis, esposos, venen a Logmar i Lodisenna, també esposos, cases ¡ terres situades al comtat de Girona, a la parròquia de Sant Esteve de Maçanes, indret de Pedrós, pel preu de 2 sous de plata de Girona.

Cart., pp. 214b-215b. Reg.: B 158.

In nomine Domini, ego Bonifilius et uxor mea Siccards uenditores sumus tibi Logmar et uxori tue Lodisenna emptores. Per hanc scripturam uenditionis [p. 215a] uendo uobis casas cum solis, suprapositis, terras cultas uel heremas, cum arboribus de multis generis cum oliuarios, et sunt hec omnia in comitatu Gerundense, in parrochia Sancti Stephani de Macanes in locum quod dicitur Pedros. Aduenit nobis per uocem comparationis aut per qualescumque uoces. Affrontant hec omnia de parte orientis in flumine Tordaria, de meridie in rio de Mars, de uero circi in rio de Molet et de occiduo in Eschirol. Quantum

Arxiu Diocesà de Girona ©

infra istas quatuor affrontationes includunt uel isti termini ambiunt, sic uendo uobis totum ab integrum cum exiis uel regressiis earum sicut ego et uxor mea habeo uel habere debeo, inpropter precium solidos .II. de plata Ierundense et nichil non remansit de ipsum precium que manibus nostris accepimus. Que uero predicta omnia hec de nostro iure in uestro trado dominio et potestate ad faciendum que uolueris, exceptis ipsum censum qtii exire debet ad seniores, ad Bernard Ioffre et ad Reebald. Et si quis homo uel femina qui contra ista uenditione uenerit ad irrumpendum, non hoc ualeat sed componat in duplo cum omni sua melioratione [p. 215b] et inantea firma permaneat et inantea omni tempore (sic).
Actum est hoc .II. kalendas septembris anno .XXXIIII. regni Philippi regis.
Sig+num Bonifilii Fores Boch, sig+num Sicards, nos qui istam uenditionem fecimus et firmauimus et firmare rogamus. Sig+num Uiues Lotmar. Sig+num Raimundi Guilielmi. Sig+num Gerallot.
Deusde leuita qui hoc scripsit die et anno quo supra.

166

(ca. 1093)

Bernat fill d'Em promet fidelitat al bisbe Berenguer Guifred, de Girona, pel castell de Navata.

Cart., p. 229ab. Ed. Marquès-CONSTANS, *Navata*, p. 211, que data de 1054-1072. Reg.: B 161.

Iuro ego Bernardus, filius qui fui Em femine, tibi Berengari episcope filius qui fuisti Helizabeth comitisse, quia de ista hora inantea fidelis ero tibi de tua uita et de tuo corpore et de omni tuo honore, et tuum honorem quem hodie habes et inantea adquisieris adiuuabo te ad tenere et habere et ad defendere sine tuo engan contra cunctos homines uel feminas qui tibi tollere uoluerint aut tulerint tuum honorem uel de tuo honore. Et ego non tollam a te tuum honorem aut de tuo honore aliquid me sciente. Et castellum atque ecclesiam Sancti Petri Nauate quod hodie ibi est uel in [p. 229b] antea fuerit et fortedam que est in circuitu ecclesie aut erit que pertinet aut pertinere debet predicte ecclesie no.t uedarem non ab forfet no sens forfait per omnes uices que tu Berengarius episcope me.n requisieris per te aud per tuum nuntium aut nuntios. Et potestatem tibi exinde dabo de suprascripta forteda sine tuo engan per quantas uices tu la me.n demandaras. Hec omnia superius scripta tenebo et adtendam tibi suprascripto Berengario ego Bernardus predictus per directam fidem sine tuo engan tibi et successoribus tuis.

167

(1090-1093)

Guillem, fill d'Adelaida, fa jurarnent de fidelitat al bisbe Berenguer de Girona.

Cart., p. 230a. Ed. MARQUÈS-CONSTANS, Navata p. 215, que data de 1090-1093. Reg.: B 162.

Iuro ego Guilielmus filius qui fui Adalaidis ad te Berengarium Gerundensem episcopum qui fuisti filius Elisabeth comitisse quod de ista hora inantea fidelis ero per directam fidem

Arxiu Diocesà de Girona ©

de uita tua et corpore et tuo omni honore sine fraude et ullo malo ingenio et ipsum honorem quem hodie habes uel habere debes uel in antea cum meo consilio adquisieris non illam (sic) tibi tollam neque aliud exinde tollam, nec ego nec homo nec homines, femina uel femine per meum consilium uel per meum ingenium. Et si est homo uel femina, homines uel femine qui tollant aut tulerint aut tollere uoluerint tibi suppradictum honorem, adiutor ero tibi ad tenere et habere et defendere hec omnia superius dicta contra cunctos homines uel feminas qui tibi tulerint aut tollere uoluerint hec omnia uel aliquid de hiis omnibus et ipsum adiutorium sine ullo malo ingenio tibi faciam per omnes uices que tibi fuerint necesse uel me exinde requisieris. Sicut superius scriptum est si o tenre et o atendre ego Guilielmus prescriptus ad te Berengarium prescriptum Gerundensem episcopum per directam fidem sine tuo enganno, per Deum et istos sanctos.

168

(abans de 1093)

Ponç Guillem, fill de la vescomtessa Ermessenda, jura fidelitat al bisbe Berenguer de Girona i li promet dret d'entrada als seus castells de Fonolleres i Kanian.

Cart., p. 238a. Ed.: NEGRE, dins AIEG IV (1949), pp. 112-113, ap. VII. Reg.: B 381.

Iuro ego Poncius Guilielmi filius qui sum Ermesendis uicecomitisse quia ab ista hora et deinceps fidelis ero tibi Berengario Gerundensi episcopo per directam fidem, sine ullo mal ingenio de tua uita et de tuo corpore et de tuo omni honore et ipsum honorem quem hodie habes uel deinceps adquisieris Deo dante, non tollam tibi uel aliquid ex ipso honore ego nec homo uel homines, femina uel femine per meum consilium uel per meum ingenium, sed adiutor ero tibi per directam fidem sine ullo tuo malo ingenio ad habere et tenere et deffendere omnem episcopatum Gerundensem cum suis pertinentiis et alium tuum honorem contra cunctos homines uel feminas qui tulerint aut tollere uoluerint tibi tuum honorem uel aliquid de tuo honore, et de ipsis castellis Fenullarias et Kanian dabo tibi et tuis hominibus per te intrare et exire et stare et guerreiare per quantas uices tibi fuerit necese contra cunctos homines et feminas qui tulerint aut tollere uoluerint tibi tuum honorem uel aliquid de tuo honore. Sicut scriptum est sic tenebo et adtendam ego iam dictus Poncius tibi Berengario Gerundensi episcopo per directam fidem sine ullo malo ingenio per Deum et hec sancta. [p. 238b]

169

(ca. 1093)

Ponç Guillem promet fidelitat al bisbe Berenguer de Girona.

Cart., p. 150a. Ed.: NEGRE, a AIEG 4 (1949) p. 110. Reg.: B 364.

Iuro ego Poncius Guilielmi quia ab ista hora et deinceps fidelis ero tibi Berengario Gerundensi episcopo de tua uita et corpore et de tuo omni honore quem habes uel deinceps habebis et ipsas fidantias et finem et sacramentum quod tibi feci per fidem sine tuo engan

Arxiu Diocesà de Girona ©

tenebo et adtendam Sancte Marie et tibi per Deum et hec sancta.

170

1094, abril, 2

Maria i el seu fill Bernat Arnost venen a Guillem Constant i Ermengarda, esposos, unes cases situades a la parròquia de Sant Feliu de Girona, al burg episcopal, pel preu de 60 sous de plata fina, amb reserva de cens per al bisbe.

Cart., pp. 331a-332a. Reg.: B 164.

In nomine Domini, ego Maria et filio meo Bernardus Arnusti uinditores [p. 331b] sumus Guilielmo Constantii et uxori sue Ermeniardis, emptores. Per hanc scripturam uenditionis nostre uendimus uobis ipsas nostras mansiones cum ipsos ortos et cum ipsos arbores et cabannarias qui sunt Ermomir Faber et de Petrus Rodeger et de uxor sua et de Gaucebert Cuirater et de Uidal Mir et de Bonus Homo et cum ipsos censos et cum ipsos seruitios et cum ipsos expletos qui inde exeunt, quod nos habemus et tenemus totum ab integrum de suprascriptis rebus, et est hec omnia in comitatu Gerundense, in parrochia Sancti Felicis Gerunde uel in burgo episcopale. Aduenit mihi Bernardus Arnust per ienitori meo uel per genitrice mea uel per qualescumque uoces, et ad me Maria per uiro meo Arnust uel per meum decimum. Afrontat hec omnia a parte orientis in terra de Sancta Maria et de uos emptores, de meridie in carrera publica, de occiduo similiter, de circii in medio alueo de Gallicantu. Quantum infra istas quatuor affrontationes includunt, sic uindimus uobis prefata omnia totum ab integrum cum exiis et regresiis earum propter precium solidos .LX. de plata fina et mera, et est manifestum. Que uero predicta omnia superius scripta de nostro iure in uestrum tradimus dominium et potestatem ad omnia facere quod uolueritis, exceptus denarios .V. monete Gerunde qui inde exire [p. 332a] debent per unumquemque annum ad episcopum Gerunde. Quod si nos uenditores aut ullus homo uel femina qui contra hanc scripturam uindicione uenerit ad irrumpendum, non hoc ualeat uendicare quod requirit, sed componat aut componamus uobis prescripta omnia in duplo.
Facta ista scriptura uendicione .IIII. nonas aprilis anno .XXXIIII. regni Philippi regis.
Sig+num Maria femina, sig+num Bernard Arnust, nos qui ista scriptura fieri fecimus, firmauimus firmarique rogauimus. Sig+num Raimundus Sperandeo. Sig+num Berengarius Guilielmi. Sig+num Andreas de Palad. Sig+num Bonus Homo. Sig+num Guilielmi Tresuer. Sig+num Amelii. +Guilielmus Amelii. Sig+num Raimundi Arnalli de Angles. Petrus Bernardi, leuita. +Bernardus gratia Dei Gerundensis episcopus. Sig+num Gaucberti de Castellione. Sig+num Arnallus Dalmacii.
(s. man.) Pontius leuita, qui hanc uindicionem rogatus scripsi die annoque prefixo.

171

1094, octubre, 22

Alba i els seus fills Bernat, Guillem, Gaubert i Pere es lliuren a la canònica de la seu i li fan donació d'una casa situada prop de l'església de Sant Vicenç de Viladesens.

Arxiu Diocesà de Girona ©

Cart., pp. 271b-272a. Reg.: B 165.

In Christi nomine ego Alba et filii mei, Bernardus uidelicet atque Guilielmus, Gauzbertus quoque et Petrus, damus nosmetipsos et omne nostrum alodium Deo et canonice Sancte Marie Gerundensis sedis in baiulia, uidelicet sacrarium unum apud ecclesiam Sancti Uincentii de Uilla Asinorum et omnem nostrum alodium quod habemus francum in omnibus locis. Tali quidem modo ut semper donemus exinde .I. par gallinarum canonice prefate sedi nos et omnes nostre posteritatis successores. [p. 272a] Si autem contigerit nos et filios nostros mori sine infante de legitimo coniugio, sint predicta omnia alaudium prenominate canonice ad faciendum exinde quodcumque uoluerit. Sunt enim predicta in comitatu Gerundensi et in parrochia Sancti Uincentii de Uilla Asinorum. Sicut superius scriptum est, sic tradimus nos et omne nostrum francum alodium omnesque per successiones nostras in baiuliam Omnipotenti Deo et prelibate canonice.
Actum est hoc .VIIII. kalendas nouembris anno .XXXV. regni Philippi regis.
Sig+num AIbe femine, sig+num Bernardi, sig+num Guilielmi, sig+num Gauceberti, sig+num Petri fratrum, qui hanc baiulie scripturam fieri iussimus et eam laudando propriis manibus sig+no puncti firmauimus et testibus subscriptis firmari rogauimus. Sig+num Stephani. Sig+num Guilielmi.
Arnallus dignum subscribens denique signum + fecit hoc die annoque prefixo.

172

1096, març, 19

Ramon Bonpar fa donació a la seu de tot l'alou que té a Fellines, a condició que mai sigui donat en feu.

Cart., p. 270ab. Reg.: B 166.

In Christi nomine ego Raimundus Bonuspar dono solide et libere Deo et canonice Sancte Marie Gerundensis ecclesie omnem meum alodium quod habeo uel habere debeo in Felines cum omnibus eidem alodio pertinentibus propter remedium anime mee, tali quoque modo ut omni tempore sit ius et dominium prefate canonice. Si autem, quod absit, in potestatem alterius deueniret uel assensu episcopi uel dono clericorum, reuertatur predictum alodium in potestatem propinquorum meorum. Est autem prelibatum alodium in comitatu Gerundensi, in parrochia Sancti Martini de Felines uel in eius terminis. Affrontat autem prephatum alodium a parte orientis a Uilla Asinorum, a meridie in Ceruiano, ab occidentali in Uilla Freder, a circi quoque in Funiulet. Quantum mei alodii hiis .IIII. affrontationibus includitur, sic dono prefate canonice libere et sine engan, sicut superius scriptum est, atque de meo iure in illius trado dominium et potestatem. Contra quam donationis scripturam et firmitatem neque ego neque aliquis mee proieniei insurgere habeam uel habeat potestatem. Quod si fecerit, non ualeat uendicare quod requisierit, sed componat in triplo prenominatum alodium et inantea hec scriptura donationis firma persistat. Aduenit autem mihi prenominatum alodium per successionem parentorum meorum et per firmissimas scripturas et uoces.
Acta est autem hec donationis scriptura .XIIII. kalendas aprilis anno .XXXVI. regni Philippi regis.

Arxiu Diocesà de Girona ©

Sig+num Raimundi Boniparis [p. 270b] qui hanc scripturam fieri iussi et testes firmare rogaui. Sig+num Arnalli Adalberti. Sig+num Berengarii Petri. Sig+num Berengarii Guilielmi. Sig+num Poncii Guilielmi. Sig+num Geralli Berengarii. Sig+num Petri Guilielmi.
Arnallus dignum supponens denique sig+num scripsit hoc die annoque prefixo.

173

1096, novembre, 2

Guillem Sunyer, clergue de la seu, Guillem Ramon, Adalbert Esteve, Sendred, Bernat Sendred, Maria, Arsenda i Maiasenda fan donació a la seu de Girona i a Sant Julià de Corts d'un alou situat a Corts, indret de Molar.

Cart., pp. 242b-243b. Ed. parcial: CONSTANS, núm. 110. Reg.: B 168.

Quia admodum oportet nos fideles christianos ecclesiam Dei augmentare eamque de suis rebus pro posse heredem efficere, eapropter nos Guilielmus Suniarii clericus Sancte Marie sedis Gerunde et Guilielmus Raimundi et Adalbertus Stephani et Sendredus et Bernardus Sendredi et Maria ac Arsendis atque Maiasendis que uocatur Pauca, per hanc scripturam nos utrique pariter donamus domino Deo et Sancte Marie sedis Gerunde necnon Sancto Iuliano martiri de Cortds illud alodium nostrum quod habemus in eadem parrochia, scilicet in comitatu Gerundensi, in loco nominato ipsum Molare. Affrontat autem prefatum alodium ab orientali parte in alodio Sancti Cucuphatis; de meridie in alodio de me Adalberto donatore et heredibus meis; de occidente in alodio Sancte Marie prelibate, quod tenet Bernardus Guilielmi, ab aquilone affrontat [p. 243a] in alodio quod tenet Bernardus Raimundi de Matha. Sicut concluditur et continetur prefatum alodium infra suas quatuor affrontationes nos iam dicti donatores uotiue et potentialiter tradimus atque donamus iam dictum alodium cum exitibus et regressibus suis domino Deo et Sancte Marie atque sancto Iuliano, de nostro iure et potestate in ius et dominium illorum prephatorum, ut ab hodierno die et tempore nec nos neque ullus alius nostri generis atque alter utriusque sexus homo possimus uel possint aliquid exigere, dominare, cogere, auferre atque inquietare aliquo modo uel ingenio, sed semper in perpetuum sit proprium alodium ac francum Sancte Marie atque Sancti Iuliani, ac de nostro iure et potestate in eorum dominium mittimus omnino. Quod si nos donatores aut ullus alius utriusque sexus homo contra hanc donationem ad irrumpendum uenerit, primum iram omnipotentis Dei atque Sancte Genitricis eius incurrat, et insuper cum sua melioratione in consimili loco eis componat, et postmodum hoc donum firmum obtineat robur.
Actum est hoc .IIII. nonas nouembris anno .XXXVII. regni Philippi regis,
Sig+num Guilielmi Raimundi, sig+num Adalberti, sig+num Sendredi, sig+num Bernardi, [p. 243b] sig+num Marie, sig+num Arsendis, sig+num Maiasendis, qui hanc donationem fecimus, firmauimus et firmare rogauimus. Sig+num Petri Guilielmi. Sig+num Berengarii Berengarii. Sig+num Poncii Berengarii.Guilielmus Soniarius clericus et leuita.
Petrus presbiter qui hanc donationem rogatus scripsi die et an(s. man.)no prefixo.

174

Arxiu Diocesà de Girona ©

1096, novembre, 2

Guillem Bernat de Cornellà i Bernat Ramon de Mata fan donació a Santa Maria de la seu de Girona i Sant Julià de Corts de la batllia que tenen en els béns que Adalbert Esteve havia donat a les esmentades esglésies.

Cart., pp. 241b-242b. Reg.: B 167.

Quoniam ualde oportet nos fideles christianos ecclesiam Dei augmentare eamque de suis utilitatibus pro posse heredem efficere, ideoque ego Guilielmus [p. 242a] Bernardi de Corneliano atque Bernardus Raimundi de Mata donatores atque diffinitores sumus domino Deo et Sancte Marie sedis Gerunde necnon Santo Iuliano de Corts ipsam baiuliam quam habemus in alodio de Adalberto et suis heredibus, quod ipsi dederant iamdictis sanctis. Per hanc scripturam donationis nos iam dicti donamus, diffinimus et tradimus atque laxamus uotiue et potentialiter iam dictam baiuliam in ius et dominium atque potestatem Sancte Marie et Sancto Iuliano, ita ut ab hodierno die et tempore nec nos neque ullus alius nostri generis atque alter utriusque sexus homo uel femine (sic) possimus uel possint aliquid exigere, dominare, auferre, lnquietare, cogere aliquo modo uel ingenio, sed semper in perpetuum deliberamus eam eis ut sit illorum perpetim propter remedium anime nostre et parentum nostrorum et ut Deus sit nobis propicius. Si quis contra hanc donationem uenerit ad irrumpendum, in triplo componat iamdictis sanctis in consimili loco et deinceps inconuulsa permaneat hec donatio.
Acta donatione .IIII. nonas nouembris anno .XXXVII. regni Philippi regis.
Sig+num Guilielmi Bernardi, sig+num Bernardi Raimundi, qui hanc donationem fecimus, firmauimus et firmare rogauimus. Sig+num [p. 242b] Petri Segarii. Sig+num Gaucefredi Guilielmi. Sig+num Petri Reamballi. Sig+num Petri Bernardi.
Petrus presbiter, qui hanc donationem, diffinitionem "ut Deus aiutor ecclesiam Sancti Iuliani cum suis clericis et parochiani uiderunt accomodare predictis alodiis et baiulias" scripsit die et anno (s. man.) prefixo et suprascriptis litteris ubi sunt.

175

1098, abril, 7

Pere Bernat i Adalbert Bernat, germans, de Vilamarí, fan donació a la canònica de la seu d'una quarterada de terra situada al comtat de Girona, al terme d'Orriols.

Cart., p. 267ab. Reg.: B 170.

In nomine Domini sit notum cunctis quia nos Petrus Bernardi et Adalbertus Bernardi fratres de Uilla Marin, donamus Deo et canonice Sancte Marie sedis Gerunde propter remedium animarum nostrarum et parentum nostrorum quarteradam .I. de terra quam habemus et tenemus ad proprietatem alodii nostri in comitatu Gerundensi in parrochia Sancti Genesii de [p. 267b] Urriols, que uero terra aduenit nobis per paternam atque maternam hereditatem. Affrontat autem predicta terra ab oriente in terra de nobis donatoribus, de meridie in terra Sesmundi Petri, ab occiduo in terra Raimundi Agalberti et Poncii fratris sui, a parte uero circii in terra eiusdem Raimundi Agalberti et Poncii fratrum. Sicut habetur et

Arxiu Diocesà de Girona ©

continetur predicta terra terminatur et ambitur ab hiis .IIII. affrontationibus, ita tradimus eam solide et libere in dominium et potestatem prefate canonice in manu uidelicet dompni Bernardi eiusdem sedis episcopi cum introitibus et exitibus ad se undique uenientibus necnon et cum omnibus prefate terre qualicumque modo pertinentibus. Igitur si quelibet persona contra presentem scripturam uenerit, non ualeat uendicare quod requisierit, sed componat ea in duplo et deinde omnibus diebus firma consistat.
Acta scriptura .VII. idus aprilis anno .XXXVIII. regni Philippi regis.
Sig+num Petri Bernardi, sig+num Adalberti Bernardi qui presentem scripturam fieri iussimus, firmauimus et testes eam firmare rogauimus. Sig+num Sesmundi Petri, Sig+num Petri Raimundi. Sig+num Guilielmi Isarni. Sig+num Raimundi Iuliani. Sig+num Petrus Bernardi leuita. +Raimundus sacrista. Raimundus leuita.
Petrus presbiter qui hanc scripturam rogatus scripsi die et an(s. man.)no quo supra.

176

1098, abril, 7

Flandina defineix a la canònica de la seu l'alou llegat a aquesta pel seu marit, Guillem Vidal, situat a la parròquia de Vilafreser.

Cart., pp, 270b-271a. Reg.: B 169.

In nomine Domini ego Flandina femina dono et diffinio atque laxo Deo et canonice Sancte Marie sedis Gerunde totum ipsum alodium quod habeo et teneo infra terminos parrochie Sancti Saturnini de Uilla Freder quod Guilielmus Uitalis sponsus meus mihi dimisit. Sicut habetur et continetur iam dictum totum alodium cum omnibus in se habentibus et sibi qualicumque modo pertinentibus, cum exitibus et regressibus et eius affrontationibus sic dono, diffinio et laxo Deo et canonice sancte sedis predicte, totum ab integro sine ulla reseruatione quam ibi non facio, propter Deum et remedium anime mee et parentorum meorum. Si quis contra hanc scripturam uenerit, non hoc ualeat uendicare quod requisierit, sed componat omnia in duplo et postmodum firma maneat hec scriptura omni tempore.
Acta scriptura .VII. idus aprilis anno .XXXVIII. regni Philippi regis.
Sig+num Flandine, que hanc donationem, definitionem et laxationem feci, firmaui et testes firmare rogaui. Sig+nurr Bernardi Raimundi. Sig+num Raimundi Bernard. Sig+num Bernardi Raimundi. Sig+num Raimundi Bernard. Sig+num Guilielmi Arnalli [p 271a]
Arnallus leuita, qui hoc rogatus scripsit die et anno quo supra

177

1098, juny, 30

Oliver Guillem fa convinença amb el bisbe Bernat de Girona per a la defensa del castell de la Bisbal.

Cart., pp. 233b-234b. Reg.: B 171.

Hec est conuenientia quam facit Oliuer Guilielmi Bernardo Gerundensi episcopo. Conuenit

Arxiu Diocesà de Girona©

namque iam dictus Oliuer prefato episcopo ut sit ei fidelis omnibus diebus uite sue et adiuuet eum per directam fldem sine engan tenere et habere et deffendere omnem honorem quem hodie habet uel deinceps Deo dante habebit contra cunctos homines uel feminas qui tulerint aut tollere uoluerint ei aliquid de suo honore. Et item conuenit ei iam dictus Oliuer ut stet in uilla que appellatur Sancta Maria Episcopalis cum sua masnada omnibus diebus uite sue per unumquemque annum .VI. menses et gardet et def[p. 234a]fendat ei ipsum castellum et uillam contra cunctos homines uel feminas qui aliquid mali ibi facere uoluerint uel fecerint in iam dicto honore, Et propterea, ut hec omnia fideliter teneat et adtendat prefatus Oliuer iam dicto episcopo mittit ei in pignus omne feuum quem tenet per eum in iam dicta uilla uel honore Sancte Marie Episcopalis, tali modo ut si aliquid de supradictis conuenientiis ei infregerit uel aliquid malum ei fecerit, emendet infra primos .XXX. dies ei hoc quibus episcopus illi mandauerit per se aut per suos missos aut missum. Si uero hoc non fecerit iam dictus Oliuer iam dictum omne feuum quem per manum episcopi tenet iam dicti in predicta uilla uel honores Sancte Marie scilicet ipsum qui fuit patris sui et ipsum quem predictus episcopus modo ei dat, scilicet ipsum clausum cum domibus ubi Henricus faber habitat usque ad ipsum reg qui discurrit per mediam uillam et usque ad ipsam strada uel portel que exit de iam dicta uilla uel castel et pergit ubique. Hec omnia reuertantur in potestatem iam dicti episcopi solide et libere sine ullo retentu uel mala uoluntate iam dicti Oliuer.
Actum est hoc .II. kalendas iulii anno .XXXVIII. regni Philippi regis.
Sig+num Oliuarii Guilielmi. Sig+num Raimundi [p. 234b] Ugonis. Raimundus sacrista. +Berengarius leuita. Bernardus gratia Dei Gerundensis episcopus.

178

(1098)

Oliver, fill de Retrudis, fa homenatge al bisbe Bernat Humbert de Girona.

Cart., pp. 156ab. Reg.: B 372.

Iuro ego Oliuarius filiu s Retrudis femine quia ab isto die et deincebs fidelis ero tibi Bernardo Gerundensi episcopo de tua uita et corpore et de omni tuo honore quem hodie habes uel habere debes uel deinceps Deo dante habebis et ipsum honorem quem hodie habes uel deinceps Deo dante habebis non tollam tibi uel aliquid de supradicto honore nec ego nec homo nec homines, femina uel femine per meum consilium uel per meum ingenium, sed aiutor ero tibi tenere et habere et defendere omnia que habes [p. 156b] uel Deo dabte habebis per directam fidem sine tuo engan contra cunctos homines uel feminas qui tulerint aut tollere uoluerint tibi hec omnia uel aliquid ex his omnibus prescriptis. Sicut superius scriptum est, si o tenre et atendre ego Oliuarius ad te Bernardum Gerundensem episcopum, per Deum et hec sancta.

179

1099, març, 20

Bernat Adalbert defineix al seu germà Guillem Adalbert, clergue de Girona, l'església de

Arxiu Diocesà de Girona ©

Sant Pere de Navata i dos masos situats a Crespià.

Cart., pp. 227b-228b. Ed. MARQUÈS-CONSTANS *Navata*, pp. 216-217. Reg.: B 157, que data, per error, de 1093.

Hoc est placitum et conuenientia que facta est inter Guilielmum Bernardi Gerundensem clericum et Bernardum Adalberti fratrem eius. Dimittit, diffinit simul et euacuat iam dictus Bernardus predicto fratri suo Guilielmo ipsam ecclesiam de Nauata Sancti Petri cum omnibus primitiis et alodiis et uniuersis oblationibus tam uiuorum quam etiam defunctorum, insuper et omnem censum et receptum et seruitium clericorum et laicorum qui in alodio iam dicte ecclesie steterint uel tenuerint, cum exitibus atque regressibus et cum pascuis que condam homines habuerint qui iam dicto (sic) uel mansis steterunt. Hec omnia diffinit et euacuat iam dictus Bernardus prelibato fratri suo Guilielmo, exceptis decimis iam dicte ecclesie, quas idem Guilielmus sibi consentit habere. Dimittit etiam et in uilla Crispiani mansos duos cum illorum mansatis et tenedonibus et omnibus ad [p. 228a] se pertinentibus, unum quem laborat et incolit Raimundus Biarici, alterum Petrus Bernardi, cum seruitiis omnibus, fortiis, acaptis et usibus qui ex predictis mansis exire debent et assolent. Ita libere et solide deflnit et euacuat ei supradicta omnia ut cum uniuersis ad se pertinentibus, ut nec ipse per se aut aliquis per eum faciat ibi aliquam forciam uel acapte uel ullam exaccionem siue per pascua uel adempramentum uel per aliquam occasionem. Reliqua uero omnia que remanent de honore Gerundensis ecclesie habeat predictus Bernardus per iam dictum fratrem suum Guilielmum ad suum seruitium propter iam dictam diffinitionem quam ei facit. Si autem hec omnia uel aliquid ex his omnibus ei abstulerit uel infregerit ipse per se uel aliquis per eum, et infra .XXX. dies postquam commonitus ab eo fuerit uel a nuntio eius illi iuste non redirexerit .IIII. ei auri ualentiam pro sola presumptione persoluat et emendet et insuper iam dicte conuenientie firme et stabiles inter utrumque persistant.
Actum est hoc .XIII. kalendas aprilis anno .XXXVIIII. regni Philippi regis.
Sig+num Bernardi Adalberti. +Guilielmi Bernardi, qui hanc diffinitionem et euacuationem fecimus, firmauimus firmarique rogauimus. Sig+num Guilielmi Girberti. Sig+num Petri Otonis. Sig+num Guilielmi Raimundi. Sig+num Raimundi Arnalli. Sig+num Dalmacii Raimundi. Sig+num Raimundi [p. 228b] Bonpar. (s. man.) Berengarius leuita ss. +Bernardi prioris. Sig+num Arnalli Bernardi leuite. Sig+num Ermengaudi leuite. Sig+num Guilielmi cognomento Muleti.
+Raimundus leuita, qui hoc rogatus scripsit die annoque prefixo.

180

1099, setembre, 25

Testament de Pere Blidguer, que llega a la seu alous situats a Monells, Orriols, Llampaies i Sant Feliu de Celrà.

Cart., pp. 275a-276a. Reg.: B 175.

Quia nullus in carne positus mortem euadere potest, idcirco in Dei nomine ego Petrus Bligarii uoluntate (sic) omnium rerum mearum mobilium et immobilium, ut donnus

Arxiu Diocesà de Girona ©

Berengarius Gerundensis episcopus et Arnallus frater meus et Bernardus Mironis et Raimundus frater eius, quos mitto manumissores ut distribuant postmeum obitum quemadmodum hic inuenerint scriptum. In primis dimitto corpus meum ad sepeliendum apud ecclesiam Sancti Felicis de Celrano cum quarta parte tocius mei mobilis infra predictam [p. 275b] ecclesiam Sancti Felicis et eius clericos, exceptis quibusdam rebus quas inferius testauero; aliam quartam partem dimitto fratri meo Arnallo, alteram canonice Sancte Marie, alteram concedo ad opera Sancti Sepulcri Gerunde, et dimitto donno episcopo meam mulam cum inselamento. Et dimitto predicte canonice Sancte Marie omne meum alodium quod habeo in cunctis locis, scilicet in Monell et in Orriols et in Lampadias, cum parilio boum et cum ipso aper (sic) et tonnam maiorem de Celrano, cum uino quod in ea est et .V. solidos plate quos mihi debet Petrus Baptizati. Et alios .V. solidos plate quos ipse idem Petrus mihi debet dimitto ad predicta opera Sancti Sepuïlcri. Et dimitto Arnallum nepotem meum in potestate Berengarii Uitalis ut ipse erudiat eum cum planta molendini quod habeo apud ipsam Rocham et cum alodio quod ei euenit per paternam uocem; et dimitto Bernardo Mironis et Raimundo fratri eius meliorem uexellum quod habeo in Celrano cum uino quod in ea est; et dimitto Hugoni Bernardo et uxori eius .I. uexellum in quo non habeat uinum; et dimitto ad Muiulum nepotem meum sextarios .X. ordei quos habeo in ciga que est in manso de Rimeon, et precipio manumissoribus ut accipiant causimentum de Berengario Uital et paccent eum de meo; et dimitto Poncio clerico pro suo debito plantam uinee quam habeo super Sanctum Felicem ad ipsos Uiners et capam meliorem et caligas; alteram uero cappam, Berengario clerico; ad Petrum Guilielmi clericum, tunicam .I.; cetera omnia que remanent, pro anima mea.
Acto testamento .VII. kalendas octobris anno .XLI. regni Philippi [p. 276a].
Sig+num Petri Bligarii qui propter magnitudinem infirmitatis qua detineor nomen meum solito more scribere non ualeo, sed signo puncti confirmo. Sig+num Hugonis Bernardi. Sig+num Arnalli Andree. Sig+num Guilielmi Gauberti. Berengario Berengari. (s. man.) Petrus presbiter. (s. man.) Bernardus leuita. Bernardus presbiter.

181

1100, abril, 23

El comte Ramon Berenguer defineix, en mans del bisbe Bemat de Girona, les possessions de la seu de Girona.

Cart., p. 47a. Ed.: MH ap. 328, col. 1223. Reg.: B 172.

In Dei eterni nomine. Ego Raimundus Berengarii, gratia Dei Barchinonensis comes et marchio dimitto, diffinio atque euacuo omnipotenti Deo et beate Marie in manu domini Bernardi Gerundensis ecclesie episcopi ut ab hodierno die et deinceps non aliquid queram in omni honore quem prelibata ecclesia habet apud Gerundam, tam extra muros quam infra, neque per hostem neque per usum neque per malam presionem. Sicut superius scriptum est sic diffinio atque dono sine engan prefate Gerundensi ecclesie et Bernardo eiusdem ecclesie episcopo et omnibus successoribus eius ut neque ego neque quislibet successorum meorum qualicumque occasione uel temeritate ualeam uel ualeat presumptuose infringere, sed semper inuiolabiliter hec diffinicio conseruetur.
Actum est hoc .VIII. kalendas maii anno .XL. regni Philippi regis

Arxiu Diocesà de Girona ©

Sig+num Raimundi comes. Sig+num Guillelmi Raimundi. Sig+num Raimundi Raimundi. Sig+num Raimundi Geralli.
+Arnallus leuita, qui hoc rogatus scripsi die et anno quo supra. [p. 47b]

182

1100, maig, 3

Ameli defineix a Guillem Constant els drets sobre l'hort que havia estat d'Amust, situat a Girona, a la riba del Galligants, per una lliura de plata.

Cart., pp. 332a-333a. Reg.: B 173.

Sit notum cunctis presentibus atque futuris quoniam ego Amelius per presentem mee diffinitionis et euacuationis scripturam sponte mea [p. 332b] diffinio et euacuo tibi Guilielme Constantii atque in manu tua refuto omnes uoces, rectitudines et auctoritates quas qualicumque modo habeo uel habere debeo in orto illo qui fuit condam Arnusti et in domibus que ibi sunt aut erunt, siue in ipso pagesil siue in ipso senioril, siue in omnibus ad predictas res qualicumque modo pertinentibus, que sunt in burgo sancti Felicis Gerunde, super ripam riuuli Gallicantus. Suprascripta omnia cum uniuersis ad se pertinentibus hac scriptura indice diffinio et euacuo ego Amelius iamdictus tibi prefate Guilielme atque in manu tua refuto ad integrum sine ullo retentu, ea conditione ut ab hodierno die et deinceps neque mihi neque alicui persone per meam uocem, successionem et auctoritatem sit licitum querelare uel requirere quicquam in iamdictis omnibus siue in aliquo iam dictorum omnium, sed extinctis super hoc omnibus meis uocibus et auctoritatibus, libertatem habeas faciendi ex iam dictis omnibus quodcumque uolueris. Accipio autem a te super hoc negocio libram unam argenti. Si autem in crastinum aliqua persona contra hanc diffinitionem, euacuationem atque refutationem quoquo modo uenire presumpserit, nichil penitus proficiat, sed pro sola presumptione iam dicta omnia tibi in triplum cum sua melioratione componat hac diffinitione firmissime persistente. [p. 333a]
Acta .v. nonas maii anno .xl. regni Philippi regis, in coro Sancte Marie sedis Gerunde in presentia dompni Bernardi, Dei gratia Gerundensis episcopi et Bernardi capitis scolarum et Petri Bernardi et Bernardi Raimundi et Iohannis Raimundi clericorum, et laicorum Bernardi et Raimundi fratrum, et Gauberti de Castellione et Mironis Arluini et Raimundi Arnalli de Angles et Raimundi Udalardi et Guilielmi Artalli et Guilielmi Trassoarii et aliorum multorum hominum.
Sig+num Amelii qui hanc diffinitionis et euacuatinis scripturam fieri iussi, firmaui firmarique rogaui. Sig+num Gauceberti de Castellione. Sig+num Carbonelli. Sig+num Martini. Sig+num Guilielmi Trassoarii. Sig+num Bernardi de Cistella. Sig+num Mironis Arluini. Sig+num Arnalli Raimundi. +Petrus Bernardi leuita.
Scripsit et hoc posuit sig+num leuita Iohannes.

183

1100, maig, 28

Publicació jurada del testament de Pere Blidguer, clergue de Celrà.

Arxiu Diocesà de Girona ©

Cart., pp. 199a-200b. Reg.: B 174.

Hee sunt conditiones sacramentorum facte et ordinate a Petro Bernardi iudice coram sacerdote Petro Vitali in presentia [p. 199b] Petri monachi et Petri Uulradi et aliorum hominum. Testificati sunt testes nominibus uocitati scilicet Ugo Bernardi et Bernardus Raimundi. Nos prelibati testes unum dantes testimonium iuramus in Deum et super altare Sancti Iohannis qui est situm in ecclesia Sancti Felicis de Celrano quia nos uidimus et audiuimus et presentes ibi eramus quando condam Petrus Bligarii clericus, iacens in domo sua que est in Celrano detentus ab egritudine qua obiit, dum adhuc esset in sua plena memoria ac loquela ordinauit suam extremam uoluntatem et ordinationem suarum rerum per suum firmum testamentum, per quos constituit ut essent sui helemosinarii et manumissores, hii sunt Bernardus Gerundensis episcopus et Arnallus frater suus et Bernardus Mironis et Raimundus fratres, quibus iniuncxit distribuere omnia que habebat per ordinationem prefati testamenti sicut hic scriptum est. Primum dimisit corpus suum sepeliendum apud ecclesiam Sancti Felicis de Celrano cum quarta parte tocius sui mobilis infra predictam ecclesiam et eius clericos, exceptis quibusdam rebus quas inferius testauit. Aliam quartam partem dimisit Arnallo fratri suo, alteram canonice Sancte Marie, alteram concessit ad opera Sancti Sepulcri Gerunde. Et dimisit dompno episcopo suam mulam cum inselamento, et dimisit predicte canonice Sancte Marie omne suum alodium quod habebat [p. 200a] in cunctis locis, scilicet in Monels et in Uriols et in Lampadies cum parilio boum et cum ipso aper et tonna maiore de Celrano cum uino quod in ea erat, .V. solidos plate quos debebat ei Petrus Bateiat et alios .V. solidos quos idem ei debebat. Plurima uero alia dimisit ecclesiis et parentibus suis et pro anima sua. Actum testamentum kalendis octobris anno .XL. regni Philippi regis, firmatum a supradicto testatore et a Petro Bernardi et Arnallo Andree et Guilielmo Gauberti necnon et Berengario presbitero siue Bernardo priore. Scriptor Bernardus leuita. Nos supradicti testes testificamus et iuramus in Deum et in supradicto iuramento quia sicut superius scriptum est, ita a supranominato testatore Petro ordinatum est et firmatum, nobis uidentibus et audientibus per extremam uoluntatem suarum rerum. Insuper uidimus publicari et legi iam dictum testamentum ante ostium prefate ecclesie Sancti Felicis de Celrano in presentia Bernardi episcopi et Raimundi abbatis et ceterorum hominum infra .vi. menses post obitum predicti testatoris.
Late conditiones .V. kalendas iunii anno .XL. regni Philippi regis.
Sig+num Ugonis Bernardi (s. man.) Bernardus leuita. (s. man.) Petrus presbiter. Sig+num Poncii monachi. Sig+num Petri Ulradi.
Arnallus [p. 200b] Ieuita, qui has conditiones rogatus scripsi et ss die annoque prefixo.

184

1100, novembre, 28

Gaufred, fill d'Ermengarda, fa jurament de fidelitat al seu germà Bemat.

Cart., p. 235ab. Reg.: B 176.

Iuro ego Gaucefredus, filius qui fui Ermengardis femine tibi Bernardo fratri meo, filio qui fuisti eiusdem Ermengardis femine quod ab hac hora et deinceps per rectam fidem sine

Arxiu Diocesà de Girona ©

engan fidelis ero tibi de tua uita et de tuo corpore et de omnibus membris que in tuo corpore se tenent et de omnibus que modo habes et in ante cum meo consilio acquisiturus es, sicut fidelis homo debet esse suo meliori seniori, et umquam aliquo modo [p. 235b] non deffidabo te, et omnia dona uel Iaxationes et diffinitiones atque euacuationes quas scriptas laudaui, firmaui atque in manu tua tradidi, sine engan tenebo et adtendam tibi sicut scripte sunt. Et si homo uel femina, homines uel femine sunt aut fuerint qui tollant aut uelint tollere tibi tuum honorem quem modo habes et inantea cum meo consilio adquisiturus es uel aliquid de ipso honore uel de pertinentibus ad eum, fidelis adiutor ero tibi ad tenere, deffendere, guerreiare et placitari tibi per rectam fidem sine engann. Sicut superius scriptum est tenebo et adtendam tibi per rectam fidem sine tuo engan per Deum et hec sancta.
Actum est hoc .IIII. kalendis decembris anno .XLI. regno Philippi regis, in presentia Bernardi capitis scole et Petri Bernardi de Saltu et Bernardi Raimundi de Girundella et Berengarii Bernardi de Saltu et Oliuarii Guilielmi et Bernardi Richardi et Raimundi Berengarii et Raimundi Rodballi et Alamanni et Berengarii Bernardi et Pontii Ugonis et Geralli Unnella et Petri Gaucberti et Guilielmi Raimundi et aliorum multorum hominum qui ibi aderant. [p. 236a]

185

1101, juny, 16

Ramon Olomar i la seva esposa Belleta, amb els seus fills Guillem Ramon i Bufa, venen a Guillem Olomar i Belissendis, esposos, i a Carbonell i Uliardis, esposos, un alou que tenen aI comtat de Girona, a les parròquies de la Bisbal i Sant Martí de Llaneres o Castell d'Empordà, junt amb una plantació de sàlics que tenen pel bisbe, pel preu de tres lliures i mitja de plata.

Cart., pp. 120b-121a. Reg.: B 177.

Sit notum cunctis presentibus atque futuris quoniam ego Raimundus Ullumari, cum uxore mea Belleta et filiomeo Guilielmo Raimundi et Bufa filia mea, uenditor sum uobis Guilielmo Ullumari uxorique tue Bellissen et Carbunello et uxori tue Ulliards. Per hanc scripturam uenditionis nostre uendimus uobis totum nostrum alodium quod habemus in comitatu Gerundensi, infra terminos parrochie Sancte Marie de Fontanet quam uocant Episcopalem et infra parrochiam Sancti Martini de Laneras. Sunt autem hec omnia alodia mansiones [p. 121a] case, casales, cortalia, orti, ortales, columbaria, campi, uinee, uineales, terre culte et inculte cum arboribus diuersi generis. Aduenit namque mihi prefato Raimundo Ullomari suprascripta omnia per inmeliorationem et per uocem parentum meorum siue per excambiacionem aut per qualescumque uoces, michi uero iam dicte Ballete (sic) per meum decimum et nobis prelibatis Guilielmo Raimundi et Bufa per paternam hereditatem. Sicut habentur et continentur iam dicta omnia cum omnibus que in se habent uel qualicumque modo pertinent, sic uendimus uobis omnia cum ipsa planta de ipsis salicibus quam habemus pro episcopo cum omni integritate pro tribus libris plate et media, quas manibus nostris accepimus et de isto precio apud nos emptores non remansit. Propterea de nostro iure in uestrum tradimus dominium et potestatem hec omnia, ad faciendum inibi et inde quodcumque uolueritis. Si autem in crastinum aliqua utriusque sexus persona contra

Arxiu Diocesà de Girona ©

presentem uenditionem ad inrumpendum uenerit, nichil penitus proficiat, sed pro sola presumptione duplam compositionem uobis persoluat cum omni inmelioratione, hac scriptura firmissime persistente.
Actum est hoc .XVI. [p. 121b] kalendas iulii anno .XLI. regni Philippi regis.
Sig+num Raimundi Ullumari, sig+num Ballete, sig+num Guilielmi Raimundi, sig+num Bufe qui pariter hanc cartam uenditionis fieri iussimus, firmauimus firmarique rogauimus.
Sig+num Guilielmi Gaucefredi. Sig+num Arnalli Gauecal. Sig+num Raimundi Segarii.
+Raimundus diachonus qui hoc rogatus scripsit die annoque prefixo.

186

1102, agost, 28

Adalgarda, vídua de Gaufred Bastò, defineix a l'església de Sant Feliu de Celrà certes cases que havien estat adquirides a Guillem Matfret.

Cart., pp. 215b-216b. Reg.: B 178.

Sit notum cunctis presentibus atque futuris quoniam ego Aldegardis femina, per preceptum et iussionem mariti mei quondam Gaucefredi Bastonis dimitto, diffinio et euacuo Deo et ecclesie Sancti Felicis de Celrano et Bernardo eiusdem ecclesie capellano illas domos quas comparauit iniuste predictus Gaucefredus uir meus cum trilia et oliuariis que sunt in circuitu iamdicte domus simul cum cum ipsa domo et orto que tenet Petrus Pelicer. Sicut habentur et continentur hec omnia cum omnibus illorum affrontationibus, cum exitibus et regressibus suis et cum omnibtis ad se qualicumque modo pertinentibus et quemadmodum predicttis Gaucefredus comparauit predicta omnia de Guilielmo Matfredi et idem Gaucefredus diffiniuit et euacuauit in uita [p. 216a] sua per scripturam, sic ego predicta Adelgardis diffinio et euacuo atque dimitto Deo et ecclesie Sancti Felicis de Celrano et Bernardo eiusdem ecclesie capellano, sicut idem Gaucefredus precepit mihi in extremis positus, per remissionem peccatorum nostrorum, nunc et in perpetuum per fidem rectam, sine engan. Accipio autem a te pro iam dicta diffinitione et euacuatione solidos .VII. plate ad pensum et .VII.modios de calz, quos quondam uir meus Gaucefredus debebat predicte ecclesie Sancti Felicis. Quod si ego aut aliquis mee posteritatis uel utriusque sexus persona contra hanc diffinitionem siue euacuationem uenerit pro irrumpendum, non ualeat uendicare quod requisierit, sed componat Deo et ecclesie Sancti Felicis et eius capellano supradicta omnia in duplo, et postmodum firma permaneat hec diffinitio.
Actum est hoc .V. kalendas septembris anno .XLIII. regni Philippi regis.
Sig+num Adalgardis que hanc deffinitionem feci, firmaui firmarique rogaui. Sig+num Berengarii Gaufredi. Sig+num Guilielmi Gaufredi. Sig+num Cogole. [p. 216b] +Raimundus Bisullunensis archileuita. Sig+num Bonefilii Guilielmi. Sig+num Arnalli Amati. Sig+num Dalmacii Raimundi. Sig+num Guilielmi Raimundi.
+ Arnallus leuita qui hoc rogatus scripsit die annoque prefixo.

187

1103, abril, 23

Arxiu Diocesà de Girona ©

Els parroquians de Sant Julià de Corts, havent construït una nova església i cementiri, on han reservat espai per bastir-hi cases, prenen la seu de Girona i el bisbe com a protectors de les mateixes cases i prometen satisfer cens anual d'una gallina.

Cart., p. 241ab. Ed.: CONSTANS, núm. 115. Reg.: B 179.

Sit notum cunctis presentibus et futuris quod in honore Dei et ecclesie alme eius Genitrici Gerundensium sedis, consentiente episcopo ceterorum seruorum Dei ibi famulantium, nos parrochiani Sancti Iuliani de Corzs construximus ecclesiam nouam in honore predicti Sancti Iuliani et dedimus ei suum cimiterium, in quo cimiterio facit unusquisque ex parrochianis suam perprisionem ad suum sacrarium ibi agendum. Et ut deffensores fidelissimos habeamus et habeant episcopo modo ibi presidente cum omni congre[p. 241b]gatione Sancte Marie et sue et ceteris succedentibus usque in finem seculi, ad saluandum ibi nostrum corpus et nostro auere seu successorum nostrorum, mitimus in baiulia de domino Deo et Sancte Marie et episcopo et canonicorum ibi manentium ipsos sacrarios cum omnia ibi habentia seu cum animabus et corporibus nostris, et donamus eidem canonice Sancte Marie unusquisque per suum sacrarium unam gallinam ad festiuitatem Sancti Michahel. Et nos clerus Gerundensium, per nos et successorum nostrorum hanc conuenientiam facimus uobis, ut fideles adiutores et defensores uobis ibi erimus de uestro corpore et uestro auere, et nullum alium censum uel uicium uobis ibimittamus uel requiramus preter id quod dictum est, neque ullus capellanus ibi existente permittamus facere, sed semper hec conueniencia maneat inter nos et uos et successorum nostrorum.
Actum est hoc .VIIII. kalendas maii anno .XLIII. regnante Phillipo rege.
Arnallus clericus. Raimundus prepositus. Arnallus leuita et succentor sss.
Giribertus qui hanc conuenientiam scripsi die et anno quo supra.

188

1104, gener, 7

Permuta que fan Pere Josbert i Maria, esposos, amb Joan, dit Mascardell, d'una casa i hort que tenen a la parròquia de Sant Feliu de Girona.

Cart., p. 41 ter. b. Reg.: B 511, que data de 1115.

Hoc est translatum quod ita incipit. In Christi nomine ego Petrus Iocberti et uxor mea Maria comutatores sumus tibi Ioannes que uocant Mascardeli. Per hanc scripturam scripturam comutamus tibi domo nostra cum casal et pecia .I. de orto quem habemus in alodium Sancte Marie uel in parrochia Sancti Felicis super Guilielmum Constancii. Aduenit nobis hec omnia per genitori meo uel per qualescumque uoces. Affrontat hec domus ex parte orientis in domo nostra et predicto orto, de meridie in ipsa carraria, ab occidente in domos Petri Rodgarii uel in suo orto, ex parte uero circii in ortos qui fuerunt Ermomiri fabri. Quantum inter istas affrontationes includitur sic uendimus tibi iamdicto, cum omne edificium qui ibi est et cum ipso orto, ut terminatum fuit, propter tue domos quod nobis comutas et propter .XIII. solidos plate, ut dones Guilielmus Constancii per unumquemque annum parilium .I. caponum. Quod si nos comutatores aut alius homo uel femina qui contra hanc scripturam

Arxiu Diocesà de Girona ©

uenerit ad irrumpendum, non hoc ualeat uendicare quod requirit, sed componat hec omnia in duplo cum sua immelioratione.
Factum est hoc .VI. idus ianuarii anno .XLIIII. regni Filipo regi.
Sig+num Petrus Gocberti, sig+num Marie, qui istam cartam fieri fecimus, firmauimus et firmare rogauimus. Sig+num Petrus Suniarii. Sig+num Oliba. Sig+num Remundi Oliba. Sig+num Berengarius. Sig+num Guilielmus Petri.
+ Raimundus presbiter qui hoc rogatus scripsi die anoque prefixo.

189

1104, febrer, 11

Guerau Alemany i Berenguer, germans, defineixen a la seu de Girona una possessió que el seu pare, Alemany Gaubert, tenia prop de l'església de Sant Feliu de Celrà.

Cart., pp. 220b-221a. Reg.: B 180.

Pateat hanc scripturam legentibus quod nos uidelicet Gerallus Alamanni et Berengarius fratres, diffinimus absque ulla retentione omnem illum honorem canonice Sancte Marie sedis quem pater noster Alamannus Gauzberti tenuit et habuit uiolenter et illicite et nos ipsi tenuimus apud ecclesiam Sancti Felicis de Celrano, scilicet campum et sacrariam que fuerunt Berengarii Soniofredi et illa sacraria que predictus pater noster adquisiuit ex Berengario episcopo. Hec omnia diffinimus Deo et prefate canonice solide et libere atque in potestate Bernardi episcopi in ius et dominium prephate canonice tradimus absque ullo retentu et sine engan, ut nos uel aliquis successor nostrorum non ualeat ibi aliquid requirere ulla uoce uel auctoritate sed semper inuiolabiliter prefate consistat canonice. Si quis contra hanc diffinicionem uenerit ad irrumpendum, non ualeat uendicare quod requisierit, sed prefate canonice in triplum componat in consimili loco, hac scriptura firmiter [p. 221a] persistente.
Acta hac scriptura .III. idus februarii anno .XLIIII. regni Philippi regis.
Signum Geralli Alamanni, sig+num Berengarii Alamanni, qui hanc difflnitionem fecimus, firmauimus et testes firmare rogauimus. Sig+num Arnalli Adals. Sig+num Arnalli Bligerii.
Arnallus leuita et succentor qui hoc rogatus scripsi ss die annoque prefixo.

190

1104, febrer, 11

El bisbe Bemat de Girona firma a Guerau Alemany i Berenguer, germans, un camp i una casa que el seu pare havia tingut prop de l'església de Celrà.

Cart., p. 221ab. Reg.: B 181.

In Christi nomine, ego Bernardus Gerundensis episcopus assentimus uobis Gerallo A1amanni et Berengario fratribus illum campum et sacrariam quam pater uester habuit et tenuit et uos ipsi post illum apud ecclesiam de Celrano, que fuerunt Berengarii Soniofredi clerici, eo tenore ut securi habeatis et possideatis prefatum campum cum sacrariis omnibus

Arxiu Diocesà de Girona ©

diebus uite uestre et nichil impediatis ibi ad dampnum nostre canonice et donetis inde annuatim nostre canonice par caponum per recognitionem. Ad obitum uestrum reuertatur predictus campus cum sacrariis in dominium canonice libere et absolute.
Actum est hoc III. idus februarii anno .XLIIII. regni Phi[p. 221b]lippi regis.
Amallus leuita et succentor, qui hoc ss scripsit die et anno prefixo.

191

1104, febrer, 22

Sunyer Sisualli, *sagristà de la seu, estableix a Trutgarda una casa situada al burg de Sant Feliu de Girona, a cens d'un parell de capons, per sis sous de plata d'entrada.*

Cart., p. 327b-328a. Reg.: B 182.

In Christi nomine, ego Suniarius Sisualli sacrista, hac scriptura indice, dono tibi Trutgardi femine ipsos meos casales quos habeo per comparationem aut per aliquas uoces in burgo Sancti Felicis martiris Gerunde super alodium Sancte Marie sedis, simul cum solo et supraposito et omni munitione quam uir tuus Bernardus Poncii mihi fecit et tu ipsa cum eo. Affrontant ipse domus siue casales ab oriente in domibus Archimballi, a meridie in aliis meis casalibus, ab occiduo necnon et circio ambitur a circumseptis callibus. Quantum inter has quatuor affrontationes includitur, totum tibi et omni tue posteritati dono uotiue hac potentialiter, et de meo iure in tuum trado dominium et potestatem hec omnia ad faciendum inibi et inde quodcumque uolueris, scilicet cloacas et stillicidia et exitus atque regressus, et sit tibi licitum uendere uel impignorare, dare atque dimittere cuicumque uolueris predicta omnia, excepto militi et clerico, et excepto censu qui mihi annuatim inde debet exire, idest par unum caponum. Et propter hanc donationem accipio a te solidos .VI. plate, et est manifestum. Si quis contra hanc donationem ad irrumpendum uenerit, nichil penitus proficiat, sed pro sola presumptione duplam [p. 328a] compositionem uobis persoluat cum omni inmelioratione, hac scriptura firmissime persistente.
Actum est hoc .VIII. kalendas marcii anno .XLIIII. regni Philippi regis.
Suniarius sacristanus, qui hanc donationem fieri iussi, firmaui firmarique rogaui. Sig+num Berengarii Ermengaudi. Sig+num Petri Gauzberti. Sig+num Petri Raimundi. Sig+num Gaucefredi Francigene.
+Raimundus leuita, qui hoc rogatus scripsi die et anno quo supra.

192

1104, abril, 25

Guillem Olomar i la seva esposa Belissendis empenyoren a la seva filla Eliardis i al marit d'aquesta, Carbonell, la meitat del camp. de Boadella de la Bisbal per quatre lliures de plata
.

Cart., pp. 119b-120b. Reg.: B 183.

In Dei nomine ego Guilielmi Ellemari et uxor mea Belissens femina, nos in unum

Arxiu Diocesà de Girona ©

impignoratores sumus tibi Elliardis femina filia nostra et uiro tuo Carbonelli. Per presentem scripturam pignoramus uobis nostram medietatem quam habemus et tenemus de campo de Buadela per quatuor libras de plata ad [p. 120a] ad pensum legitimum ferreum: aduenit ad nos impignoratores iam dicta terra per nostram emptionem. Habet affrontationes iam dicta terra a parte orientis in terra de Berengarii Sendret, de meridie in terra de Dalmatii, de occiduo in terra de Elliardis et Carbonelli, ex parte uero circii in uia que pergit ubique. Quantum in iam dicta terra habemus et habere debemus sic impignoramus a uobis cum ingressus et earum regressiis et omnibus adiacenciis et suis pertinentiis que ad iam dicta terra pertinent et cum suis expletis cunctis que Dominus daturus et uobis tantum teneatis, habeatis et expletetis iam dictam terram per rectam fidem usque nos persoluamus ad uos predicti Elliardi femine et uiro Carbonelli tuo (sic) quatuor libras de plata, sicut superius scriptum est. Quod si nos Guillielmus et Belissen femina impignora iam dicto et nostros homo aut homine, femina aut femine qui contra hanc scripturam presentem impignorationem unfringere uoluerit et infregerit, hoc non ualeat uendicare quod requirit qut requisierit, sed componemus aut com[p. 120b]ponant in duplo in consimili loco et inantea hac scriptura persistente impignorationis firma permaneat omnique tempore.
Acta est hec scriptura impignorationis .VII. kalendas maii anno .XLIIII. regni Philippi regis.
Sig+num Guilielmus Heldemar, signum Belisens femina, nos simul in unum qui hoc fieri iussimus firmauimus firmarique rogamus. Sig+num Guilielmi Gaufredi. Sig+num Dalmacii Girberti. Sig+num Guilielmi Raimundi.
(s. man.) Guilielmus presbiter qui hoc rogatus scripsit die annoque prefixo.

193

1104, juny, 17

Arquimbau, el seu fill Carbonell i la seva nora Eliardis estableixen a Pere Guillem una casa situada al burg de Sant Feliu de Girona, a cens de mig sou de plata, per vuit sous de plata d'entrada

.
Cart., pp. 324b-325a. Reg.: B 184.

In Christi nomine ego Archimballus cum filio meo Carbonello et nuri mea Elliards, hac scriptura indice donamus tibi Petro Guilielmo ipsas domos cum suo cortilio quas habemus per comparacionem aut per aliquas uoces in suburbio Sancti Felicis Gerunde, super alodium Sancte Marie. Affrontant autem iam dicte domus ab oriente in domibus Bernardi Raimundi clerici, qui fuerunt Constantie femine, a meridie in orto nostro, ab occiduo in domibus Trutgardis femine, a circio uero in calle. Quantum inter has affrontationes includitur, totum tibi uotiue et potentialiter donamus et posteritati tue, cum omnibus que in se habet et que sibi qualicumque modo pertinent, scilicet cum exitibus et regressibus suis, cloacis et stillicidiis, excepto uno denario qui inde annuatim debet exire episcopo pro censu, eo tenore ut tu et filii tui uel [p. 325a] successores tui annuatim persoluant nobis et successoribus nostris medium solidum plate pro seruitio et censu iam dicte domus, et sic de nostro iure in tuum tradimus dominium et potestatem hec omnia ad faciendum inibi et inde omnibus modis quecumque uolueris. Et propter hanc donationem quam facimus accipimus a te .VIII. solidos plate, et est manifestum. Si quis contra hanc uenditionem ad irrumpendum uenerit, nichil penitus proficiat, sed pro sola presumptione duplam tibi compositionem

Arxiu Diocesà de Girona ©

persoluat cum omni melioratione, hac scriptura firmissime persistente.
Actum est hoc .XV. kalendas iulii anno .XLIIII. regni regis Philippi.
Sig+num Archimballi, sig+num Carbonelli, sig+num Elliardis, qui hanc scripturam fieri iussimus, firmauimus firmarique rogamus. Sig+num Bremundi. Sig+num Guilielmi Oliue. Sig+num Bernardi Clericuli. Sig+num Petri Guilaberti.
+Raimundus leuita, qui hoc rogatus scripsi die annoque (s. man.) prefixis.

194

(1103-1104)

Arsendis fa donació als seus fills, Bernat, Pere, Guillem, Ramon, Berenguer ¡ Arnau, d'una terra situada a Sords, indret de Brugada; dóna a la seu de Girona una terra de la qual els dits fills hauran de satisfer tasca, i, a la mateixa seu, una tercera peça amb reserva de violari per als fills.

Cart., p. 294ab. Reg.: B 185.

Notum sit omnibus hominibus presentibus et futuris quod ego Arsennis dono et dimitto filiis meis Bernardo scilicet et Petro et Guilielmo et Raimundo et Berengario et Arnallo laicis post obitum meum omne alodium meum quod habeo in comitatu Gerundense, in parrochia Sancti Stephani de Sors, tres uidelicet pecias terre, quarum una uocatur Brugada, ubi fundate sunt domus cum arboribus fructuosis, alia pecia terre ubi sedet columbarium, quem dimitto Sancte Marie sedis Gerundensis post obitum meum eodem modo ut teneant supradicti filii mei et donent beate Marie thascam fideliter; post obitum illorum remaneat in dominium predicte Sancte Marie pro salute anime mee et parentorum meorum; tercia uero pecia est in locum quem uocant Planum de Caselis, et sicut scriptum est dimitto illi supradictum alodium fideliter. Quod si ego aut ullus homo uel femina uenerim uel uenerit ad irrumpendum hanc scripturam donationis, non ualeam uel ualeat disrumpere quod requisierit uel requisierint, sed componat in duplo, et inantea hec scriptura firma in perpetuum maneat.
Facta ista scriptura donationis anno .XLIIII. regni Philippi regis.
Sig+num Arsenni, qui hanc scripturam fieri iussi et testes firmare rogaui. Sig+num Petri Guilielmi. Sig+num Stephani clerici. Sig+num [p. 294b] Petri Gogmari.
Girbertus leuita, qui hanc scripturam donationis scripsi die et anno prefixo quo supra.

195

1105, gener, 8

Amau Adals ¡ la seva esposa Garsendis estableixen a Joan Ramon i Ermengarda, esposos, una casa situada a la parròquia de Sant Feliu de Girona, a cens d'un sou de plata, per un sou d'entrada.

Cart., pp. 326b-327b. Reg.: B 186.

In Christi nomine ego Arnallus Adals et uxori mee Garsens donatores sumus tibi Iohanni

Arxiu Diocesà de Girona ©

Raimundi et uxori tue Ermengardis. Per hanc scripturam donamus uobis ipsa domo [p. 327a] cum solo et superposito et curtili quam habemus in alodium Sancte Marie uel in parrochia Sancti Felicis, qui mihi aduenit per comparationem uel per qualescumque uoces, quod affrontat ex oriente in mea domo, de meridie in meo orto, ab occidente in domo Archimballi quam tenet Petrus Guilielmi, ex circio in ipsa carrera, cum exio uel regressio ut faciatis ibi portam. Quantum inter has affrontationes includitur, sic donamus uobis predicta domo cum curtili sicut terminatum est ex oriente de uxo usque ad biual de ipsa porta totum ab integro, et donetis nobis uel nostri per unumquemque annum omni tempore ad festa Sancti Andree solidum .I. plate propter censum. Et propter hoc accipio de uobis modo solidum .I. plate. Item si uendiderit uel alienare uolueritis predicta omnia, nos uel nostri amoneatis .XXX. diebus et postea licentiam habeatis facere quibus uolueritis cum nostro consilio. Quod si nos donatores aut ullus uiuens qui hanc scripturam uenerit ad irrumpendum non hoc ualeat uendicare quod requirit, sed componat uel componamus hec omnia in duplo cum sua melioratione, et firma stet omni tempore.
Factum est hoc .VI. idus ianuarii anno .XLV. regni Philippi regis.
Sig+num Amallus Adals, sig+num Garsens, nos qui ista carta donati[p. 327b]onis fecimus, firmauimus et firmare rogauimus. Sig+num Raimundi Petri. Sig+num Miro Duran. Sig+num Raimundus Odo.
+Raimundus presbiter, qui hoc rogatus scripsi die et anno quo supra.

196

(1093-1105)

Convinença entre el bisbe de Girona Bernat Humbert i el vescomte Ponç Guerau, a qui el bisbe encomana el castell de Montpalau a fi que el tingui per mà del comte Ramon Berenguer III.

Cart., p. 152b. Reg.: B 187.

Hec est conuenientia facta inter Bernardum Gerundensem pontificem et Pontium Geralli uicecomitem. Comendat iamdictus episcopus prefato Poncio uicecomiti ipsum castrum Montis Palatii et donat ei ad feuum ipsam castlaniam et ipsam dominicaturam comitalem sicut Guilielmus Umberti tenebat eam per manum Berengarii comitis et habeat stationem ipse uicecomes in iam dicto castro quando uoluerit, et non faciat malefacta in ipso honore unde episcopus habeat rancurantes. Item habeat uicecomes seruitium omnium castellanorum eiusdem castri quando episcopus non habuerit eos necessarios, sed semper episcopus habeat eorum seruitium quando uoluerit uel sibi opus fuerit et donet potestatem eiusdem castri idem uicecomes iam dicto episcopo sine suo engan per quantas uices fuerit inde requisitus, aut ab ipso episcopo aut a suis nuntiis. Item conuenit prefatus uicecomes prelibato episcopo ut donet castrum Montis Palatii filio Guilielmi Umberti quando episcopus sibi preceperit sicut idem episcopus habebat iam dictum castrum per eundem uicecomitem et ipse uicecomes sit fidelis eidem pontifici de omni honore quem hodie habet et inantea per suum consilium adquisierit. [p. 153a]
.

197

Arxiu Diocesà de Girona ©

1106, febrer, 16

Testament d'Arnau Isarn, que elegeix sepultura a la seu de Girona, i disposa de béns situats a Parets per als seus fills i néts, en violari, destinats després a l'esmentada seu.

Cart., pp. 307b-308b. O.: ACG Roura, núm. 139. Reg.: B 188.

In Christi nomine. Ego Arnallus Isarni facio hoc breue testamentum propter metum mortis quem timeo, et eligo manumissores meos scilicet Guilielmum Guifredi de Cabanellis et filium eius Arnallum Guilielmi atque Guilielmum Petri generum meum, ut si mors mihi aduenerit antequam alium liceat mihi testamentum facere, habeant isti potestatem distribuendi omne meum alodium sicut subterius iniuncxero. In primis dono corpus meum sepeliendum Sancte Marie sedis Gerunde cum manso et medietate ipsius clausi, quod dimitto canonice eiusdem sedis, cum omnibus arboribus qui ibi sunt solide et libere ad proprium et francum alodium. Item dimitto et concedo eidem canonice ipsum cellarium quod habeo [p. 308a] ante ostium Sancte Leocadie de Parez cum sui pertinentibus. Dimitto namque et concedo ecclesie Sancte Leocadie de Parietibus ipsam fexam terre que est ad ipsam Turrim iuxta campum Guilielmi Radulfl. Et dimitto Adalardi filie mee illud alodium quod ei donaui ad diem nuptiarum. Ad Arnallum Guilielmi filium suum, nepotem meum, ipsam fexam terre que est ad ipsum Colel dimitto; et ad Stephaniam filiam meam dimitto totum illud alodium quod ei donaui cum uiro suo Guilielmo; ad Mariam filiam suam, medietatem ipsius alodii de Bruguera; ad Petrum Mironis et Raimundum fratres, nepotes meos, dimitto ipsum campum de Queralbs qui est ad conplantandum, et ipsum qui est plantatus dimitto Guilielmo genero meo qui conplantauit eum. Ad Letgardem filiam meam de uilla Olosent dimitto illud alodium quod donauit (sic) cum uiro suo, et dimitto Petro Mironi et Raimundo fratribus predictis ipsam meam uineam que est ad ipsa Riera. Omne meum aliud alodium quod habeo ubique dimitto filiabus meis equaliter.
Actum est hoc .XIIII. kalendas marcii anno .XLVI. regni Philippi regis.
Sig+num Arnalli Isarni, qui hoc testamentum feci, firmaui et testes firmare rogaui. Sig+num Petri Oliue. Sig+num Raimundi Petri. Sig+num Seniulli. Si+num Petri Mironis. Sig+num Guilielmi [p. 308b] Adalberti. Sig+num Guilielmi Petri. Guilielmus presbiter. Sig+num Arnalli Oliue. Guilielmus Nauatensis clericus.
Arnallus leuita qui hoc rogatus scripsi ss die annoque prefixo.

198

1106, març, 30

Gaufred cabiscol estableix a Ramon Otó i a la seva esposa Remanga una casa situada a la parròquia de Sant Feliu de Girona, a cens de dos argenços de plata.

Cart., pp. 328b-328 bis a. Reg.: B 189.

In Christi nomine ego Gaucefredus capud scole donator sum tibi Raimundo Otoni et uxori tue Remanga. Per hanc scripturam dono uobis ipso meo casal quem habeo in alodium Sancte Marie uel in parrochia Sancti [p. 329a] Felicis Gerunde, qui mihi aduenit per comparationem uel per qualescumque uoces, qui affrontat ex oriente in meo cortili quem

Arxiu Diocesà de Girona ©

uos tenetis, de meridie, in uestra domo, ab occidente in carrera, ex circio in domo Em. Quantum inter istas affrontationes includitur, sic dono uobis predicto casal totum ab integrum, cum exiis uel regressiis earum, ut donetis mihi uel meis per unumquemque annum argencios .II. plate propter censum. Que uero hec omnia de meo iure in uestro trado dominio et potestate. Quod si ego donator aut ullus uiuens qui contra hanc cartam donationis uenerit ad irrumpendum, non hoc ualeat uendicare quod requirit, sed componat uel componam hec omnia in duplo cum sua melioratione et hec omnia firma permaneant omnique tempore.
Factum est hoc .III. kalendas aprilis anno .XLVI. regni Philippi regis.
(s. man.) Gaucefredus leuita et caput scole. Sig+num Guilielmi Raimundi. Sig+num Arnalli Pelicer. Sig+num Geralli Oliba. Sig+num Sicardis, nos qui ista carta laudamus et firmamus.
+Raimundus presbiter qui hoc rogatus scripsi die et anno prefixo.

199

1106, març, 30

Gaufred cabiscol ven a Ramon Otó i a la seva esposa Remanga una casa situada a la parròquia de Sant Feliu de Girona, pel preu d'una lliura de plata, amb reserva de cens dos argenços de plata.

Cart., p. 328 bis ab. Reg.: B 190.

In Christi nomine ego Gaucefredus capud scole Sancti Felicis Gerunde uenditor sum tibi Raimundus Oto et uxori tue Romengam. Per hanc scripturam uendo [p. 328 bis b] uobis ipso meo casal quem habeo in alodium Sancte Marie uel in parrochia Sancti Felicis, qui mihi aduenit per comparationem uel per qualescumque uoces, quod affrontat ex oriente in meo cortali quem uos tenetis, de meridie, in uestra domo, ab occidente in carrera, ex circio in domo Em. Quantum infra istas affrontationes includitur, sic uendo uobis predicto casal totum ab integrum, cum exiis uel regressiis earum, propter precium libram unam plate et donetis mihi uel meis per unumquemque annum argentios .II. plate propter censum. Que uero hec omnia de meo iure in uestro trado dominio et potestate ad facere quod uolueritis. Quod si ego uenditor aut ullus uiuens qui contra hanc scripturam uenerit ad irrumpendum, non hoc ualeat uendicare quod requirit, sed Componat uel componam hec omnia in duplo cum sua melioratione et hec omnia firma permaneant omnique tempore.
Factum est hoc .III. kalendas aprilis anno .XLVI. regni Phillippi regis.
(s. man.) Gaucefredi leuita et caput scole, sig+num Geralli Oliba, sig+num Sicardis, nos qui ista scriptura laudamus et firmamus. Sig+num Guilielmi Raimundi. Sig+num Arnallus Pelicer. Sig+num Geralli Bonifllii.
+Raimundus presbiter qui hoc rogatus scripsi die et anno prefixo. [p. 329a]

200

1106, octubre, 8

Guillem Bernat de Cornellà defineix a la seu l'alou que havia estat de Bemat Duran, situat a Sords, amb reserva de cens.

Arxiu Diocesà de Girona ©

Cart., pp. 288b-289a Reg.: B 191.

In Christi nomine ego Guilielmus Bernardi de Corneliano diffinio et euacuo omnipotenti Deo et canonice Sancte Marie sedis totum illud alodium quod fuit Bernardi Durandi, totum ab integro solide et libere et sine ulla reseruatione quod (sic) ibi non facio propter pernam unam de [p. 289a] medie scilicet plate et fogaces .IIII. et eminam de ciuada ad mensuram Balneolarum in natale Domini. Prefatam autem diffinitionem facio iamdicte canonice sine ullo engan, tali tenore ut ego uel aliquis mee posteritatis non possimus aliquid requirere in prephato alodio preter id quod superius scriptum est, sed secure et quiete prefata canonica iam dictum alodium perpetuo iure possideat. Quam diffinitionem si quis irrumpere temptauerit nichil proficiat, sed pro sola presumptione prefatum alodium in consimili loco in duplum componat.
Que acta est .VIII. idus octobris anno .XLVII. regni Philippi regis.
Sig+num Guilielmi Bernardi qui presentem diffinitionem feci, firmaui et testes firmare rogaui. Sig+num Guilielmi Raimundi de Burgoniano. Sig+num Raimundi Mironis de Puials. Sig+num Berengarii baiuli Sancte Marie. Sig+num Berengarii Amati.
Amallus leuita qui hoc rogatus scripsi ss die annoque prefixo.

201

1108, març, 1

Guillem Constant i la seva esposa Ermessenda empenyoren a Pere Gaubert i Blanca, esposos, els serveis i censos que reben a les cases d'aquests, situades a la parròquia de sant Feliu de Girona, prop del riu Galligants.

Cart., p. 333ab. Reg.: B 193.

In Christi nomine ego Guilielmus Constantii cum uxore mea nomine Ermessindis, hac scritura indice inpignoro tibi Petre Gaucberti et uxori tue nomine Blanche omne ipsum seruicium et censum quod nobis exire debet de ipsis domibus uestris et de domibus Petri Uenrelli et de omnibus mansionibus Petri Rutgarii et Marie coniugis eius, exceptis .V. denariis de censu episcopali, quos ego habeo ad feuum [p. 333b] et insimul inpignoramus uobis ipsum censum atque seruitium quod nobis exit de ipsa domuncula ubi Eulalia et filius eius habitant. Sunt autem supradicte domus in parrochia Sancti Felicis Gerunde, in burgo scilicet Sancte Marie sedis secus flumen Gallicantus. Sicut enim habentur et continentur prefata omnia, sic ea que nobis exinde pertinere uidentur uotiue et potentialiter uobis inpignoramus propter solidos .X. plate gerundensis monete quos nobis prestas, tali modo quod tantum ac tamdiu colligatis et habeatis prefata seruitia et censum donec reddatur uobis iamdictum censum debitum sine uestro engan, sed non sit nobis licitum redimendi hoc pignus a festiuitate Omnium Sanctorum usque ad Septuagesimam, quo habeatis collectum ipsum censum. Si quis contra hoc ad irrumpendum uenerit, duplam compositionem uobis persoluat cum omni inmelioratione, hac scriptura firmissime persistente.
Actum est hoc kalendis marcii anno .XLVIIII. regni regis Philippi.
Sig+num Guilielmi Constantii, sig+num Ermesendis, qui hanc cartam fieri iussimus, firmauimus firmarique rogauimus. Sig+num Petri Raimundi. Sig+num Petri Guilielmi.

Arxiu Diocesà de Girona ©

Sig+num Arnalli Bernardi.
Raimundus leuita, qui hoc rogatus scripsi die annoque (sic) supra.

202

1108, març, 7

Guillem Olomar i la seva esposa Belissendis venen a Carbonell i Uliardis, esposos, un mas i la part d'un alou que tenien per indivís, situat tot als comtats de Girona i d'Empúries, a les parròquies de la Bisbal, Llaneres o Castell d'Empordà i Vulpellac, pel preu de 43 sous de plata.

Cart., p. 119ab. Reg.: B 192.

In nomine Domini ego Guilielmus Ullumar cum uxore mea nomine Belissendi hac scriptura indice, uendo tibi Carbonelle et uxori tue Ulliardi ipsum mansum cum ipsa trilia ubi Guilielmus Suniarii habitat et uineal de Pug de Guda et partem nostram de ipso alodio quod uobiscum emimus de Raimundo Ullumari, et totum ipsum alodium quod habemus ad ipsam Closellam, exceptis duabus peciis terre quas dedimus Guilielmo Comaleg cum filia nostra, simulque uendimus uobis fexas duas de uinea quas prefatus Guilielmus Suniarii tenet. Sunt hec omnia in comitatibus uidelicet Gerundensi atque Empuritanensi, intra terminos parrochiarum Sancte Marie Episcopalis et de Uulpellacco et de Laneres, et aduenit nobis per parentorum siue per comparationem aut per qualescumque uoces et intra iam dictos terminos. Similiter uendimus uobis fexam .I. terre quam Arnallus Raimundi tenet, sicut habentur et continentur prefata omnia, sic uotiue et potentialiter uendimus ea uobis cum omnibus ad se pertinentibus propter .XL. et tres solidos plate quos inde donasti nobis in integrum precium et nostris manibus accepimus, et de nostro iure supradicta omnia in uestrum [p. 119b] tradimus dominium et potestatem, ad faciendum inibi et inde quicquid uolueritis. Si quis contra hanc uenditionem ad irrumpendum uenerit nichil penitus proficiat, sed pro sola presumptione duplam compositionem uobis persoluat cum omni immelioratione, hac scriptur firmissime persistente.
Actum est hoc nonas marcii anno .XLVIII. regni regis Philippi.
Signum Guilielmi Ullumari, signum Belissendis, qui hanc cartam uenditionis fieri iussimus firmauimus firmarique rogauimus. Sig+num Guilielmi Suniarii. Sig+num Arnalli Raimundi. Sig+num Raimundi de Narbona. Sig+num Raimundi Petri. Sig+num Berengarii Iohannis. +Berengarius presbiter.
+Raimundus leuita qui hanc uenditionem rogatus scripsit die et anno quo supra.

203

1108, maig, 15

Pere Ramon i Trutgarda, esposos, cedeixen a Pere Guillem i a la seva esposa Teodolinda la servitut de paret mitgera de la seva casa, situada a Girona, al burg de Sant Feliu, pel preu de dos sous i mig de plata, moneda de Girona.

Cart., p. 334ab. Reg.: B 194.

Arxiu Diocesà de Girona ©

In nomine Domini, sit notum cunctis quoniam ego Petrus Raimundi et uxor mea Trudgard per presentem hanc scripturam donamus tibi Petro Guilielmi uxorique tue Thedelendi inpignaculum domus nostre medietatem et de petra et calce constructum uersus orientem iuxta domum nostram. Predictum uero pignaculum, sicut habetur et continetur ibi in alodio Sancte Marie sedis quem nos ibi habemus et tenemus iuxta uos, sita donamus et tradimus in uestram potestatem medietatem ex eo ab ipso suo fundamento parietis usque supra in capite ipsius pinne, eo tenore ut in eo ex ipsa pariete adempramentum habeatis uos et posteritas uestra post uos secure a fundamento usque in summo eiusdem absque aliquo dampno parietis, et maneat semper media inter nos et uos ad offitium nostrorumque si in eo amplius construere uolueritis, construatis tantum sicut necesse fuerit uobis. Tamen accepimus a uobis solidos .II. plate gerundense monete ad pensum ferri, et est manifestum. Si uero, quod absit, cuiuscumque ordinis persona presentem scripturam donationis irrumpere temptauerit, cui fecerit cogatur soluere solidos .X. plate, et deinde firma man eat omni tempore.
Facta scriptura donationis idus maii anno .XLVIII. regni Philippi regis.
Sig+num Petri Raimundi, sig+num Trutdgardis, qui hanc scripturam fieri iussi [p. 334b] firmaui firmarique rogaui testes eam. Sig+num Petrus Uenrel. Sig+num Gaucefredi Pelicer. Sig+num Raimundi presbiteri qui hoc rogatus scripsi. Sig+num Petri de Castellione, qui hoc anno .MCIIII., .III. idus iulii fideliter scripsi.

204

1110, abril, 25

Maria, vídua de Guillem Gaubert, ven a Joan Mascardell i Guisla, esposos, un obrador situat a la parròquia de Sant Feliu de Girona, per setze sous de plata, moneda de Girona.

Cart., p. 42a. Reg.: B 510.

Hoc est translatum quod ita incipit: In nomine Domini, ego Maria, hac scriptura indice, uindo tibi Iohannes Mascardel uxorique tue Guisle ipsum nostrum operatorium quod habeo et teneo in alodium Sancte Marie sedis Gerunde et in parochia Sancti Felicis martiris Gerunde. Prefatum operatorium aduenit ad me iam dicta Maria per quondam uirum meum Guilielmum Gaucberti qui fuit primus, et postmodum per comparacionem aut per qualescumque uoces. Qui affrontat ab oriente in domo de uos predictis emptoribus, de meridie in ipsa carrera atque in domo que fuit de Bernardo Poncii fabri, de occidente similiter in alia carrera que pergit ad riuolum de Gallicantus, a parte uero circii in pariete que media uidetur inter me et uos comuniter. Sicut ab hiis quatuor affrontationibus includitur predictum operatorium, cum omnibus in se habentibus et sibi qualicumque modo pertinentibus, cum deguticiis et suis stillicidiis, totum ab integrum a summo usque deorsum, cum omnibus hedificiis quod (sic) ad se pertinere uidentur ex transuersis partibus, sic uindo uobis predictis precio solidorum .XVI. plate monetarum Gerunde bona recipiente, quos accipio a uobis ad pensum ferri legitimi et est manifestum. Et ego predicta Maria de meo iure in uestrum trado dominium et potestatem, ad faciendum inibi et inde quicquid uolueritis, excepto censo qui de predicto operatorio exire debet, idest capono .I. ad uxorem Guilielmi Constantii qui fuit condam, ut donetis ei annuatim. Si ego uel aliquis qui contra hanc scripturam uindicionis irrumpere temptauerit, nichil penitus proflciat, sed pro sola

Arxiu Diocesà de Girona ©

presumptione predictum operatorium in duplo uobis componat et insuper conuenio uobis ut dum uiua fuero secure eum uobis faciam tenere absque aliquo impedimento ut alius ibi non faciat, ab (sic) quod si fecerit statim eum dabo uobis de alio meo honore aut precium in duplo, hac carta firmissima persistente.
Que acta est .VII. kalendas maii anno .II. regnante Ludouico rege.
Sig+num Marie, qui hoc fieri iusssi, firmaui firmarique rogaui. Sig+num Petri Suniarii. Sig+num Petri Uenrelli. Sig+num Petri Gaucberti. Sig+num Petri Raimundi. Sig+num Petri textoris. Sig+num Ermessen Bota. Girbertus presbiter.
(s. man.) Petrus presbiter, qui hoc rogatus scripsi die annoque prefixo.

205

1110, novembre, 8

Els canonges de la seu estableixen a Berenguer, clergue de Pujals, el mas que aquest ha donat a la mateixa seu, en violari, a cens d'un pemil.

Cart., p. 285b. Reg.: B 196.

Notum sit cunctis quoniam nos canonici Gerundensis ecclesie donamus, tradimus ibi Berengario clerico de Puials ipsum mansum et alodium quod tu dedisti nostre canonice, tali uidelicet modo ut habeas eum omnibus diebus uite tue sine impedimento quod ibi nullatenus facias, et dones inde annuatim pro censu ipsam pemam que inde exit. Post obitum uero tuum reuertatur solide et libere iamdicte canonice.
Actum est hoc .VI. idus nouembris anno .III. regni Lodouici regis.
Ademarus eiusdem honoris prepositus. Arnallus Iohannis presbiter et sacrista ss.
(s. man.) Petrus diaconus hoc rogatus scripsit die annoque prefixo. [p. 286a]

206

1111, febrer, 21

Em, dita Roca, empenyora a Pere Sunyer i Esquiveta, esposos, una casa situada a Girona al burg de Sant Feliu, per una lliura de plata.

Cart., p. 325a-326a. Reg.: B 197.

In Christi nomine, ego Em femina quam uocant Rocha, inpignoro tibi Petro Soniarii et uxori tue nomine Esciueta per presentem scripturam ipsam meam casam in qua habito, cum solo et supraposito, cum omni ibi habenti et sibi qualicumque modo pertinenti, cum exiis et regressiis [p. 325b] suis et cum suis stillicidiis et cloacis aut excurritoriis, quantum ego ibi habeo per nuullum inditium ueritatis habere debeo. Est prenominata casa in alodium Sancte Marie sedis Gerunde. Aduenit ad me per uocem Guilielmi Bentii uiro meo. Affrontat de oriente in curtilium Raimundi Otoni et in ipsa pariete qui fuit de Gaubert Castellioni, de occiduo in ipsa carrera et in domibus uestris, de meridie in domibus de Uaslini, de circi in ipsas casas que fuerunt de Gauzbert de Castellon. Quantum iste predicte quatuor affrontationes includunt, sic impignoro ego uobis predictis totum ab integrum, cum exitibus

Arxiu Diocesà de Girona ©

uel regressibus et cum omnibus ademprationibus suis propter libram unam plate quos (sic) uos desuper acomodastis. Eo tenore facio ut teneatis et habeatis et expletetis predicta pignora sine blandimento ullius hominis uel femine de istam primam festiuitatem quod est Cathedra Sancti Petri usque ad aliam primam uenientem que erit caput anni, si ad iam dictam festiuitatem non reddidero uobis libram unam plate per augmentum .X. solidos plate sine uestro engan desuper hec libram tunc in antea habeatis potestatem tenere et habere et expletare predicta casa cum omnibus sibi pertinentibus per firma pignora usque ad aliam festiuitatem Sancti Petri et ad prescriptum terminum quod sunt duo anni, ego reddam uobis .ni. libras plate sine ullo uestro dampno. Si ad prescriptis duobus annis non [p. 326a] non habuero uobis persolutis tres libras plate sine ullo uestro dampno, crescat desuper hoc in prescripta pignora suum augmentum sicut crescere debet per unumquemque annum secundum usum quod est in terra ad computum de prenominato auere. Et si quis contra hanc inpignorationem ad irrumpendum uenerit, non ualeat uendicare quod requisierit, sed componat uobis omnia perscripta omnia in duplo, et postmodum firma sit hec inpignoratio.
Acta scriptura .VIIII. kalendas marcii anno .III. regni Lodouici regis.
Sig+num Em qui ista scriptura inpignoratione fieri feci, firmaui firmarique rogaui. Sig+num Arnalli Bernardi. Sig+num Iohannis Pontii. Sig+num Mir Duran. Sig+num Guilielme femine, mea neta. Sig+num Petri Gauzberti.
(s. man.) Wilielmus presbiter et monachus, qui istam scripturam rogatus scripsi sub die et anno quo supra.

207

1111, febrer, 25

Em, dita Roca, ven a Pere Sunyer i a la seva esposa Esquiveta una casa situada a Girona al burg de Sant Feliu pel preu d'una lliura de plata.

Cart., p. 326ab. O: ACG: Roura, núm., 147, que data de 1110. Reg.: B 198.

In Christi nomine, ego Em qui uocatur Roca, per presentem mee uenditionis scripturam uendo tibi Petro Soniarii et uxori tue Eschiueta ipsa mea casa in qua ego habito, cum solo et superposito, cum omni habenti et sibi qualicumque modo pertinenti. Est prenominata casa in alodio Sancte Marie Gerunde sedis. Aduenit ad me per laxationem Guilielmi Bentii uiro meo et per alias plerasque uoces. Affrontat de oriente in cortilium Raimundi Otoni et in ipsa pariete qui fuit de Gauzbertus de Castelion, de meridie in domibus de Uaslini, de occiduo in ipsa carrera [p. 326b] et in domibus de uos emptores, de circii in ipsas casas que fuerunt de Gaubertus de Castelloni. Quantum infra predictas .IIII. affrontationes includitur, sic uendo uobis totum ab integrum, cum exiis et regressiis suis, cum stillicidiis et cloacis aut excurritoriis sine ulla reseruatione et sine ullo retentu ex mea consanguinitate. Accipio autem a uobis propter hoc libram unam plate et est manifestum. Quod uero de meo iure in uestro trado dominium et potestatem ad faciendum quod uolueritis. Si quis contra hanc uenditionem ad irrumpendum uenerit, nichil penitus proficiat sed pro sola presumptione duplam compositionem uobis uel posteritati uestre persoluat cum omni sua melioratione in consimili loco, hac scriptura uenditione firmissime persistente.
Acta .V. kalendas martii anno .II. regni Lodouici regis.
Sig+num Em femina, qui ista scriptura uenditione fieri feci, firmaui firmarique rogaui.

Arxiu Diocesà de Girona ©

Sig+num Guilielme femine nepta mea. Sig+num Iohannis Poncii. Sig+num Arnalli Bernardi. Sig+num Mir Duran. Sig+num Petrus Gauberti.
(s. man.) Guilielmus presbiter et monachus, qui istam scripturam uenditionis rogatus scripsit sub die et anno quo supra.

208

1111, octubre, 28

Ramon Bernat dóna a Renall Gaufred en feu la meitat del mas que havia estat d'Oliba Esteve, a condició que estigui anualrnent mig any a Salt al seu servei.

Cart., pp. 122b-123b. Reg.: B 199.

Ego Raimundus Bernardi dono tibi Rainallo Gauzfredi medietatem ipsius mansi ad feuum qui fuit Olibe Stephani cum omnibus pertinentiis suis et eiusdem mansi, sub tali conuenientia ut omnibus annis quamdiu uixeris maneas in Salti medietatem tocius anni bene paratus ad meum seruicium faciendum, et sis mihi fidelis adiutor de meo corpore et de mea uita et de omni honore quem hodie habeo et inantea cum tuo consilio adquisiero contra cunctos homines et feminas qui predictum honorem uel aliquid ex predicto honore michi abstulerint, et facias mihi curtes et seguis et placitos et caualerias sine engan. Et si mortuus fueris [p. 123a] sine filio masculo legitimi coniugii, iamdictum feuum in dominium et potestatem meam uel successorum meorum cum omni melioratione quam ibi feceris. Si uero filium masculum legitimum habueris, similiter habeat predictum feuum sub eadem conuenientia superius et subterius scripta, et sicut superius scriptum est mihi et successoribus meis non atenderis per fidem sine engan et infra .xxx. dies tu uel filius tuus legitimus non redirexeris mihi quicquid infregeris uel infregerint de predicta conuenientia ad laudamentum illorum hominum quos ego ibi elegero, reuertatur predictus feuus cum omnibus ad se perti-nentibus in dominium et potestatem meam uel successorum meorum, si tamen predictos .XXX. dies tibi mandauero per me aut per meum nuntium. Et ego Arnallus Gaufredi conuenio tibi iam dicto Raimundo quod hanc conuenientiam fideliter tibi adtendam et successoribus tuis per fidem sine engan.
Facta conuenientia .V. kalendas nouembris anno .IIII. regni Lodouici regis.
Sig+num Raimundi Bernardi, qui hanc scripturam fieri iussi, firmaui firmarique rogaui. Sig+num Arnalli Gaufredi, qui hanc conuenientiam facio et Iaudando confirmo. [p. 123b] Sig+num Bernardi Richardi. Sig+num Guilielmi Raimundi. +Petrus sacrista (s. man.).
Petrus presbiter qui hoc rogatus scripsi die et anno quo supra.

209

(1093-1111)

Arnau Ramon, fill de Trutgarda, fa homenatge al bisbe Bernat Humbert de Girona.

Cart., p. 155a. Reg.: B 370.

Arxiu Diocesà de Girona ©

Iuro ego Arnallus Raimundi filius Trudgardis femine tibi Bernardo Gerundensi episcopo quod a hodierno die et deinceps fidelis ero tibi de tuo corpore et de omni tuo honore quem hodie habes et inantea qualicumque modo adquisieris ut non auferam tibi predictum honorem neque aliquid ex predicto honore ego neque aliquis per meum consilium uel stabilimentum. Et si aliquis inde aliquid tibi abstulerit adiuuabo te inde secundum posse meum. Sicut superius scriptum est sic tibi attendo per fidem sine engan, per Deum et hec sancta. [p. 155b]

210

1112, febrer, 27

Testament d'Eliardis, que elegeix sepultura a Santa Maria de la Bisbal, i disposa de béns a favor de Guillem Canet i Sovina, amb reserva de violari per al seu rnarit, Ramon fill de Guillem.

Cart., pp. 123b-124a. Reg.: B 200.

In Dei nomine ego Eldiardis femina sum detenta in egritudine et per hoc rogo uos tam uiro meo Raimundo quam Guilielmum Seniofredi siue Berengarii presbiter ut sitis mei manumissores si ego obiero antequam faciam alium testamentum elegi uos distribuere omnem mearum rerum (sic) et concedo ad iam dictis manumissoris mei (sic) ut accipiant terciam partem meam, tam de frumento quam de blat, et de uino tam de ueteri quam de nouo, et diuidant per .iiïi. partes de iam dicto pane et uino; concedo ad domum Sancte Marie de Fontaned quem uocant Episcopale .II. partes de iam dicto pane et uino; concedo ad donnum presul aliam terciam partem de iam dicto pane et uino; concedo infra Guilielmum presbiter et Berengarii (sic) presbiter, aliam quartam partem que remanet de iam dicto pane et uino concedo infra Sanctum Sepulcrum et meo conuiuio uel ad presbiteros uel ad domum Sancti Michael de Crudiliis. Insuper concedo ad meos manumissores ipsam meam terciam partem de uexels [p. 124a] et de tinas et de uaccas et de porcis ut diuidant sicut superius insertum est. Ad Guilielma soror mea concedo gunam meam et bliand. Ad Guilielmum presbiterum meo scriptori, .I. pelles de gatos et Berengarii presbiter concedo calcias unas et chabatons et archa una. Ad domum Sancte Marie de Fontanet quem uocant Episcopal concedo corpus meum ubi requiescam et concedo ipsas meas casas in sacraria Sancta Maria ubi ego habito cum curtilio et parietes et hostia, tali tenore ut teneant Raimundus proli Guilielmi uiro meo dum uiuat; ad obitum suum fiant iam dictas casas de domum Sancte Marie iam dicta solide et libere. Insuper concedo ad iam dictum Raimundum omnia mea alodia cuncta ut teneat et possideat cum suos fructus cunctos in uita sua; ad obitum suum fiant dicta alodia de Guilielmo et Canetha et Sorina. Garsinde concedo coto .I. et carrasia .I. Ad Berengars migeria .I. frumenti.
Acta uerba testamenti .III. kalendas marcii anno .IIII. regni Lodouici regis.
Sig+num Elliardis femina qui hoc fieri iussi, firmaui firmarique rogaui. Sig+num Arnallus. Sig+num Guilielmus. Sig+num Guilielmi Soniarii.
(s. man.) Guilielmus presbiter qui hoc rogatus scripsit die annoque prefixo. [p. 124b]

211

Arxiu Diocesà de Girona ©

1113, juny, 27

Publicació jurada del testament de Ramon Guadall, que disposà de béns a favor de la seu de Girona i Sant Pere de Casserres.

Cart., pp. 197b-199a. Reg.: B 195.

Hee sunt condiciones sacramentorum quarum seriem ordinaui ego Petrus sacrista atque iudex, presentibus sacerdotibus Raimundo et Gaucefredo et aliis clericis Gulielmo et Poncio, de extrema uoluntate ciusdam hominis nomine Raimundi Gadalli qui olim defunctus est. In huius iudicis presentia et prefatorum hominum noticia nos testes, Iulianus et Petrus sacerdotes, testificamus extremam uoluntatem iam dicti Raimundi qui fuit quondam. Quapropter nos predicti testes uerum pariter dantes testimonium ab eo rogati iuramus in Deum et super altare Sancte Anastasie qui est situm in ecclesia Sancte Marie sedis Gerunde, quia nos uidimus et audiuimus presentes quando predictus Raimundus iacens infra menia urbis Gerunde detentus ab egritu[p. 198a]dine qua obiit, dum adhuc esset in sua plena memoria ac loquela, ordinauit suam extremam uoluntatem et ordinationem suarum rerum per suum firmum testamentum, per quod constituit ut essent sui helemosinarii et manumissores uidelicet Raimundus sacrista et Bernardus prior ac Petrus clauiger, quibus iniuncxit distribuere omnia que habebat per ordinationem prefati testamenti sicut ipse disposuit ita dicendo: In primis dimitto omne meum alodium et baiulias et sacrarias, casas et casals que habeo uel habere debeo sine uinculo et baiuliam illius honoris de Canaleta usque ad stradam Francescam Deo et canonice Sancte Marie ubi corpus meum iacet. Item dimitto canonice Sancte Marie sedis Gerunde omne meum alodium et baiulias et casas et casals que habeo uel debeo a ga de ipso Sancto Micahel usque ad ipsam casam Arnalli Gaucefredi de ipsa Serra, et dimitto canonice iam dicte arcas et uexels et tinas et omnia uascula maiora et minora que sunt in predictis alodiis. Et dimitto Sancto Petro de Gaserres (sic) omnia alodia que habeo in Torrent et in Sau et in Cella Bona et in Uilla Spinosa et in Brugerollas sine uinculo et baiulia alicuius hominis. Et dimitto Sancte Marie Ameriensi [p. 198b] partem de alodio de Lomar, et dimitto Sancte Marie de Menleu .X. solidos denariorum de ipsis .XLVIII. solidos quos habet Petrus Alet baiulus meus, et Sancto Micaheli de ipsa Gardia .X. solidos de ipsis .XLVIII. et Sancto Petro de Gaserres ipsum blat et uinum et hoc quod remanet de ipsis .XLVIII. solidos, et omnia hec pro missis canendis, et dimitto iam dicte canonice sedis Gerunde .X. solidos plate quos Raimundus sacrista habet, et dimitto Sancto Petro Gallicantus .IIII. solidos plate quos mihi debet Guilielmus Stephani de Sancta Eugenia, et Sancto Felici solidos .III. plate de ipsis .IIII. quos mihi debet Bernardus Adroarii, et Sancto Martino solidos .II. plate quos mihi debet Arnallus Bernardi de ipso Arinio, et Sancto Danieli solidos .II. plate de ipsis .III. quos mihi debet Bernardus Arnusti, et Raimundo Mironi sacriste solidos .VIII. plate quos ipsemet habet et Petro clauigero solidos .II. plate et Guilielmo Arnalli solidum plate et Bernardo priori solidum .I. et Adelaidi de Gerundella solidos .VIIII. plate, et Guilielmo Raimundi filio eius solidos .VIIII. quos mihi debet Guilielmus Petri textor, et .II. quos mihi debet Bernardus Adroarii et Bernardus Arnusti, et ad meum sepulcrum .X. solidos plate et pro ipsis .VIII. solidos quos dimitto Arnallo det Raimundus sacrista .XVIIII. solidos denariorum de ipsis .XLIII. solidis Vicensibus, et alios que remanent de hiis cum aliis .XXVI. solidos bone monete gerundensis quos ipsemet habet dimitto presbiteris Sancte Marie pro missis et Guilielmo [p. 199a] sacriste ipsam meam archam que est in domo Petri Sesmundi.

Arxiu Diocesà de Girona ©

Fuit factum scriptum testamentum .II. idus nouembris anno .II. regnante Ludouico rege. Firmatum fuit a supradicto conditore Raimundo signo puncti, et a reliquis firmatoribus, scilicet Petro presbitero et Bernardo priore necnon Iuliano ac Petro presbiteris. Nos supradicti testes firmamus et iuramus in Deum et supradicto iuramento quia sicut superius scriptum est ita a supranominato testatore Raimundo ordinatum est et firmatum nobis uidentibus et audientibus per extremam uoluntatem suarum rerum, et insuper uidimus publicari et legi iam dictum testamentum in capitulo Gerundensi coram sacerdotibus et leuitis ceterisque canonicis infra primos .VI. menses post obitum predicti testatoris.
Late conditiones .V. kalendas iulii anno .V. regni Lodouici regis.
+Iulianus presbiter, Petrus presbiter qui supradictum testimonium dedimus et iurando firmauimus. Gaucefredus presbiter. Guilielmus Rollandi. +Poncius clericus. Raimundus Mironis leuita. +Petrus sacrista necnón et iudex.
Arnallus presbiter qui has conditiones rogatus scripsi et ss prenominato die et anno.

212

(1113)

Berenguer Gaufred, fill d'Adalgarda, fa homenatge de fidelitat al bisbe Berenguer de Girona pel castell de Juià.

Cart., p. 154b. Reg.: B 368.

Iuro ego Berengarius Gaucefredi, filius qui fui Adalgardis femine quod fidelis ero tibi Berengario Gerundensi episcopo de tua uita et corpore et de omni tuo honore quem hodie habes uel habere debes uel deinceps Deo dante habebis. Et hec omnia superius scripta non tollam tibi uel aliquid ex his omnibus ego nec homo uel homines, femina uel femine, per meum consilium uel per meum ingenium et adiutor ero tibi tenere et habere et defendere et guerram facere per fidem sine tuo engan hec omnia superius scripta contra cunctos homines uel feminas qui tibi exinde aliquid tulerint aut tollere uoluerint et ipsum adiutorium per fidem sine engan lut (sic) fare quantum uel per quantas uices mihi mandaueris uel commonueris per te ipsum aut per tuos missos uel missum et de ipsa forteda Iulano que ibi est uel erit, quam tu mihi dedisti potestatem tibi dabo per fidem sine engan quantum uel quantas uices la menderas uel exinde me requisieris. Sicut superius scriptum est si o tendrei et o atendrei ego predictus Berengarius Gaucefredi tibi prelibato Berengario Gerundensi episcopo per Deum et hec sancta.

213

1114, febrer, 23

Convinença entre el bisbe Berenguer de Girona i Humbert de Basella, per la qual aquest fa homenatge pel castell de Juià.

Cart., pp. 153b-154a. O.: *Mitra*, c. 3, núm. 128. Còpia: RC f. 153rv. Reg.: B 202; MARQUÈS, *Pergamins*, núm. 27.

Arxiu Diocesà de Girona ©

Hec est conueniencia facta inter Berengarium Gerundensem episcopum et Umbertum de Basilia de ipso castro de Iullano. Conuenit namque predictus Umbertus prenominato episcopo et successoribus suis per ipsum castrum de Iullano et per ipsos feuos quos habet per eum, quod de ista hora inantea sit suus fidelis homo et successorum suorum et adiuuet eum tenere fideliter et defendere omnem honorem Sancte Marie Gerundensis sedis quem hodie habet uel habere debet contra cunctas utriusque sexus personas qui de predicto honore Sancte Marie quicquam uellent auferre uel diripere. Conuenit idem predictus Umbertus predicto episcopo quod si predictum castrum de Iulano uenerit in adobertura quod predictus Umbertus mittat in ipso castro castellanum cum consilio predicti episcopi et successorum suorum. Item conuenit predictus Umbertus prenominato episcopo et successoribus suis quod de predicto castro de Iulano donet ei potestatem quantasque uices ipsi requisierint per se aut per suum nuntium aut nuntios, cum forfait aut sine forfait. Item conuenit predictus Umbertus predicto episcopo quod si qua donatio de predicto castro uel castellano de Iulano exierit, habeat eam predictus Umbertus et predictus episcopus per medium, et hoc totum conuenit facere predictus Umbertus sine engan.
Acta conueniencia .VII. kalendas martii annno .VI. regni Leudouici regis.
Sig+num Umberti, qui hanc conuenienciam feci, firmaui firmarique rogaui. Sig+num [p. 154a] Reamballi. Sig+num Dalmatii Bernardi de Petra Incisa. Sig+num Petri Bernardi de Palacio. Sig+num Gauberti Guilielmi.
Guilielmus leuita qui hanc conuenientiam rogatus scripsi (s. man.) die annoque prefixo.

214

1114, febrer, 23

Humbert de Basella fa homenatge al bisbe Berenguer de Girona pel castell de Juià.

Cart., p. 154a. O.: ADG *Mitra*, c 1, núm. 87. Còpies; RC f. 153v; LVC f. 146b. Ed.: VL 13, ap. 30, p. 271. Reg.: B 201; MARQUÈS, *Pergamins*, núm. 26.

Iuro ego Umbertus de Basilia filius qui fui Ode femine tibi Berengario Gerundensi episcopo quod ab ista hora inantea fidelis ero de uita tua et de tuo corpore et de omnibus membris qui in tuo corpore habentur et de ipso castro de Iullano et de potestate ipsius castri, quam dabo tibi quantasque uices tu predicte episcope eam mihi demandaueris, per te aut per tuum nuntium aut nuntios, et de omni honore quem ecclesia Sancte Marie Gerundensis sedis habet uel habere debet. Sicut superius scriptum est, sic tenebo, faciam et attendam sine engan totum tibi Berengari senior meus, per Deum et hec sancta.
Acto sacramentali .VII. kalendas martii anno .VI. regni Leudouici regis.
Sig+num Umberti, qui hoc sacramentum feci, firmaui firmarique rogaui. Sig+num Reamballi. Sig+num Dalmatii Bernardi. Sig+num Gauceberti Geralli, Sig+num Petri Bernardi de Palacio. Sig+num Berengarii Arnalli de Fuxano.
Guilielmus leuita qui hoc rogatus scripsi (s. man.) die annoque prefixo. [p. 154b]

215

1114, setembre, 13

Arxiu Diocesà de Girona ©

Bernat Ramon de Mata defineix a la canònica de la seu de Girona el mas Verdaguer.

Cart., pp. 253b-254a. Ed. parcial: CONSTANS, núm. 121. Reg.: B 203.

In Christi nomine, ego Bernardus Raimundi de Mata, hac scriptura indice, diffinio et euacuo ac omnino dimitto omnipotenti Deo et canonice sedis Sancte Marie Gerunde ipsum mansum de Uerdegario quem multociens michi querelauerunt canonici prefate sedis, quem recognosco alodium et iuris esse prefate canonice. Sicut habetur et continetur predictus mansus cum exitibus et regressibus suis, cum arboribus et uniuersis pertinentiis, cum censu et seruitio et omnibus ad se pertinentibus, sic dimitto illum eo et prefate canonice solide et libere sine ullo retentu quem ibi non facio ad proprium et francum alodium perpetim habendum et possidendum, et de mea potestate in ius et dominium prefate canonice illum trado et dimitto. Si quis hanc diffinitionem irrumpere temptauerit, nichil proficiat, sed pro sola presumptione prefatum mansum Deo et iam dicte canonice in duplum in eodem loco componat, hac scriptura firmiter persistente.
Que acta est idus septembris anno .VII. regni Lodoici regis.
Sig+num [p. 254a] Bernardi Raimundi, qui hanc difinicionem feci, firmaui firmarique rogaui. Sig+num Petri, filii eius. Gaucefredus clericus. Impressit scriptis signum Raimundus Ugonis. +Petrus Arnalli leuita. Bernardus scriptis fauet ipodiachonus istis.
Arnallus Iohannis presbiter qui hoc rogatus scripsi et ss prenotato die et anno.

216

1115, gener, 22

El papa Pasqual II confirma al bisbe de Girona els límits de la diòcesi i les possessions del mateix bisbat.

Cart., pp. 61b-62b. Ed.: MH ap. 353, col. 1.243; *Bullarium Romanum* Torí 1859, t. 11, p. 227. Reg.: B 206.

Paschalis episcopus seruus seruorum Dei uenerabili fratri Berengario Gerundensi episcopo eiusque successoribus canonice substituendis in perpetuum. Sicut iniusta poscentibus nullus tribuendus est effectus, sic legitima desiderantium non est differenda peticio. Tuis frater in Christo karissime Berengari precibus annuentes, ad perpetuam sancte Gerundensis ecclesie pacem ac stabilitatem presentis decreti stabilitate sanccimus ut uniuersis parrochie fines sicut a tuis antecessoribus usque hodie posessi sunt, ita omnino integra tam tu quam tuis successoribus in perpetuum conseruentur, [p. 62a] qui uidelicet fines ad meridiem Barchinonensis, ad occidentem Ausonensis, ad aquilonem Urgellensis et Helenensis parrochie limites tangunt, ab oriente in mare pertingunt. Confirmamus etiam eidem Gerundensi ecclesie uniuersa que ad eam in presenti indiccione .VIII. uidentur legitime pertinere et quecumque in futurum iuste atque canonice poterit adipisci. Decernimus igitur ut nulli omnino hominum liceat eandem ecclesiam temere perturbare aut eius posessiones auferre, uel ablatas retinere, minuire uel temerariis uexationibus fatigare, sed omnia integra conseruentur tam tuis quam clericorum et pauperum usibus profutura. Illud autem omnimodo interdicimus ne liceat eiusdem clericis prebendas aut posessiones eiusdem ecclesie retinere et suis usibus uendicare postquam eos ad episcopatum uel abaciam uel

Arxiu Diocesà de Girona ©

alias preposituras aliarum ecclesiarum transire contigerit. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisue persona hanc nostre constitutionis paginam sciens contra eam temere uenire temptauerit, secundo tercioue commonita, si non satisfactione congrua emendauerit, potestatis honorisque sui dignitate careat reumque se diuino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat et a sacratissimo corpore et sanguine Dei et Domini redemptoris nostri Ihesu Christi aliena [p. 62b] fiat, atque in extremo examine districte ultioni subiaceat; cunctis autem eidem loco iusta seruantibus sit pax Domini nostri Ihesu Christi quatinus et hic fructum bone accionis percipiant, et apud districtum iudicem premia eterne pacis inueniant. Amen, amen, amen.
(Rota) Ego Paschalis catholice ecclesie episcopus ss. Bene ualete.
Data Laterani per manum Iohannis sancte Romane ecclesie diachoni cardinalis ac bibliothecarii .XI. kalendas februarii, indictione .VIII. Incarnationis Dominice anno .MCXV., pontificatus autem domini Paschalis secundi pape anno .XVI.

216a

1115, febrer

Ermomir Ferrer fa donació a Bernat Vidal i a la seva esposa Adelaida d'un solar situat a Girona, al burg de Sant Feliu, que afronta amb el Galligans.

Cart., p. 4lter b.

In nomine Domini. Ego Ermumirus Faber et eius (sic) hac scriptura indice sponte dono tibi Bernardo Uitali compan meo uxorique tue Adalaidi ipsum meum ortal (...) extra meum pinaculum secus riuulum Gallicantus in honore Sancte Marie sedis et in parrochia sancti Felicis martiris Gerunde, foras muros ciuitatis Gerunde. Sicut habetur et continetur predictum ortale cum omnibus in se habentibus, sic ego predictus Ermomirus cum adempramentis et sufferimentis parietum circa se habentibus, uidelicet in ipsis de Mascardel de duabus unius medietatem in eundem meum pinaculum domus, sicut concluditur iamdictus ortal et affrontatur ab eisdem parietibus usque dictum riuolum Gallicantus, sic dono eum uobis predictis cum intratibus et regressibus suis, tali modo ut domos ibi faciatis et construatis si ibi facere uolueritis, et uos et omnis posteritas uestra post uos habendi et possidendi iamdicta omnia in perpetuum cum censibus, et donetis annuatim sicut ego dono episcopo Gerundensi et (..)berto clerico qui tenet ipsum per eum, caponem .I. annuatim. Et sicut superius dicitur, de meo in uestrum trado dominium et potestatem ad faciendum quidquid uolueritis saluo iure seniorum. Si quis contra hanc donationem uenire temptauerit, duplam compositionem uobis persoluat cum sua immelioratione, hac scriptura firmiter permanente.
Actum (...) februarii anno .VII. regni Ludouici regis.
Sig+num Ermomiri, qui hanc donationem (...)sse firmaui firmarique rogaui. Sig+num Guilielmi Bernardi. (s. man.) Petrus presbiter, qui hoc rogatus scripsi die et anno prefixo.

217

Arxiu Diocesà de Girona ©

1115, maig, 18

Ervigi, la seva esposa Ricsendis i el seu fill Ramon venen a Guillem Bernat, clergue, una terra situada a Parets, indret de Ramil, per l'equivalent de cinc sous i mig de plata.

Cart., p. 307ab. Reg.: B 204.

Sit notum cunctis presentibus et futuris quia Eruig et Ricsendis uxor mea cum filio meo Raimundo insimul uendimus tibi Guilielme Bernard clerico peciam unam alodii in parrochia Sancte Leocadie de Parietibus, in locum quem dicunt ad ipsum Ramil. Affrontat autem prefatum alodium a parte orientis in alodio Arnalli Guifredi de Palera, de meridie in ipso torrental, de occiduo in terra de Isarno, ab aquilone, in terra de Guilielmi Adalberti. Quantum infra istas quatuor affrontationes includitur, sic uendimus tibi Guilielme [p. 307b] prescriptum alodium, quod aduenit mihi per genitricem meam, propter solidos .V. plate et medium, quos accepimus a te in rem ualentem, taliter ut habeas eum in proprium alodium ad faciendum inde quicquid uolueris. Si quis contra hoc ad irrumpendum uenerit, non ualeat, sed in duplo componat cum sua melioratione.
Acta hec scriptura .XV. kalendas iunii anno .VII. regnante rege Lodouico.
Sig+num Eruig, sig+num Ricsendis, sig+num Raimundi, qui hanc uenditionem fecimus, firmauimus firmarique rogauimus. Sig+num Adalberti diachoni. Sig+num Guilielmi Petri. Sig+num Petri Mironis.
+Raimundus sacerdos, qui hoc rogatus scripsi die annoque (s. man.) prefixo.

218

1116, agost, 30

Girbert, prevere, ven a Joan Ramon, clergue, una casa situada a Girona, al burg de Sant Feliu, pel preu de 21 sous de plata de Girona.

Cart., pp. 334b-335a. Reg.: B 210, que data, per error, de 1117.

Sit notum cunctis presentibus atque futuris quoniam ego Girbertus presbiter, per presentem mee uenditionis scripturam uendo tibi Iohannes Raimundi clerice omnes domos cum solo et superposito et cum curtiliis cum parietibus et stillicidiis, cum exitibus et regressibus, cum ortis et ortalibus, cum arboribus et uitibus et omnibus ad se pertinentibus et uniuersa que qualicumque modo habeo et teneo et homines per me et in antea habere debeo in burgo Sancti Felicis, in alodio Sancte Marie Gerundensis sedis, in honore episcopali. Adueniunt mihi per uocem genitricis mee, per communionem et hedificationem et per alias plerasque uoces et auctoritates. Habent autem affrontationes ab oriente et meridie et occidente in calle et carrera publica, a parte circii in riuulo Gallicantus. Omnia quecumque qualibet uoce et auctoritate ego iam dictus Girbertus habeo et teneo et homines per me et in antea habere debeo intra iam dictas affrontationes per hanc scripturam uendo tibi prenominate Iohannes Raimunde clerice ad integrum, cum uniuersis ad se pertinentibus sine ullo retentu [p. 335a] et de meo iure in uestro trado dominium et potestatem, ad faciendum exinde quod uolueritis, excepto censu qui exinde exire debet Gerundensi episcopo. Accipio autem a te super hiis omnibus precium solidos .XXI. de plata gerundensi optima, et est manifestum. Si

Arxiu Diocesà de Girona ©

autem in crastinum quelibet persona contra hanc uenditionem quoquo modo uenire presumpserit, nichil penitus proficiat, sed pro sola presumptione iam dicta omnia tibi in triplum cum sua melioratione componat, hac uenditione firmissime persistente.
Acta .III. kalendas septembris anno .IX. regni Ludouici regis.
Guirbertus presbiter, qui hanc uenditionis scripturam fieri iussi, firmaui firmarique rogaui. Sig+num Petri Raimundi. Sig+num Petri Iohannis. Sig+num Belli Parfel. Sig+num Raimundi Ribot. Sig+num Bernardi. Sig+num Arnalli Raimundi. Sig+num Petri Suniarii. Sig+num Guilielmi Raimundi Breturi. Sig+num Stephani Fabri. Sig+num Franci Lambardi. (s. man.) Berengarius Girberti presbiter. +Guilielmus Rodballi, presbiter. +Tonardus clericus. +Ademarus clericus. +Petrus Andreas. +Berengarii. Berengarius Dei gratia Gerundensis ecclesie episcopus.
(s. man.) Poncius presbiter et monachus, qui hoc rogatus scripsi die annoque prefixo. [p. 235b]

219

1116, novembre, 30

El bisbe Berenguer de Girona confirma la donació a la canònica de la seva seu de l'església de Sant Feliu de Celrà, feta pel seu antecessor Berenguer, i en particular, d'un camp que posseïa en feu Arnau Blidguer.

Cart., pp. 196b-197b. Reg.: B 205.

Quoniam oportet semper episcopum ea que a predecessoribus suis iuxte et legitime ecclesie Dei sunt collata, si male tractata sunt in melius confirmare, idcirco ego Berengarius, Dei dignatione Gerundensis episcopus, recognosco uerum esse et laudo atque confirmo illud donum quod fecit Berengarius bone memorie Gerundensis episcopus canonice eiusdem sedis de ecclesia Sancti Felicis de Celrano cum decimis et primitiis et oblationibus fidelium, tam uiuorum quam etiam defunctorum [p. 197a] et cum uniuersis alodiis que prefata ecclesia Sancti Felicis habet uel habere debet in sua parrochia, ex quibus alodiis reddo et trado et in potestate prefate canonice transfero ipsum campum cum sacrariis quem Arnallus Blidgerii dicebat se tenere per feuum episcopi, quod omnino falsum est, sicut ueridici fratres nostri testantur et affirmant se audisse ab ipso ore iam dicti Berengarii bone memorie episcopi, quod numquam prefatus Arnallus iam dictüm campum et sacraria habuit in pignore pro tribus libris plate, quod procul dubio uerum est. Quem uero campum cum sacrariis sibi adherentibus, episcopali fretus auctoritate prefate canonice reddo et de mea potestate in eius dominium et ius transfero, pono atque mitto, ita ut nullo unquam tempore a me uel ab aliquo successorum meorum prefatum campum cum sacrariis ab eadem canonica diuellantur uel auferantur sed in dominio eiusdem canonice sint perpetim habenda et possidenda, quia iustum est ut ibi fructus eius expendantur ubi cotidianis sacrificiis et assiduis orationibus peccata mundantur. Accipio tamen ab eadem canonica libras .IIII. plate unde prenominatum Arnallum placare debeo. Quam traditionem siue redditionem si quis euertere temptauerit uel inrumperit, ex parte Dei omnipotentis [p. 197b] Patris et Filii et Spiritus Sancti et beatorum apostolorum Petri et Pauli et mea illum excommunico et a liminibus sancte matris Ecclesie sequestro, ut tamdiu excommunicationi noxie subiaceat donec resipiscat et digne Deo satisfaciat.

Arxiu Diocesà de Girona ©

Acta scriptura huius traditionis et confirmationis .II. kalendas decembris anno .VIII. regni Lodouici regis.
Berengarius Dei gratia Gerundensis ecclesie episcopus.
Arnallus Iohannis presbiter, qui hoc rogatus scripsi et ss prenotato die et anno.

220

1117, febrer, 14

El bisbe Berenguer de Girona concedeix a Pere Vidal, capellà de Santa Maria d'Ullà, de prendre certes prestacions de terres d'Ullà que pugui adquirir, i la primícia del mateix terme.

Cart., pp. 141b-142b. Reg.: B 207.

Quia secundum canonum institutiones maior minorem propagare, inchoare et augmentare debet ecclesia, ideo ego Berengarius, Dei gratia Gerundensis episcopus, cum consilio canonicorum in Gerundensi sede degentium, per presentem scripturam dono, assentio et licentiam prebeo ecclesie sancte Marie de Uliano et tibi Petre, eiusdem ecclesie capellane et successoribus tuis, ad meliorandum ipsam ecclesiam de Uliano uidelicet Sancte Marie, ut ab ipsa die habeatis licentiam tu et successores tui optinendi et emendi atque in pignore accipiendi terras proprias ab ipsis hominibus, si mansi uel mansate non fuerint unde porcus et aries et host mihi debeant exire, aut si borde non sunt, quas[p. 141b]cumque terras quas proprias uocant homines uel femine habent aut habuerint uel tenuerint infra terminos iamdicte parrochie de Uliano, tali modo ut quocumque tempore quolibet modo consequi potuerint habeat ipsa ecclesia iamdicti Ioci de U1iano et eius clerici iure perpetuo ipsas terras que, ut dictum est, non sunt de mansis uel mansatis unde prefatus census mihi exeat aut de ipsis bordis, exceptis ipsis taschis et tercia parte de calcaturis et exceptis ipsis manedis et ciuades et guardies. Ipse enim terre alie donant tascham, alie manedam, sed ex utrisque exit tercia pars de ipsa calcatura et ciuada et gardia de ipso blat. Sed ex uineis que ibi sunt aut fuerunt non solent exire aut exeant nisi tascha uel maneda et mustaticum. Prefatas terras et uineas, exceptis his prenominatis causis mihi et successoribus meis retentis, postquam quolibet modo adquisierit eas ipsa ecclesia de U1iano, habeat et teneat solide et libere et quiete ipsa et clerici Sancte Marie mea cessione, assensu et dono, et secure possideat omni tempore, salua mea dominatione per omnia et successorum meorum et saluo dono prenominate ecclesie de Ullano sicut superius scriptum est bona fide. Ipse etiam donationes, emptiones, laxationes siue impignorationes fiant cum consilio mei baiuli de ipsa uilla et ipse baiulus nullo modo contradicat, saluo suo usatico et retento [p. 142a] meo directo, sicut superius dictum est. Dono etiam prefate ecclesie Sancte Marie de Oliano ut in ipsa sua parrochia accipiat primitiam uicesimam partem tam panis quam uini et decimam ex hiis causis, unde uicarii non solent accipere que in conciliis et in sinodis iubetur decimari ecclesie. Si autem aliqua ecclesiastica secularisue persona contra presentem donationem, assensum atque licentiam uenerit ad inrumpendum, duplam compositionem prefate ecclesie persoluat cum omni inmelioratione, hac scriptura firmissime persistente. Sed si forte, quod absit, aliquis laicus in prefatis terris aliquam

Arxiu Diocesà de Girona ©

uicariam uel dominationem quolibet modo requisierit, iram Dei incurrat et tamdiu anathematis uinculis subiaceat, donec resipiscat et ad satisfactionem perueniat.
Acta sunt hec .XVII. kalendas marcii anno .VIIII. regni Lodouici regis.
Berengarius, Dei gratia Gerundensis ecclesie episcopus. Udalgarius, Gerundensis canonicus. +Berengarius, Bisullunensis archidiaconus. Berengarius caput scole. Bernardus prior. Gaufredus tandem causam confirmat eandem. +Guilielmus de Colonico. Berengarius presbiter. Bremundus leuita. Petrus Sendredi presbiter [p. 142b]. (s. man.) Bernardus presbiter. Arnallus leuita. Arnallus Iohannis presbiter ss. Poncius clericus. (s. man.) Guilielmus coraula secundus. Sig+num Bernardi Uentri.

221

1117, maig, 18

El bisbe Berenguer de Girona firma a Pere Ramon els béns que havia tingut Joan Ramon clergue situats al burg de Sant Feliu de Girona.

Cart., pp. 344b-345a. Reg.: B 208.

In nomine Domini, notum sit cunctis quoniam ego Berengarius, Dei gratia Gerundensis episcopus, cum consilio et assensu Gerundensium clericorum, laudo atque concedo tibi Petre Raimundi omnes plantas quas habes et tenes in alodio Sancte Marie sedis Gerunde et Sancti Felicis [p. 345a] tam in domibus uel hedificiis et condirectis quam in uineis et in heremi perprisionibus, sicut Iohannes Raimundi clericus melius habuit et tenuit et in scripturis continetur quas inde sibi fecerunt Guilielmus Oliba et Garsendis uxor eius simul cum eorum infantibus Bernardo clerico atque Guilielma femina. Insuper dono tibi in burgo Sancte Marie, in comparationibus scilicet quas Iohannes Raimundus clericus ibi fecit, et in suo testamento tibi dimisit, totum ipsum senioraticum quod inde aliquo modo exiit, excepta iustitia placitorum et denariis qui inde exeunt per censum Gerundensi episcopo. Prefatum donum facio tibi et infantibus tuis tueque posteritati eo tenore ut non sit uobis licitum predicta omnia uel aliquis ex eis uendere aut impignorare nisi clericis aut hominibus eiusdem honoris Sancte Marie.
Actum est hoc .XV. kalendas iunii anno .VIIII. regni Ledouici regis.
Berengarius Dei gratia Gerundensis episcopus ecclesie. Gaucefredus Bissulunensis archileuita. Berengarius Petralatensis archileuita. Berengarius caput scole. +Petrus sacrista.
(s. man.) Petrus presbiter, qui hoc rogatus scripsi die et anno quo supra. [p. 345b]

222

1117, maig, 25

Bernat Ramon, sagristà de Sant Feliu de Girona, firma a Ramon Mir, clergue de Sant Pere de Galligants, unes cases situades al burg de Sant Feliu de Girona.

Cart., p. 351a. Reg.: B 209.

Arxiu Diocesà de Girona ©

Sit notum cunctis presentibus atque futuris quoniam ego Bernardus Raimundi, sacrista Sancti Felicis Gerunde cum consilio Berengarii gratia Dei Gerundensis episcopi et assensu Gerundensium clericorum laudo atque confirmo tibi Raimunde Miri clerici Sancti Petri Gallicantus omnes domos cum uniuersis ad se pertinentibus quas habes et tenes in alodio Sancte Marie sedis Gerunde in burgo Sancti Felicis in comparationibus scilicet quas Iohannes Raimundi clericus ibi fecit et in suo testamento tibi dimisit, totum ipsum senioraticum quod inde aliquo modo exiit, exceptis denariis qui inde exeunt per censum Gerundensi episcopo.
Acta .VIII. kalendas iunii anno .VIIII. regni Lodouici regis.
(s. man.) Bernardus presbiter et sacrista Sancti Felicis. Berengarius Dei gratia Gerundensis ecclesie episcopus. +Berengarius Petralatensis archileuita. Sig+num Petri presbiteri. (s. man.) Petrus Raimundi presbiter.
(s. man.) Uillelmus presbiter, qui ista scriptura scripsit die et anno prefixo. [p. 351b]

223

1117, desembre, 19

Guillem de Cervià defineix a la seu de Girona i a Sant Feliu de Celrà certes cases de la sagrera de Celrà, per 7 sous de plata.

Cart., p. 203ab. Reg.: B 211, que data de 1119.

Sit notum cunctis presentibus atque futuris quoniam ego Guilielmus que uocant de Ceruiano diffinio et euacuo atque omnino derelinquo omnipotenti Deo et sancte Marie sedis Gerundensis et ecclesie Sancti Felicis de Celrano omnia illa sacraria quecumque sunt que ego querelabam per uocem aui mei Gaufredi Bastonis uel per alias uoces. Sicut habentur et continentur predicta sacraria cum censu et seruitio et omnibus que inde exeunt, sic diffinio et dimitto Deo et prefatis ecclesiis in manu dompni Berengarii episcopi et canonicorum eius predicta sacraria, ut ego uel aliquis per meam uocem numquam amplius possimus aliquid requirere in eis, sed secure et quiete possideant ea iamdicte ecclesie, scilicet Sancta Maria et Sanctus Felix in perpetuum. Accipio autem a predicta diffinitione .VII. solidos plate. Si quis contra hanc diffinitionem temerario ausu ad irrumpendum uenerit nichil proficiat, sed pro sola presumptione duplam compositionem Deo et prefatis ecclesiis iuste persoluat.
Actum est hoc .XIIII. kalendas ianuarii anno .X. regni Lodouici regis.
Sig+num [p. 203b] Guilielmi que uocant de Ceruiano, qui hanc diffinitionem seu euacuationem feci, firmaui firmarique rogaui. Sig+num Bernardi de Palad. Sig+num Arnalli Azals. Sig+num Raimundi Rodballi. Sig+num Petri Mironis, clerici. Sig+num Bernardi de Riupollet.
(s. man.) Poncius presbiter et scriptor, qui hanc diffinitionem uel euacuationem scripsi die et anno quo supra.

224

1120, febrer 22

Arxiu Diocesà de Girona ©

Trutgarda ven a Joan, dit Mascardell, i a la seva esposa Guisla una casa situada al burg de Sant Feliu de Girona, pel preu de 10 morabatins.

Cart., p. 328ab. Reg.: B 212.

In Christi nomine. Ego Trutgardis femina, hac scriptura indice, uendo tibi Iohanni quem uocant Mascardel et uxori tue Guille ipsas meas domos in quibus habito, quas habeo per donum siue per comparationem condam Suniarii Sisualli sacriste seu per aliquas uoces in burgo Sancti Felicis martiris Gerunde super alodium Sancte Marie sedis. Et affrontant iam dicte domus ab oriente in domibus Archimballi et Petri Guilielmi Tiniosi, a meridie in orto Arnalli Adalis, ab occiduo uero necnon et circio ambiuntur ab ipsis callibus. Quantum inter has .IIII. affrontationes includitur, totum uobis iam dictis uotiue et potentialiter uendo, cum solo et supraposito et omni hedificio, sicut ego habeo eas et teneo. Insuper de meo iure trado eas in uestrum dominium et potestatem ad faciendum inibi et inde quodcumque uolueritis, cum cloacis et stillicidiis, exitibus atque regressibus suis, excepto ipso censu annuali, scilicet [p. 328b] denario uno episcopo et parilio uno caponum qui annuatim exinde debent exire seniori, uidelicet Petro Raimundi presbiteri (sic). Sicut superius scriptum est, sic cum omnibus in se existentibus et ad se qualicumque modo pertinentibus trado uobis iam dictis prefatas domos propter .X. marabetinos optimi auri quos inde mihi et prefato seniori donatis, qui habuit exinde duos marabetinos, .X. uero marabetinos accepi a uobis exinde manibus meis in integrum precium et est manifestum. Si quis contra hanc uenditionem ad irrumpendum uenerit, nichil penitus proficiat, sed pro sola presumptione duplam compositionem uobis persoluat, hac scriptura firmissime persistente.
Actum est hoc .VIII. kalendas marcii anno .XII. Ludouici regis.
Sig+num Trutgardis, qui hanc uenditionem fieri iussi, firmaui firmarique rogaui. Sig+num Petri Suniarii. Sig+num Arnalli Bernardi. Sig+num Bernardi Gaucberti. Berengarius, Dei gratia Gerundensis ecclesie episcopus. (s. man.) Petrus Raimundi presbiter.
(s. man.) Bernardus clericus, qui hoc rogatus scripsi die et anno quo supra.

225

1120, juny, 10

Bernat Vidal i Adelaida, esposos, venen a Bernat Gausbert i a la seva esposa Morella una terra situada a Girona, prop del riu Galligants, pel preu de quatre sous i mig de diners, amb reserva de cens per al bisbe.

Cart., f. 4lter b. Reg.: B 512.

Hoc est translatum quod sic incipit. Sit notum omnibus presentibus atque futuris quoniam ego Bernardus Uitalis cum uxore mea nomine Adaledis uenditor sum tibi Bernardo Gaucberti et uxori tue Murela ipsa mea pecia terre cum ipsa medietate de ipsa pariete quam habeo cum Johannes (sic) Mascardelli. Est autem dicta pecia terre in alodio Sancte Marie siue super riuulum Gallicantus et iuxta domibus Arnalli Bernardi. Affrontat autem a parte orientis siue meridie in domibus siue in terra Mascardelli, ab occiduo in domibus Arnalli Bernardi prescripti, a parte uero circii in riuulum Gallicantus. Sicut terminantur et

Arxiu Diocesà de Girona ©

includuntur iam dicta omnia superius scripta cum omnibus sibi qualicumque modo pertinentibus siue cum exiis et regressiis, sic uotiue et potencialiter uendimus uobis prescriptis per .IIII.or solidos et medium denariorum ad quodcumque uolueritis faciendum, ea condicione ut donetis per unumquemque annum pro censu capun .I. Si quis contra hanc uindicionem quocumque modo uenire presumpserit ad irrumpendum, duplam compositionem uobis persoluat cum omni immelioratione, hac uendicione firmissime persistente.
Actum est hoc .IIII. idus iunii anno .XII. Ludouici regis.
Sig+num Bernardi, sig+num Adalaidis, qui hanc uendicionem fieri iussimus, firmauimus firmarique rogauimus. Sig+num Bernardi Uidal. Sig+num Adalaydis. Sig+num Petri Guilielmi Tinos.
Poncius presbiter et monachus, qui hoc rogatus scripsi cum litteris superpositis die et anno quo supra.

226

1120, novembre, 2

Arnau Adais i Garsendis, esposos, estableixen a Nadal una casa situada al burg de Sant Feliu de Girona, a cens de mig morabatí, per 34 morabatins d'or d'entrada.

Cart., pp. 323b-324b. Reg.: B 213.

Hec sit semper omnibus hominibus notitia tam futuris quam et presentibus stabilis et firma, quoniam ego Arnallus Adalis cum uxore mea nomine Garsendis in Dei nomine, hac scriptura indice, donamus Natali et omni tue posteritati aliquid de meo honore, uidelicet ipsos casales cum solo et omni hedificio, exitibus atque regressibus suis quos per comparationem aut per aliquas uoces habemus et tenemus in burgo Sancti Felicis Gerunde, iuxta ipsum fornum super alodium Sancte Marie sedis, qui affrontat ab oriente et occidente et septentrione a circumseptis callibus, a meridie uero in ipso pariete ipsius furni, sicut diuidit de calle in callem, ita etiam ut habeamus communiter nos et nostri, uos et uestri sufferimentum et eleuamentum et adempramentum ad nostram et uestram uoluntatem super iam dictum parietem. Quantum ab hiis quatuor affrontationibus ambitur atque concluditur, totum tibi Natale iam dicte uotiue et potencialiter donamus et in tuam potestatem tradimus, cum cloacis et stillicidiis et omnibus adempramentis ad faciendum inibi et inde quodcumque uolueris preter in prefatum parietem, qui est communis, ea condicione ut annuatim persoluas nobis tu et tui in festiuitate Sancti Andree medium marabetinum pro censu, siue nostris qui nostram uocem hoc censum tibi tuisque quesierit [p. 324a]. Sed si uendere uolueris prelibata omnia prius nos aut nostros amoneas inde per triginta dies; deinde, si nos uel nostri ea emere non uoluerimus sicut alii homines, sit tibi et tuis licitum uendere cuicumque uolueris, excepto militi et clerico. Preterea est inter te et nos conuentum atque constitutum quod si ex nostra pariete per aliquam iustam uocem aut rationem conclamantum (sic) uel requisitum fuerit tibi uel tuis in prelibatis omnibus et nos non potuerimus aut noluerimus te iuste defendere ut ea in pace teneres, tantum et tamdiu teneas prenominatum censum donec rationabiliter te uel tuos post te nos uel nostri inde deffendamus. Sicut scriptum est, sic donamus tibi et tuis cui uel quibuscumque largiri uolueris iam dicta omnia cum omnibus in se existentibus et ad se qualicumque modo

Arxiu Diocesà de Girona ©

pertinentibus per fidem sine engann. Et propter hoc donum accipimus a te .XXXIIII. marabetinos optimi auri, et est manifestum. Si quis contra hoc donum uenerit ad irrumpendum nichil penitus proficiat, sed pro sola presumptione duplam compositionem tibi persoluat cum omni melioratione, hac scriptura firmiter persistente.
Actum est hoc .IIII. nonas nouembris anno .XIII. regis Ledouici.
Sig+num Arnalli Adalis, sig+num Garsendis, qui hanc cartam fleri iussimus, firmauimus firmarique roga[p. 324b]uimus. +Petrus Arnalli presbiter, sig+num Guilielmi Arnalli, sig+num Arnalli Arnalli, eorum filii. Berengarii. Sig+num Raimundi Petri Bonardel. Sig+num Petrus Amelii. Sig+num Petrus Suniarii. Sig+num Berengarii Petri. Berengarius, Dei gratia Gerundensis ecclesie episcopus sss. (s. man.) Hoc letabundus confirmo coraula Raimundus. (s. man.) Berengarius presbiter et sacrista Sancti Felicis. Arnallus Iohannis, sacrista secundus ss.
(s. man.) Bernardus clericus, qui hoc rogatus scripsi die et anno quo supra.

227

1121, desembre, 21

Ramon Miró, clergue, i Pere Ramon venen a Bernat Ramon, sagristà de Sant Feliu de Girona, la dominicatura que tenen al burg de Sant Feliu de Girona per llegat de Joan Ramon, per una lliura de plata de Girona.

Cart., pp. 345b-346a. O.: ACG Roura, núm. 183. Reg.: B 214.

Sit notum cunctis presentibus atque futuris quoniam nos scilicet Raimundus Mironis clericus et Petrus Raimundi, nutriti cuiusdam clerici Iohannis Raimundi, per presentem nostre uenditionis scripturam uendimus tibi Bernardo Raimundi, clerice et sacrista Sancti Felicis ipsam nostram dominicaturam ac propietatem quam habemus in domibus et curtiliis et parietibus siue stillicidiis, cum exitibus et ingressibus, cum ortalibus et laboribus et omnibus ad se pertinentibus et uniuersa que qualicumque modo homines tenent per nos, cum censu et seruitio et placitis eorum, que omnia sunt in burgo Sancti Felicis, in alodio Sancte Marie Gerundensis sedis, in hònore episcopali. Adueniunt nobis per uocem et laxationem prefati clerici Iohannis Raimundi senioris nostri, cui aduenerunt per comparationem quam inde fecit a quodam presbitero Girberto et Guilielmo Constantii et uxore sua, quibus successit istud, tam per comparationem quam etiam per parentum successionem. Affrontant autem hec omnia ab oriente et meridie in calle et carrera publica, a parte circii in riuo Gallicantus. Sicut habentur et continentur hec omnia superius scripta et homines habent per nos et super nos intra iam dictas affrontationes, sic per hanc scripturam nos prelibati Raimundus [p. 346a] scilicet et Petrus, uendimus tibi prenominate Bernarde clerice omnia superius scripta ad integrum cum censu et seruitio et uniuersis ad se pertinentibus, sine ullo retentu quem ibi non facimus, propter libram unam plate gerundensis monete optime ad pensum, et de nostro iure in tuum tradimus dominium et potestatem ad faciendum exinde quod uolueris, excepto ipso censu qui exinde exire debet Gerundensi episcopo, scilicet denarios .X. gerundensis monete. Si autem in crastinum quelibet persona contra hanc uenditionem quocum que modo uenire presumpserit, nichil penitus proficiat, sed pro sola presumptione iam dicta omnia tibi in triplum sua cum melioratione componat hac uendicione firmissima persistente.

Arxiu Diocesà de Girona ©

Que acta est .XII. kalendas ianuarii anno .XIIII. regni Lodouici regis.
Raimundus presbiter. Sig+num Petri Raimundi, qui hanc uendicionem fecimus, firmauimus et testes firmare rogauimus. Arnaldus Iohannis sacrista ss. Bernardus presbiter. Petrus Mironis leuita. +Salomonis capellanus et iudex. Bernardus presbiter. Berengarius Dei gratia Gerundensis ecclesie episcopus, qui salua pontificali iusticia Gerundensis [p. 346b] ecclesie hoc firmo. Berengarius capud scole atque iudex.
(s. man.) Petrus Guilielmi presbiter, qui hoc rogatus scripsi die annoque prefixo.

228

1122, febrer, 20

Estefania de Fonolleres defineix al bisbe Berenguer de Girona les exaccions que es prenia a l'església de Sant Cristòfol de Fonolleres.

Cart., pp. 165b-166a. Reg.: B 217.

In Dei nomine ego Sthephania de Fenollariis dimitto et delibero Deo et Sancto Christoforo de Fenollariis et Berengario Gerundensi episcopo et tibi Raimunde Stephani plebano ipsam donationem siue dominium siue seruitia quod hactenus habui in plebano uel in clericis predicte ecclesie, ita ut neque ego neque aliquis mee posteritatis uel alterius generositatis per me aut per meam uocem uel subcessionem in supradicta ecclesia uel in suis clericis amplius ualeat aliquid querere uel inuestigare, neque per censum neque per usaticum neque per seruitium siue per aliquod ingenium, sed prefati clerici libere redant sua iura ecclesie Sancti Christofori ac Gerundensi sedi debitam obedientiam amodo et usque in sempiternum.
Actum est hoc .X. kalendas martii anno .XIIII. regni Leodouici regis.
Sig+num Sthephanie que hoc firmaui firmarique rogaui. Sig+num Raimundi Pontii. Sig+num Umberti patris. Sig+num Umberti filii eius. Sig+num [p. 166a] Guilielmi Gaucberti. Sig+num Petri Tos. Sig+num Raimundi leuite. Sig+num Geralli presbiteri.
Bernardus scriptor (s. man.).

229

1122, octubre, 26

Ponç, fill d'Elvira vescomtessa, fa homenatge al bisbe Berenguer de Girona.

Cart., pp. 147b-148a. Reg.: B 219.

Iuro ego Poncius filius qui sum Ieluire femine uicecomitisse, ut de ista hora inantea fidelis ero ad Berengarium episcopum Gerundensem sine engan et sine malo ingenio et absque ulla deceptione, et de ista hora inantea non decebre Berengarium suppradictum de sua uita neque de suis membris que in corpus suum tenet, neque de ipso episcopatu sancte Marie Gerunde neque de ipsis omnibus que ad iam dictum episcopatum pertinent, neque de ipsos

Arxiu Diocesà de Girona©

alodios uel feuos quos hodie habet uel inantea cum meo consilio acquisierit. Hec omnia predicta no la tolrei ego Poncius iam dictus ad Berengarium predictum non le.n tolrei nec homo nec femina nec ego nec homines nec femine per meum consilium uel per meum ingenium, et adiutor ero ego supradictus Poncius ad Berengarius suprafatum hec omnia [p. 148a] supradicta atendere et habere contra cunctos homines uel feminas qui tollere uoluerint aut tulerint. Hec omnia suprascripta et sicut superius dictum est ac si o tenre et o atendre ego Poncius supradictus ad Berengarium episcopum supradictum per Deum et suis sanctis per directam fidem sine suo engan.
Actum est hoc .VII. kalendas nouembris anno .XV. Lodouici regis.
Sig+num Poncii uicecomitis.
(s. man.) Guilielmus presbiter, qui hoc rogatus scripsit die et anno quo supra.

230

1123, gener, 7

El bisbe Berenguer de Girona encomana a Ramon Arnau d'Anglès ial seu fill Ramon el castell de Sant Sadurní.

Cart., pp. 236a-237a. O.: ADG *Mitra*, c. 17, núm. 94. Ed.: MARQUÈS, a "Estudis sobre el Baix Empordà" 3 (1984), pp. 100-102. Reg.: B 215, que data de 1122; MARQUÈS, *Pergamins*, núm. 35.

In nomine Domini nos Berengarius sancte Gerundensis ecclesie episcopus, simul cum omnibus ipsius ecclesie clericis, comendamus tibi Raimundo Arnalli et filio tuo Raimundo ipsum castrum Sancti Saturnini ad nostram fidelitatem et nostrum seruitium, ut reddatis nobis illud et successoribus nostris uidelicet episcopo et canonicis prelibate ecclesie post nos futuris quocienscumque per nos uel per nuntios nostros uobis illud quesierimus; et pro castellania ipsius castri et fidelitate nostra damus uobis ad feuum quartam partem alodii auiotici, idest medietatem ipsius alodii quod Poncius caput scole habuit per paternam et maternam uocem in parrochia Sancti Saturnini simulque cum omnibus adempramentis quos dictum castrum habet per pascua, nemora uel ligna, exceptis hominibus quos Gerundensis canonica habet in predicta parrochia Sancti Saturnini et eis omnibus exceptis que eisdem hominibus supposite canonice quolibet modo necessaria fuerint. Prefatam autem donationem siue ipsius castri comendationem facimus uobis hac condicione ut in hominibus uel in omni honore que Gerundensis canonica habet uel cum nostro (sic) consilio habitura est in predicta parrochia Sancti Saturnini ulla occasione uel calliditate non faciatis ullam uim uel exaccionem, direptionem uel sub[p. 236b]tractionem seu aliquam usurpationem neque aliquem usaticum, maximum siue minimum. Laudamus insuper uobis ipsam medietatem alodii ecclesie Sancti Saturnini pro qua Gerundensis ecclesia uos uel uestram posteritatem numquam excomunicatione uexabit eo quod commutationem uestri proprii alodii siue feui a uobis inde accepimus. Preterea in predicta comendatione siue donatione hanc facimus nobis reseruationem ut post obitum uestrum non liceat uobis aliquid de supradictis comendationibus siue donationibus quas uobis facimus dimittere uel donare nisi uni tantum persone extirpe uestra descendens eandem fidelitatem et seruitium que nobis facitis et conuenitis conuenientiis scriptis et sacramentis nobis et successoribus nostris faciat et adtendat. Concedimus tamen uobis uel si contigerit nos accipere potestatem

Arxiu Diocesà de Girona ©

de castro Sancti Saturnini uel in eodem castro aliqua necessitate uelle manere tamdiu nostras domos ad dexteram partem ecclesie sitas in quibus quod uestrum erat nobis donastis, inhabitetis quousque prenominatum castrum uobis reddamus. Donamus etiam uobis medietatem ipsius campi quem uocant de ipsa Guardia quem Pontius caput scole in suo [p. 237a] testamento Guilielmi Amati condam dimisit simul cum medietate uillule que in eodem campo habetur, eo tenore ut quartam partem ipsius campi et uillule que in eodem ad feuum per uos habeatis et quartam aliam partem ad proprium alodium libere possideatis. Concedimus ad ultimum tibi Raimundo Arnalli de Angles et filio tuo Raimundo ut in supradicto castro de Sancto Saturnino nulla laica secularisue persona cuiuslibet generis per nos siue per successores nostros aliquid habeat nisi solummodo qui tibi et filio tuo Raimundo genere uel consanguinitate unitorum extiterit. Si quis hanc scripturam comendationis seu donationis irrumpere temptauerit, nichil proficiat, sed pro sola presumptione duplam compositionem inde persoluat hac scriptura firmiter persistente.
Que acta est .VII. idus ianuarii anno .XV. regni Lodouici regis.
Berengarius Dei gratia Gerundensis episcopus. +Ista suprascripta Bernardus firmo sacrista. Arnallus Iohannis presbiter et sacrista sedis ss. Sig+num Raimundi Arnalli. Sig+num Raimundi filii eius. Berengarius caput scole atque iudex. Bermundus leuitha.

231

(1123), gener, 7

Ramon Arnau d'Anglès i el seu fill Ramon fan jurament de fidelitat al bisbe i als canonges de la seu pel castell de Sant Sadurní.

Cart., p. 237b. O.: ADG c. 17, núm. 96. Ed.: MARQUÈS, a "Estudis sobre el Baix Empordà" 3 (1984), p. 102. Reg.: B 216; MARQUÈS, *Pergamins*, núm. 33.

Iuro ego Raimundus Arnalli de Angles et filius meus Raimundus uobis dompne Berengari Gerundensis episcope et canonicis Gerundensis sedis et omnibus successoribus uestris quod quamdiu uixero fldelis ero uobis de castro Sancti Saturnini et de ipsa turri et de omni fortitudine que est in circuitu dicti castri, et dabo uobis potestatem eiusdem castri per quantas uices me inde requisieritis per uos aut per uestros nuntios sine engan, cum forfattura aut sine forfattura et sine dono de nostro auere, et non uetabo me inde uideri et non auferam illud Gerundensi canonice quocumque modo nec permittam auferri me uolente aut sciente, et in iam dicto castro non faciam ullum impedimentum ad dampnum Sancte Marie et uestrum nec dabo illum castrum alicui nisi uobis et successoribus uestris dum uixerimus, et tibi donpne episcope predicte de omni honore Sancte Marie quem hodie habes et in antea cum meo consilio adquisieris. Sicut superius scriptum est sic tenebimus et atendemus quamdiu uixerimus per Deum et hec sancta.
Actum est hoc .VII. idus ianuarii.
Sig+num Raimundi Arnalli. Sig+num Raimundi filii eius. Arnallus Iohannis presbiter et sacrista sedis. (s. man.).
Petrus presbiter qui hoc translatum fideliter transtuli die et anno prefixo.[p. 238a]

232

Arxiu Diocesà de Girona ©

1123, juny, 3

Pere Llobet, clergue de Celrà, fill de Bernat Guillem Poch, defineix a la canònica de Girona el violari que tenia sobre els béns que havien estat de Ramon Ramon de Santa Coloma.

Cart., pp. 212b-213a. O. ACG Roura, núm. 185. Reg.: B 220.

In Christi nomine. Ego Petrus clericus de Celrano, filius qui fui Bernardi [p. 213a] Guilielmi Poch, diffinio et euacuo domino Deo et Sancte Marie sedis Gerunde et eius canonice ipsum totum uiolarium quod habeo et pater meus habuit in omni alodio quod fuit Raimundus (sic) Raimundi de Sancta Columba, quod est in Celrano. Sicut habetur et continetur totum prefatum alodium, sic diffinio pariter et euacuo Deo et prefate canonice ipsum uiolarium quod ibi habeo in uita mea, ita ut ego uel aliquis per meam uocem non possimus ibi aliquid requirere, sed semper maneat in ius et dominium prefate canonice perpetim habendum et possidendum. Quam diffinitionem si quis irrumpere temptauerit, nichil penitus proficiat, sed duplam compositionem Deo et prefate canonice in eodem loco componat.
Actum est hoc .III. nonas iunii anno .XV. regni Lodouici regis.
+Petrus leuita. Sig+num Petri Lobet, qui hanc diffinitionem manu propria firmaui et testes firmare rogaui. Sig+num Guilielmi Gasconis, presbiteri. Sig+num Guilielmi Iuliani. Sig+num Gila
berengarii (sic).
(s. man.) Bernardus ippodiachonus, qui hoc rogatus scripsi die et anno quo supra. [p. 213b]

233

1123, juny, 3

Pere Llobet clergue de Celrà, fill de Bernat Guillem Poch, defineix a l'església de Celrà totes les seves possessions.

Cart., pp. 216b-217a. Reg.: B 218.

In Dei eterni nomine ego Petrus clericus de Celrano, filius qui fui Bernardi Guilielmi Poch, diuino tactus amore, dono domino Deo et ecclesie Sancti Felicis de Celrano omne meum alodium quod habeo uel habere debeo in eius parrochia. Sicut habetur et continetur totum prephatum alodium cum exitibus et regressibus suis et uniuersis .IIII. affrontationibus siue cum omnibus in se existentibus et sibi qualicumque modo pertinentibus, sic dono illud uotiue et potentialiter Deo et predicte ecclesie Sancti Felicis propter Deum et remedium anime mee seu parentum meorum, et de meo iure et potestate in ius et dominium prefati Sancti Felicis iam dictum alodium trado solide et libere perpetim habendum et possidendum, et est manifestum. Quam donationem si quis irrumpere temptauerit nichil proficiat, sed duplam compositionem persoluat Deo et prefate [p. 217a] ecclesie Sancti Felicis.
Acta donatione .III. nonas iunii anno .XV. regni Lodouici regis.
+Petrus leuita qui hanc donationem feci et manu propria firmaui et testes firmare rogaui.

Arxiu Diocesà de Girona©

Sig+num Petri Lobet. Bernardus presbiter. Sig+num Guilielmi Iuliani. Sig+num Guilielmi Gasc, berri. Sig+num Guillabert.
(s. man.) Bernardus ipodiaconus qui hoc rogatus scripsit die et anno quo supra.

234

1124, agost, 30

Arnau Guillem de Cartellà defineix a la seu de Girona i al seu bisbe Berenguer les toltes i forces que es prenia a l'alou de la Presa, les tasques de la Bisbal amb el feu de Ventenac i drets sobre béns de la seu situats a Cartellà, Canet d'Adri ¡ Freixenet.

Cart., pp. l70a-171a. Reg.: B 221.

Pateat cunctis hanc scripturam legentibus quoniam ego Arnallus Guilielmi de Cartiliano prompto animo seu bona uoluntate et cum consilio et assensu filiorum meorum, uidelicet dompni Berengarii, Sancti Felicis abbatis et Gaucerandi, Menardi, Petri et Guilielmi, diffinio, euacuo atque omnibus modis derelinquo domino Deo et Sancte Marie sedis Gerunde atque Berengario eiusdem sedis episcopo omnibusque canonicis sibi subiectis omnia illa alodia et toltes et forcias siue malos usaticos que in honore Sancte Marie actenus iniuste me fecisse confiteor. Difinio primum canonice Sancte Marie totum illus alodium de ipsa Presa cum ecclesia que ibidem habetur, sicut supradicte sedis canonici multociens mihi proclamauerunt, et totum illud alodium de Fontibus. Diffinio iterum tibi dompno Berengario Gerundensis sedis episcopo suisque successoribus ipsas taschas Sancte Marie Episcopalis cum ipso feuo de Uentenac sine ullo retentu quem ibi non facio. Item diffinio supradicte canonice omnes illas toltas et forcias atque malos usaticos que in alodio quod fuit Soniarii Rufi hucusque feci iniuste et homines per me siue in alodio quod fuit Adalberti de Cartiliano, ubicumque sit et in omni alodio quod predicta canonica habet in Cartelliano [p. 170b] ubicumque sit, et in omni alodio quod prephata canonica habet in Cartilliano uel habere debet et in illo de Tornauels quod fuit Gadaudi Butric, et etiam in illo alodio quod fuit Dagoberti clerici, quod simili modo diffinio et euacuo atque derelinquo, et fratrum eius Adalberti et Guilielmi Guisadi. Quicquid denique in alodio Guilielmi Segarii et in Frexaneto rapui, tenui, seu quolibet modo habui, similiter diffinio. Hec omnia superius scripta propter Deum et remedium anime mee diffinio, euacuo atque omnibus modis derelinquo omnipotenti Deo et prefate Sancte Marie sedis episcopo atque canonicis eius et eorum successoribus, ita ut nec ego nec aliquis per meam uocem possimus aliquid requirere in hiis omnibus superius scriptis, sed secure et quiete hec omnia predictus episcopus et canonici eius successoresque eorum teneant et possideant omni tempore sine blandimento ullius uiuentis. Hanc igitur diffinitionem siue euacuationem si quis irrumpere temptauerit, non ualeat, sed pro sola presumptione duplam compositionem prefate Sancte Marie et canonicis eius persoluat hac scriptura firma perhenniter persistente.
Actum est hoc .III. kalendas septembris anno .XVII. regni Ledouici regis.
Sig+num Arnalli Guilielmi, sig+num Gaucerandi, sig+num Agenardi, sig+num Petri, filiorum predicti Arnalli, qui hanc cartam [p. 171a] fieri iussimus, firmauimus firmarique rogauimus. Sig+num Berengarii Tortuosi. Sig+num Bernardi Guilielmi Aqueuiue. Sig+num Petri Raimundi. Sig+num Raimundi Udalardi. Sig+num Guilielmi Berengarii de Clarano. Sig+num Arnalli Bernardi. Guilielmus ipodiaconus (s. man.).

Arxiu Diocesà de Girona ©

Petrus Guilielmi presbiter, qui hoc rogatus scripsi die annoque prefixo.

235

1127, febrer, 9

Vaslinus i la seva filla Garsendis fan donació per causa de núpcies a Pere Ramon de la meitat de possessions situades al burg de sant Feliu de Girona i d'altres que es troben als indrets de Vila-roja, Espirà i Algivira.

Cart., pp. 329b-330b. Reg.: B 222.

Sit notum cunctis presentibus atque futuris quoniam ego Uaslinus et Garsendis filia eius, hac indicante scriptura, donamus tibi Petre Raimundi medietatem tocius honoris quod ego predicta habeo et teneo et possideo in Gerunda et extra Gerunda uotiue et potentialiter, uidelicet medietatem de meis domibus ubi habito et ubique habeo, que sunt in burgo et in parrochia Sancti Felicis Gerunde et medietatem uinee que habeo in Uilla Rubea et medietatem de alia maiola que habeo in Aspirant et medietatem orti que habeo in Alguira et tota mea uexela et uascula maiora et minora dono tibi sicut habetur et continetur prescriptam medietatem honoris cum omnibus qualicumque modo ad eandem pertinentibus medietatem quocumque modo ad me Garsinda aduenit per uocem donationis ac laxationis aut per qualescumque uoces, sic ego et pater meus predictus donamus tibi prescriptas [p. 330a] medietates honoris uotiue et potentialiter sicut superius dicitur, et de nostro iure in tuum tradimus dominium et potestatem sine ulla reseruatione que ibi non facimus, ad faciendum quidquid uolueris ex predictis omnibus in uita uel in morte tua, tam ab infante quam sine infante procreato ex me et te ac sine blandimento ullius uiuentis preter censum et senioraticum quod inde exit senioribus. Et ego Uaslinus aliam medietatem honoris hordino uobiscum que est hereditas duarum filiarum Guilielmi Rainalli generis mei qui fuit condam, propterea ut teneatis et bene nutriatis eas tantum ac tamdiu ac medietas illarum habeatis et possideatis quousque ueniant ad etatem perfectam et unaqueque accipiat suam partem pro hereditate si uiue sunt; tunc si impignorare uel uendere uoluerint primum dicant uobis per .xxx. dies facta fadigatio in uobis si habere uolueritis suam medietatem sicut alter homo uoluisset habere sit eis licitum facere quodcumque uoluissent, sed si uoluntas uestra et earum fuerit ut maritetis eas cum uestro auere, hereditas earum cuncta bonorum uirorum huius ciuitatis debent euacuare et diffinire uobis insimul cum suis maritis ad faciendum huius medietatis honoris quicquid uolueritis sine ulla reseruatione quam amplius ibi non requirat nec ulIi suorum in perpetuum, sin autem faciant quicquid uoluerint ex medietate sibi debita. Si quis [p. 330b] contra iam dictam uenditionem uenerit ad irrumpendum, duplam compositionem tibi persoluat cum omni melioratione, hac scriptura firmiter persistente.
Que est acta .v. idus februarii anno .XVIIII. Lodouici regis. Sig+num Uaslini, sig+num Garsindis, sig+num Berengarii
filii eiusdem Uaslini, qui hanc donationem fieri iussimus, firmauimus firmarique rogauimus. Sig+num Petri Suniarii. Sig+num Berengarii Petri. Sig+num Mascardel. Sig+num Guilielmi Iohannis. Sig+num Bernardi Cras.
(s. man.) Petrus presbiter, qui hoc rogatus scripsi die et anno quo supra.

Arxiu Diocesà de Girona ©

236

1127, novembre, 19

Ramon Ademar de Rabós defineix a l'església de Sant Esteve de Pedret allò que en rebia, per 70 sous.

Cart., p. 169ab. Reg.: B 224.

Quia res ecclesiasticas sub dominio et potestate laicorum permanentes iniuste detentas ab eis esse cognoui, idcirco ego in Dei nomine Raimundus Ademari de Rabidoso, Dei timore compulsus dono et derelinquo et pacifico et euacuo domino Deo et ecclesie sancti Stephani de Petreto pro redemptione anime mee et parentum meorum et tibi Petro Primi capellano predicte ecclesie et tuis clericis Arnallo Pontii et Petro de ipsa Lacuna presbiteris [p. 169b] et omnibus successoribus uestris ipsum receptum meum quod ego et parentes mei soliti eramus accipere in capellania predicte ecclesie Sancti Stephani, ut nec ego nec aliquis filiorum uel filiarum uel successorum meorum ipsum receptum uobis uel subcessoribus uestris amodo requiramus. Accepi autem a predicta ecclesia et a te predicto Petro cappellano et a tuis clericis suprascriptis Arnallo et Petro .LXX. solidos denariorum mergurienses (sic). Si ego aut aliquis filiorum uel filiarum me uel successorum meorum hanc donationem, euacuationem, pacificationem et diffinitionem infregerimus predicte ecclesie et capellano et tuis clericis et successoribus uestris illate uiolentium dampnum in quadruplum restituamus uobis iam dictis personis presentibus et futuris, et postea hec scriptura firma et stabilis permaneat semper.
Actum est hoc .XIII. kalendas decembris anno .XX. renante Lodouico rege.
Sig+num Raimundi Ademari, qui hanc diffinitionem fieri iussi et firmaui et hos testes firmare rogaui. Sig+num Petri Primi, capellani. Sig+num Arnallum (sic) Pontii. Sig+num Petrus presbiter. Sig+num Petrus Raimundi. Sig+num Arnalli subdiaconi. Sig+num Guilielmi Gueralli. Sig+num Arnallus Primo. Sig+num Petrus Gonbert. Sig+num Petrus Gaufredi. Sig+num Bernardus presbiter.
Raimundo presbitero qui hanc diffinitionem scripsit sub (s. man.) die et anno quo supra. [p. 170]

237

1127, desembre, 1

Ramon Mir, la seva esposa i els seus fills Bernat, Berenguer i Guillem posen la coromina que tenen a Santa Eulàlia de Pujals dels Cavallers en batllia i defensa de la seu de Girona.

Cart., p. 255b. Ed.: CONSTANS, *Diplomatari*, núm. 130. Reg.: B 225.

Sit notum cunctis quoniam ego Raimundus Mir et uxor mea insimul cum omnibus filiis nostris Bernardo et Berengario atque Guilielmo mittimus nostram condaminam quam habemus in parrochia Sancte Eulalie de Puials cum domibus que sunt in capite huius condamine in potestate et baiulia atque defensione Deo et Sancte Marie et in manu dompni

Arxiu Diocesà de Girona ©

Berengarii Gerundensis episcopi et canonicorum eius, et donamus inde pro censu eminam .I. ordei, nos et omnis posteritas nostra, per unumquemque annum Deo et Sancte Marie et dompno episcopo et successoribus eius, et est manifestum.
Actum est hoc kalendis decembris anno .XX. regni Ludouici regis.
Sig+num Raimundus Mir, sig+num Bernardi, sig+num Berengarii, sig+num Guilielmi, filii eorum, qui hoc donum fecimus et firmauimus.
(s. man.) Arnallus leuita, qui hoc rogatus scripsi die annoque prefixo.

238

1128, març, 1

Berenguer Arnau, abat de Sant Joan de les Abadesses, defineix a la seu de Girona i al seu bisbe Berenguer la canoniza *d'Ordis i el feu de Llebrers.*

Cart., pp. l7lab. Reg.: B 223, que data de 1127.

Sit notum conctis presentibus atque futuris quoniam ego Berengarius Arnalli, abbas Sancti Iohannis Riuipollensis diffinio et euacuo Deo et ecclesie Sancte Marie Gerundensis et tibi Berengario eiusdem sedis episcopo tuisque successoribus omnique conuentui canonicorum ipsam canonizam de Ordeis simul cum ipso feuo de Lebres, totum illud quod ego ibi habeo uel homines per me pariter cum omnibus missionibus et melioramentis quas ego aliquo modo ibi feci, tali uidelicet pacto ut nulus homo post mortem meam in iam dicto honore per meam uocem aliquid requirat sed permaneat in proprietate et iure iamdicte ecclesie perpetuo possidendum.
Actum est hoc kalendis [p. 171b] marcii anno .XX. regni Lodouici regis.
Sig+num Berengarii Arnalli abbatis. Sig+num Arnalli prepositi. Arnallus presbiter et sacrista ss. Bernardus leuita. Raimundus Ostolensis leuita. Sig+num Cauarochas.
(s. man.) Petri Martini diachoni hoc rogatus scripsi die annoque prefixo.

239

1128, setembre, 9

Gaufred Aldeguer permuta amb Ramon Arbert, canonge de la seu, una casa situada a Girona, prop del cloquer vell de la seu, per una altra, situada a l'indret d'Angles, amb reserva de cens de mig sou de plata.

Cart., pp. 320a-321a. Reg.: B 226.

In Dei nomine ego Gaucefredus Audegarii, consilio et uoluntate dompni Berengarii, Gerundensis episcopi et canonicorum sui, facio tibi Raimundo Arberti Gerundensis sedis canonice commutationem illarum domorum quas ha[p. 320b]beo et teneo iuxta clocarium uetulum per Gaucefredum, Bisullunensem archidiaconum, pro quibusdam aliis domibus tui proprii alodii que sunt in Gerunda ciuitate, secus domos que fuerunt Petri Sendredi clerici, et eas que sunt ipsius archidiaconi quem uocant de Angles. Hanc commutationem siue

Arxiu Diocesà de Girona ©

alterationem predictarum domorum ea conditione tibi facio ut habeas eas et teneas omnibus diebus uite tue sine blandimento uel seruitio ullius inuentus (sic) quod nemini liceat a te exigere. Si uero uolueris eas dare, uendere uel impignorare, uel post obitum tuum cuilibet habendas relinquere, sit tibi licitum, clerico tamen sancte Gerundensis ecclesie canonico, qui tamen post obitum tuum mihi uel successoribus meis annuatim persoluat medium solidum argenti. Et non sit mihi licitum uel eis qui ab archidiacono supradictas domos habuerint exigere ab eo cui post te prefatas domos dimiseris aliud censum nisi prefatum. Si quis contra quod supra scriptum est uenire temptauerit, nichil proficiat, sed tripliciter tibi componat, hac eadem carta firmissime persistente.
Actum est hoc .V. idus septembris anno .XXI. regni Lodouici regis.
Gaucefredus [p. 321a] Lodegarii, qui istam cartam commutationis firmo. +Ista supradicta Bernardus firmo sacrista. Berengarius Gerundensis archileuita diachonus. Bernardus Ostolensis leuita. Berengarius presbiter hoc scriptum sig+no, Gerallus corde benigno+. Guilielmus Pontii presbiter. Bermundus presbiter. Berengarius Dei gratia Gerundensis ecclesie episcopus.
(s. man.) Iohannes ipodiachonus qui istam cartam scripsit die et anno quo supra.

240

1128, octubre, 10

Rarnon Guillern ven a Ponç Urgell, clergue de la seu, una part de l'alou que té a Sords, pel preu de 10 sous i 8 diners de Girona.

Cart., pp. 286a-287a. Reg.: B 227.

In Christi nomine, ego Raimundus Guilielmus uendo tibi Pontio Urgelli, Sancte Gerundensis sedis clerico, aliquantulum de meo alodio quod [p. 286b] habeo in ipsa parrochia de Surds, et affrontat ipsum alodium a parte orientis in uia que pergit Balneolas, de meridie in alodio de Berengari(sic) fratri meo quod tu tenes in pignus, de occidente in terra de Maiessenda, a parte uero circi in terra Arnalli Guilielmi fratris mei. Sicut ab hiis .IIII. affrontationibus prefata terra includitur simul cum ipsa porciuncula terre quam habeo cum fratre meo Berengario super ripam de ipso torrente uersus meridiem, sic ego prescriptus Raimundus uendo tibi prelibato Pontio totum ab integro, cum exitibus atque regressibus propter .X. solidos denariorum et .vni. denarios gerundensis monete; de meo iure in tuum trado dominium et potestatem ad faciendum inde sine blandimento ullius uiuentis qtiidquid uolueris. Quod si ego uel aliqua utriusque sexus persona contra presentem uenditionem ad irrumpendum uenerit, non ualeat uendicare quod requisierit, sed componat tibi prephata omnia in duplo in consimili loco, et postmodum firma maneat hec uenditio.
Acta uenditione .VI. idus octobris anno .XXI. regni Lodouici regis.
Sig+num Raimundi Guilielmi, qui hanc uenditionem feci, firmaui firmarique rogaui. Sig+num Berengarii Guilielmi. Sig+num Petri Berengarii. Sig+num Berengarii Arnalli. [p. 287a]
(s. man.) Petrus Guilielmi, qui hoc rogatus scripsi die annoque prefixo.

241

Arxiu Diocesà de Girona ©

1128, novembre, 25

Guillem Roig, la seva esposa Beatriu i els seus fills Guillem i Arnau enfranqueixen Vicenç, home propi seu que passa a ésser-ho de Pere, paborde de Celrà a la seu, per 15 sous de diners de Girona.

Cart., p. 212b. Reg.: B 228.

Sit notum cunctis quoniam ego Guiliemus Rubei et uxor mea Beatrix et filii mei Guilielmus atque Arnallus diffinimus Deo et Sancte Marie sedis Gerunde et tibi Petro preposito ecclesie Sancti Felicis Cilrano ipsum nostrum hominem nomine Uincentium. Ita diffinimus prefatum hominem ut nos nec aliquis per nos nec per nostram uocem deinceps requirere ualeamus. Propter hanc definitionem accipimus a uobis Uincentio .XV. solidos denariorum Gerundensis monete. Si quis contra hanc cartam diffinitionis ad irrumpendum uenerit non ualeat sed in duplo restauret.
Actum est hoc .VII. kalendas decembris anno .XXI. regni Lodouici regis.
Sig+num Guilielmi Rubei, sig+num Beatricis, sig+num Guilielmi sig+num Arnalli, qui hanc diffinitionem fecimus, firmauimus firmarique rogauimus. Sig+num Fascher, baiuli.
Petrus presbiter qui hoc rogatus scripsit die et anno quo supra.

242

1128, novembre, 28

Berenguer Guillem, la seva esposa Estefania i el seu fill Pere defineixen a la canònica de la seu i a Ponç Urgell els drets que reivindicaven sobre una casa situada a Sords.

Cart., pp. 282b-283a. Reg.: B 229.

Cunctis pateat hominibus quoniam ego Berengarius Guilielmi requirebam porcionem in illis alodiis que Bernardus Durandi donauit domino Deo et canonice Sancte Marie et ibi degentibus clericis cum filio suo Raimundo, uidelicet in ipsis domibus quas habeo in ipsa Burgada circa ipsas fratris mei Arnalli, unde iniuste retinebam par gallinarum et in exitibus atque regressibus quas prefata domus Bernardi Durandi semper habuit uersus occidentem, quam aliquo modo consequi non potuit. Idcirco ego prefatus Berengarius cum uxore mea Stephania et filio suo Petro, dono Domino Deo et canonice predicte sedis et tibi Poncio Urgelli prenominate sedis clerico totum illud quod in predictis alodiis aliquo modo querebam uel consequi existimabam, ut ab hodierna die et deinceps neque ego neque ahquis mee posteritatis uel consanguinitatis mea uoce aliquid requirere ibi ualeat, sed annuatim de predictis domibus de Burgada donem parilium .I. optimum gallinarum, nos et omnis nostra posteritas prelibate canonice et ibi degentibus. Si quis contra hanc difinitionem ad irrumpendum uenerit, non ualeat uendicare quod requisierit, sed componat predicta omnia in duplo prefate canonice.
Acta diffinitione .IIII. kalendas decembris anno .XXI. regni Lodouici regis.
Sig+num Berengarii Guilielmi, sig+num Stephanie [p. 283a] uxoris eius, sig+num Petri filii eorum, qui hanc diffinicionem fecimus, firmamuimus firmarique rogauimus. Sig+num Petri. Sig+num Berengarii de Falgars. Sig+num Raimundi de Filascons.

Arxiu Diocesà de Girona©

(s. man.) Petrus Guilielmi presbiter, qui hoc rogatus scripsi die annoque prefixo.

243

1128, novembre, 28

Névia i el seu fill Pere venen a la canònica de la seu de Girona i a Ponç Urgell, clergue, dues feixes de terra situades a Sords, per tretze sous de diners de Girona, amb pacte que els atorgants treballin les feixes, pagant-ne quart i braçatge.

Cart., pp. 283b-284a. O.: ACG, Roura, núm. 197. Reg.: B 230.

In Christi nomine, ego Neuia et filius meus Petrus uendimus domino Deo et canonice Sancte Marie et tibi Pontio Urgelli clerico aliquantulum de nostro alodio quod habemus infra terminos parrochie Sancti Stephani de Sords, uidelicet duas fexas terre. Affrontat predicta .I. fexa terre in uia que pergit Balneolas, de meridie in uia que pergit Gerundam, de occiduo in terra de Maiasenda, a parte uero circii in terra Berengarii fratris mei, quam tu tenes in pignus. Alia uero fexa affrontat in terra Arnalli Guilielmi fratris mei, de meridie in alodio Sancte Marie, de occiduo in uia, a parte uero circi in terra iam dicti Arnalli. Sicut habentur et continentur predicta alodia cum omnibus illorum affrontationibus et exitibus atque regressibus, sic nos predicti uendimus prefate canonice et tibi prenominato Poncio propter .XIII. solidos denariorum Gerundensis monete ex .XVI. in solido, eo tenore ut nos ea bene laboremus et baiulo predicte canonice quartum et brachaticum sine aliqua fraude fideliter donemus. Et si quis contra hanc [p. 284a] uenditionem uenerit ad irrumpendum, non ualeat uendicare quod requisierit, sed componat prefate canonice omnia in duplum et postmodum firma maneat hec uenditio.
Acta uenditione .IIII. kalendas decembris anno .XXI. regni Lodouici regis.
Sig+num Neuie, sig+num Petri, qui hanc uenditionem fecimus, firmauimus firmarique rogauimus. Sig+num Berengarii Guilielmi. Sig+num Raimundi de Filanis. Sig+num Berengarii de Falgars.
(s. man.) Petrus Guilielmi presbiter qui hoc rogatus scripsit die annoque prefixo.

244

(ca. 1128)

El bisbe Berenguer de Girona promet a Pere Ponç de Torroella donar-li deu unces d'or cada any fins que aquest obtingui l'església de Llampaies, i en rep hornenatge.

Cart., pp. l5Oab. O.: ADG, *Mitra*, c. 20, núm. 35. Ed.: Negre, a AIEG IV (1949), pp. 110-111. Reg.: B 365.

Hec est conuenientia facta inter Berengarium Gerundensem episcopum et Petrum Poncii de Torrozella. Donat idem episcopus predicto Petro et conuenit sibi dare .X. uncias auri Ualentie in argento aut in auro aut in mulo qui illas ualeat per unumquemque annum in festiuitate Penthecostes donec ecclesia de Lampadias ueniat predicto Petro in adopertura. Propter quod donum conuenit iam dictus Petrus prefato episcopo ut sit suus fidelis homo, et

Arxiu Diocesà de Girona ©

faciat ei hostes de suo corpore cum proprio conductu, et faciat sibi curtes et seguis et caualgadas et omnia alia seruicia que homo [p. 150b] debet facere suo bono seniori.

245

(ca. 1128)

Pere Ponç, fill de Guisla, fa homenatge al bisbe Berenguer de Girona, i li promet donar-li accés als seus castells de Torroella i Rocamaura, si li fossin necessaris per a la guerra.

Cart., pp. 150b-151a. O.: ADG, *Mitra*, c. 20, núm. 35. Ed.: Negre, AIEG 4 (1949), pp. 111-112. Reg.: B 366.

Iuro ego Petrus Poncii, filius Guille femine, quia ab ista hora et deinceps fidelis ero tibi Berengario Gerundensi episcope de tua uita et corpore et de omni honore quem hodie habes et habere debes uel deinceps Deo dante habebis, et iuro quod non tollam tibi eundem honorem ego uel homo aut femina, homines uel femine per meum consilium uel per meum ingenium, et si est homo aut homines, femina uel femine qui tollat uel tollant tibi totum uel aliquid de tuo honore, adiutor ero tibi per directam fidem sine engan tuus habere et tenere et defendere supradicta omnia contra cunctos homines aut feminas qui tulerint aut tollere uoluerint tibi predicta omnia aut aliquid de predictis omnibus. Et si opus tibi fuerit, iamdicte Berengari episcope, intrare et exire aut stare aut guerram facere de meis castellis, uidelicet de Roca Maura aut de Torodella, licentiam et potestatem tibi dabo exinde hoc facere per directam fidem sine tuo engan quociens uel quantum tibi opus fuerit, excepto contra comitem Impuritanensem et uxorem et filios eius. Et unum ex istis castellis supra dictis quale tu uolueris deliberabo tibi quamdiu guerram ex eis uolueris facere, si tibi opus fuerit aut me exinde requisieris, per te aut per nutios tuos. Sicut superius scriptum est si o.tendre et o.atendre ego predictus Petrus tibi Berengari predicte episcope [p. 151a] per dictam fidem sine engan per Deum et hec sancta.

246

(ca. 1128)

Ponç Guillem de Torroella jura fidelitat al bisbe Berenguer de Girona, i li promet accés als seus castells de Torroella i Rocamaura.

Cart., p. l5lab. O.: ADG, *Mitra*, c. 20. núm. 35. Ed.: Negre, AIEG 4 (1949), p. 112. Reg.: B 367.

Iuro ego Pontius Guilielmi, filius (blanc) femine, quia ab ista hora et deinceps fidelis ero tibi Berengario Gerundensi episcope de tua uita et corpore et de omni honore quem hodie habes et habere debes uel deinceps Deo dante habebis, et iuro quod non tollam tibi eundem honorem ego uel homo aut femina, homines uel femine per meum consilium uel per meum ingenium, et si est homo aut homines, femina uel femine qui tollat uel tollant tibi totum uel aliquid de tuo honore, adiutor ero tibi per directam fidem sine engan tuus, habere et tenere et defendere supradicta omnia contra cunctos homines aut feminas qui tulerint aut tollere uoluerint tibi predicta omnia aut aliquid de predictis omnibus. Et si opus tibi fuerit, iamdicte Berengari episcope, intrare et exire aut stare aut guerram facere de meis castellis,

Arxiu Diocesà de Girona ©

uidelicet de Roca Mora aut de Torrodella, licentiam et potestatem tibi dabo exinde hoc facere per directam fidem sine tuo engan quociens uel quantum tibi opus fuerit, excepto contra comitem Impuritanensem et uxorem et filios eius. Et unum ex istis castellis supradictis quale tu uolueris deliberabo tibi quamdiu guerram ex eis uolueris facere, si tibi opus fuerit aut me ex[p. 151b]inde requisieris, per te aut per nuntios tuos. Sicut superius scriptum est si o.tendre et o.atendre ego predictus Petrus tibi Berengari predicte episcope per dictam fidem sine engan per Deum et hec sancta.

247

1129, gener, 11

Berenguer Guillem i Estefania, esposos, junt amb els seus fills Pere i Joan, venen a la canònica de la seu dues peces de terra situades a Sords, pel preu de vuit sous de diners de Girona.

Cart., p. 283ab. Reg.: B 231.

In nomine Domini, ego Berengarius Guilielmi et uxor mea Stephania et filii mei Petrus et Iohannes uendimus domino Deo et canonice Sancte Marie et tibi Poncio Urgelli clerico duas petiunculas terre nostri alodii quas habemus et tenemus infra terminos Sancti Stephani de Sorts, quarum una affrontat a parte orientis in terra Bernardi Gaucelmi, de meridie in terra Sancte Marie, de circio in terra Neuie. Alia uero affrontat ab oriente in terra Bernardi Gaucelmi, de meridie in terra Sancte Marie, de occiduo in uia, de circio in terra Arnalli Guilielmi. Sicut ab hiis quatuor affrontationibus predicta alodia includuntur, cum earum exitibus atque regressibus, sic nos predicti uendimus domino Deo et prefate canonice Sancte Marie et tibi Poncio Urgelli clerico totum ab integro propter .vni. solidos denariorum Gerundensis monete et .xvi. in solido, taliter ut et nos et omnis nostra posteritas donemus semper predicte canonice ex omnibus que inde exierint quartum et brachaticum fideliter. Quod alodium aduenit nobis per uocem parentorum nostrorum siue per qualescumque uoces. Et si quis contra hanc uendicionem ad irrumpendum uenerit [p. 283b] non ualeat uendicare quod requirit, sed componat uobis prefata omnia in duplo, cum sua inmelioratione et postmodum firma permaneat hec uendicio.
Acta uendicione .III. idus ianuarii anno .XXI. regni Lodouici regis.
Sig+num Berengarii Guilielmi, sig+num Stephanie, sig+num Petri Berengarii, sig+num Iohannis, qui hanc uendicionem fecimus, firmauimus firmarique rogauimus. Sig+num Berengarii Arnalli. Sig+num Petri Seluag.
(s. man.) Petrus Guilielmi presbiter, qui hoc rogatus scripsit die annoque prefixo.

248

1129, gener, 15

Nevia, amb els seus fills Pere, Guillem i Ramon, venen a Ponç Urgell, clergue de la seu, una casa i tres oliveres, situat tot a Sords, per cinc sous de Girona.

Arxiu Diocesà de Girona ©

Cart., p. 281ab. Ed. parcial; CONSTANS, *Diplomatari*, núm. 131.

Sit notum cunctis hominibus quod ego Neuia cum filiis meis Petro, Guilielmo atque Raimundo uendimus domino Deo et canonice Sancte Marie et tibi Poncio Urgelli clerico aliquantulum nostri alodii quod habemus et tenemus infra terminos parrochie Sancti Stephani de Sords, uidelicet unam domum cum tribus optimis oliuariis, que omnia sunt iuxta ipsam Burgadam. Sicut habentur et continetur predicta domus cum iam dictis tribus oliuariis, sic nos prescripti uendimus prescripte canonice et tibi Poncio Urgelli totum ab integro propter .V. solidos denariorum Gerundensis monete ex .xvI. in solido, quos tu nobis inde donas. Taliter ut nos et omnis nostra posteritas donemus iam dicte canonice per unumquemque annum de ipsa domo parilium .I. optimum gallinarum et de ipsis oliuariis de uniuersis frugibus que Deus ibi dederit, quartum et brachaticum fideliter. Aduenit enim nobis prephata alodia per uocem parentorum nostrorum siue per qualescumque uoces. Et si quis contra hanc uenditionem ad irumpendum uenerit, non ualeat uendicare quod requisierit, sed componat uobis prefata omnia in duplo, et postmodum firma permaneat hec uenditio.
Acta uendicione .XVIII. kalendas februarii [p. 281b] anno .XXI. regni Lodouici regis.
Sig+num Neuie, sig+num Petri, sig+num Raimundi, qui hanc uendicionem fecimus, firmauimus firmarique rogauimus famis necessitate coacti. Sig+num Berengarii Arnalli. Sig+num Arnalli de Ortis. Sig+num Arnallus de Sancta Pace. Sig+num Bernardus de Lambilles. Ego Neuia supradicta cum filiis meis Petro, Guilielmo atque Raimundo, in supradicta uenditione pono tibi illam terram que est iuxta ipsam Berengarii Guilielmi, cum .VI. optimis oliuariis que sunt iuxta ipsas quas tu habes in ipsa Burgada, propter .XI. solidos denariorum prelibate monete quos tu nobis inde donas.
Petrus Guilielmi presbiter, qui hoc rogatus scripsit.

249

1129, agost, 21

Convinença entre el bisbe Berenguer de Girona i els germans Galceran de Sales i Bernat Joan, sobre les albergues de la vila de Bàscara.

Cart., pp. 90b-92a. Reg.: B 234.

Hec est pacificationis et concordacionis scriptura [p. 91a] que facta est inter Berengarium Gerundensem episcopum et Gaucerandum de Salis et Bernardum de Salis et Bernardum Iohannis fratrem eius intus in ipso castro de Salis, interuenientibus Berengario Arnalli abbate Sancti Iohannis et Gaucefredo Bisuldunensi archidiacono et Berengario Gerundensi capitiscoli, de adempramentis et usaticis quos predicti fratres Gaucerandus et Bernardus querebant in ipsa uilla de Baschara et de Monel et eorum terminis, excepta uilla Terrades, et de defensione et protectione quam predictus episcopus fieri petebat a prefatis fratribus Gaucerando et Bernardo in prenominatis uillis et eorum terminis, Baschara scilicet et Munel. Tandem predictorum nobilium uirorum qui interfuerunt in bona utriusque partis pace facta, dedit prephatus episcopus Berengarius prenotatis fratribus Gaucerando et Bernardo in prenominatis uillis de Baschara et Munel ut numquam quicquam aliud in eis uillis exigant uel accipiant ui uel gratis et ut contra cunctas utriusque sexus personas

Arxiu Diocesà de Girona ©

predictas uillas cum suis terminis et eorum habitatores presentes scilicet atque futuros [p. 91b] fideliter deffendant et ad fidelitatem Gerundensis sedis uiriliter protegant, excepto Bisuldunensi comite, in masaticis illis unde episcopus censales porcos accepit in festiuitate Sancti Felicis Gerunde que in kalendis celebratur augusti singulas migerias de cibaria ad mensuram hordeariam de Petralata quas per manus baiuli albergam uero laudauit prefatus episcopus prenominatis fratribus sub pretaxata conuenientia in prescriptis duabus uillis in mansis illis unde episcopus censum integrum accipit, scilicet porcum et multonem. De tribus migeriis suprascriptis de cibaria cum pane et carne que hominibus sex conuenienter sufficiat et cucionibus totidem si ibi fuerint. De mansis uero illis qui integrum censum episcopo non faciunt sed partem census, habeant ipsi fratres partem de alberga secundum prescriptam dispositionem. Mansata autem que fuit de Iohanne Auriolo excipitur ab hoc conuentu que numquam eis quicquam dabit. Prefatus autem episcopus et predicti fratres supra scriptam [p. 92a] pacificationem et concordiam Iaudantes sub fidelitate et hominio quo iuncti sunt et sub osculo pacis perhenniter obseruari statuerunt.
Actum est hoc .XII. kalendas septembris anno .XXII. regni Lodouici regis.
Berengarius Dei gratia Gerundensis ecclesie episcopus. Sig+num Gaucerandi. Sig+num Bernardi Iohannis. Sig+num Berengarii Arnalli, abatis Sancti Iohannis. Berengarius caput scole atque iudex.
Iohannes presbiter et monacus qui hoc scripsi die annoque (s. man.) prefixo.

250

1130, febrer, 25

Berenguer Guillem, la seva esposa Estefania i els seus fills Pere i Joan venen a la canònica de la seu i a Ponç Urgell, clergue, l'alou que tenen a Sords, pel que en endavant faran cens, pel preu de 13 sous de diners de Girona.

Cart., p. 288ab. Reg.: B 236.

In nomine Domini, ego Berengarius Guilelmi et uxor mea Stephania et filii nostri Petrus et Iohannes uendimus domino Deo et canonice Sancte Marie omne nostrum alodium quod habemus infra terminos parrochie Sancti Stephani de Sords, cum omnibus oliuariis et domibus que in predicto alodio continentur, excepto ipso orto, propter .XIII. solidos denariorum Gerundensis monete ex .xvi. in solido quos tu nobis donas. Sicut habetur et continetur predictum alodium cum ipsis duabus oliuariis que sunt iuxta aream et cum aliis que sunt iuxta uiam et cum domibus que sunt in predicto alodio, excepto ipso orto, sic nos predicti, uictus necessitate constricti, uendimus prefate canonice et tibi Poncio Urgelli clerico, taliter ut nos et omnis nostra posteritas donemus per [p. 288b] unumquemque annum predicte canonice quartum et brachaticum fideliter et absque ulla diminutione, et de domibus parilium .I. gallinarum annuatim. Et si quis contra hanc uenditionem uenerit ad iirumpendum, non hoc ualeat uendicare quod requisierit, sed componat predicte canonice prefata omnia in duplo.
Acta uenditione .V. kalendas marcii anno .XXII. regni Ledouici regis.
Sig+num Berengarii Guilielmi, sig+num Stephanie, sig+num Petri, sig+num Iohannis, qui hanc uenditionem fieri iussimus, firmauimus firmarique rogauimus. Sig+num Berengarii Arnalli. Sig+num Petri Saluan.

Arxiu Diocesà de Girona ©

Nos uero uenditores supradictum ortum cum columbario, ficulnea et cum omnibus oliuariis que ibi permanent in iam dicta uenditione mittimus propter .IIII. solidos et dimidium denariorum quos tu nobis inde donas.
(s. man.) Petrus Guilielmi presbiter, qui hoc rogatus scripsit die annoque prefixo.

251

1130, març, 5

Berenguer Guillem de Celrà empenyora a l'ardiaca Gaufred Dalmau un mas que té en feu, situat a Celrà, per deu morabatins.

Cart., pp. 213b-214a. Reg.: B 233, que data de 1129.

In Christi nomine ego Berengarius Guilielmi de Celrano hac indicante scriptura inpignoro tibi Gaucefredo Dalmatii archileuita et Sancti Felicis de Celrano capellane ipsum mansum quem tenet et laborat Adalaidis uxor que fuit Petri Ferrandi per me, cum exitibus et regressibus suis et cum omnibus in se existentibus uel qualicumque modo ad eundem mansum pertinentibus. Est autem predictus mansus in comitatu Gerundensi et in pairochia predicta de Celrano, quem habeo per Sanctum Felicem ad feuum et per te. Sicut habetur et continetur prefatus mansus cum omnibus suis pertinentiis quas predicta Adalaidis tenet per me, sic impignoro eum tibi solide et libere totum ad integrum propter .X. marabetinos Iegitimos auri et pensi quos tu mihi accomodas, eo tenore ut tantum ac tamdiu eum teneas, possideas et omnibus expletes cum censu et seruicio et omnibus que mihi inde exeunt, quousque reddam tibi predictum tuum debitum sine tuo engan uel illi cui tu predictum pignus miseris uel dimiseris in uita et morte, et est manifestum. Si quis presentem impignorationem irrumpere temptauerit, nichil penitus proficiat, sed pro sola presumptione [p. 214a] duplam compositionem tibi persoluat hac scriptura firmiter persistente.
Que acta est idus marcii anno .XXII. regni Lodouici regis.
Sig+num Berengarii Guilielmi, qui hoc fieri iussi, firmaui firmarique rogaui. Sig+num Gaucefredi Rufi eius fratris. Sig+num Gaucefredi Raimundi.
(s. man.) Petrus Guilielmi presbiter, quo hoc rogatus scripsi die annoque prefixo.

252

1130, abril, 1

Pere Bord i Raimunda, esposos, venen a la seu i a Ponç Urgell, clergue, dues oliveres situades a Sords indret de Burgada, pel preu de 5 sous de diners.

Cart., 287a Reg.: B 237.

In Christi nomine ego Petrus Bort et uxor mea Raimunda et Arnallus et uxor mea Maria, uendimus Deo et canonice Sancte Marie et tibi Poncio Urgelli clerico .II. oliuarias quas habemus in ipsa Burgada, iuxta ipsas quas tu ibi habes, propter .V. solidos denariorum quos tu nobis inde donas, eo tenore ut nos et omnis nostra posteritas donet prelibate canonice omni tempore de omni fructu qui inde exierit quartum et brachiaticum sine aliqua

Arxiu Diocesà de Girona ©

diminutione fideliter.
Acta uenditione kalendis aprili anno .XXII. regni Lodouici regis.
Sig+num Petri Bort, sig+num Raimunde uxoris eius, sig+num Arnalli, sig+num Marie eius coniugis, qui hanc uenditionem fieri iussimus, firmauimus firmarique rogauimus. Sig+num Berengarii Arnalli. Sig+num Petri Seluan.
(s. man.) Petrus Guilielmi presbiter, qui hoc rogatus scripsi die annoque prefixo.

253

1130, abril, 6

Arnau Azalis *i la seva esposa Garsenda empenyoren a Arnau Joan, sagristà de la seu, un forn que tenen al burg de Sant Feliu de Girona, per 40 morabatins d'or.*

Cart., p. 339ab. Reg.: B 238.

Sit notum cunctis presentibus atque futuris quoniam ego Arnallus Azalis et uxor mea Garsendis inpignoramus tibi Arnallo Iohannis, Sancte Marie sedis sacriste, ipsum nostrum clibanum quem habemus et tenemus in burgo Sancti Felicis Gerunde in alodio Sancte Marie sedis. Sicut habetur et continetur prefatus clibanus et ut melius ibi habemus et tenemus et Natalis per nos in pignore, sic impignoramus illum tibi cum suis usibus propter .XL. marabetinos legitimos et optimos auri et pensi, quos nobis ibi accomodas, eo tenore ut tantum ac tamdiu habeas eum et teneas, possideas atque omnibus modis expletes tu uel aliquis per te solide et libere sine uinculo ullius uiuentis quousque reddamus tibi ul cui iusseris prephatos .XL. marabetinos optimos [p. 339b] sine tuo engan, et est manifestum. Quam impignorationem si quis rumpere uoluerit, non proficiat sed dupliciter tibi componat, hac scriptura firmiter persistente.
Que acta est .VIII. idus aprilis anno .XXII. regni Lodouici regis.
Sig+num Arnalli Azalis, sig+num Garsindis eius coniugis, qui hanc impignorationem fieri iussimus, firmauimus firmarique rogauimus. Sig+um Petri Amelii. Sig+num Bruneti. Sig+num Guilielmi Berengarii. +Petrus Arnalli presbiter. Berengarius Dei gratia Gerundensis ecclesie episcopus+. Ista suprascripta Bernardus firmo sacrista. Gaucefredus leuita. Bermundus presbiter.
(s. man.) Petrus Guilielmi presbiter, qui hoc rogatus scripsi die et anno prefixo.

254

1130, novembre, 2

Berenguer, clergue de Pujals, fa donació a la canònica de la seu del mas on habita Ramon Oliba, situat a Borgonyà, i d'una terra situada a Corts.

Cart., pp. 281b-282a. Reg.: B 240.

Sit notum cunctis presentibus atque futuris quoniam ego Berengarius, clericus de Puials, dono domino Deo et canonice Sancte Marie sedis Gerunde prompto animo et bona uoluntate ac uotiue et potentialiter aliquid de meo alodio, scilicet mansum unum quem

Arxiu Diocesà de Girona ©

inhabitat Raimundus Olibe cum ipsa fexa in qua sedet simul cum duabus fexiis alodii quas idem Raimundus tenet per me et laborat que sunt in plano inter riuos uidelicet de Matamors et de Merdanchano, in parrochiis pariter Sancti Iohannis de Burguniano et Sancti Iuliani de Curtis. Est autem [p. 282a] prefatus mansus cum ipsa fexa in qua sedet in pairochia de Burgoniano; affrontat autem de parte orientis in feuo quod teneo per Guilielmum Bernardi de Corneliano, de meridie in riuo de Matamors, ab occiduo in alodio Sancti Stephani de Balneolis, de parte uero circi, in alueo de Sterria. Sicut habetur et continetur prephatus mansus cum ipsa fexa in qua sedet, cum censu qui inde exit et cum uniuersis arboribus que ibi sunt, simul cum prefatis duabus fexis, sic dono et trado prefatum totum alodium Deo et iamdicte canonice Sancte Marie solide et libere perpetim habendum et possidendum propter Deum et remedium anime mee et ut dominus Gerundensis episcopus et canonici eius sint mihi adiutores et defensores tocius alii mei honoris, et est manifestum. Quam donationem si quis infringere temptauerit, nichil proficiat sed dupliciter iam dicte canonice in consimili loco componat, hac scriptura firmiter persistente.
Acta donatione .IIII. nonas nouembris anno .XXIII. regni Lodouici regis.
Sig+num Berengarii clerici, qui hanc donationem fieri iussi, firmaui firmarique rogaui. Sig+num Petri eius fratris. Sig+num Guilielmi eius fratris. Sig+num Bernardi fratris eius. Berengarii clerici, leuita + qui hoc donum feci. Arnallus Iohannis presbiter et sacrista ss. Oliarius presbiter.
Raimundus ipodiachonus, qui hoc rogatus scripsi die et anno quo supra. [p. 282b].

255

(1116-1131)

Ponç Hug, comte d'Empúries, fill de Sança, promet al comte Ramon Berenguer III de Barcelona i al seu fill Ramon Berenguer IV d'observar la definició que el seu pare Hug II havia fet a l'església de Girona.

Cart., p. 145a.

Iuro ego Poncius Ugonis Impuritanensium comes filius Sancie femine tibi Raimundo Barchinonensium comiti domino meo et filio tuo Raimundo quod illam diffinitionis scripturam quam pater meus fecit Gerundensi ecclesie fideliter tenebo et adtendam de ista hora inantea per fidem sine engan per Deum et hec sancta.
Sig+num Pontii Ugonis Impuritanensis comitis.

256

1131, agost, 25

El bisbe Berenguer permuta amb Pere, prior de Santa Maria d'Ullà, una terra situada al terme d'Ullà.

Cart., p. 178ab. Reg.: B 243.

Quoniam in Gothorum lege scriptum est ut tantum ualeat commutatio quantum et emptio,

Arxiu Diocesà de Girona ©

ego igitur in Dei nomine Berengarius Gerundensis episcopus commuto tibi Petre prior ecclesie Sancte Marie de Uliano et fratribus tuis in eadem ecclesia commanentibus, presentibus scilicet et futuris, terram nostre sedis quam ego pontificali iure intra prefate ecclesie Sancte Marie terminos habeo et teneo pro alia terra uestra quam tu prefate Petre infra sepedicte ecclesie Sancte Marie terminos cum fratribus tuis possides iure prenominate ecclesie Sancte Marie de Uliano. Habet autem affrontationes predicta terra nostra ab oriente in terra Dalmatii Matfre et in ipso rego aquarum que est inter regum de Uliano et ecclesiam Sancte Marie, ab occasu in uia publica et in terra Adalberti, de circio in terra Petri Dominici. terra autem uestra quam nobis pro ista possidenda traditis est ad ipsum Iunccer, et affrontat ab oriente in terra Iohannis Mathei, de meridie, in terra Berengarii Egardi et fratrum suorum, Iohannis Seniofredi ac Berengarii Rodballi, ab occasu in terra Petri Soniarii [p. 178b] de circio in terra Petri Soniarii atque Arnaldi Uiscafredi.
Supradicta uero omnia mutua uiscisitudine ab altero alteri possidendum iure perpetuo cummutata ac tradita necnon et scripta atque firmata sunt .VIIII. kalendas septembris anno .XXIIII. regni Lodouici regis.
Berengarius Dei gratia Gerundensis ecclesie episcopus. Gaucefredus leuita. Petrus Ulianensis prior (s. man.). Berengarius presbiter.

257

1133, març, 16

Bernat Adalbert i els seus fills Bernat i Arnau reconeixen tenir per la seu de Girona les prestacions que reben a les parròquies de Crespià i Navata, la meitat de les tasques de Bàscara i el sinode de Sant Esteve de Bas, i les defineixen al bisbe Berenguer.

Cart., p. 227ab. O.: ACG, Roura, núm. 212, que data de 1131. Ed.: MARQUÈS-CONSTANS, *Navata*, p. 228; CONSTANS, *Diplomatari*, núm. 136, que data de 1133. Reg.: B 241.

Omnibus hanc scripturam legentibus uel audientibus pateat quoniam ego Bernardus Adalberti cum filiis meis Bernardo et Arnallo recognoscimus et profitemur omnia que habemus nos et homines per nos cuiuscumque sint ordinis, in pairochia Sancti Marchi de Crispiano iuris esse Gerundensis ecclesie simul cum ipsa ecclesia Sancti Petri de Nauata, cum decimis et primitiis et alodiis et oblationibus tam uiuorum quam mortuorum, et cum medietate tascharum de ipsa uilla de Baschara, et cum ipsa synodo que exit de ecclesia Sancti Stephani de Occulo. Prephata autem omnia ego predictus Bernardus cum filiis meis prenominatis Bernardo atque Arnallo diffinio domino Deo et Sancte Marie ac modis omnibus derelinquo in manu dompni Berengarii Gerundensis episcopi successorumque suorum, non solum ea que supranominata sunt, sed etiam omnia illa que de canonicall honore Gerundensis ecclesie alicubi poterint repperiri, diffinio atque modis omnibus euacuo sicut ad utilitatem Gerundensis ecclésie persona aliqua sanius intelligere poterit. Quam diffinitionem siue euacuationem si quis infringere temptauerit, non ualeat, sed duplam Deo et prephate Sancte Marie compositionem persoluat.
Actum est hoc .XVI. kalendas aprilis anno .XXIIII. regni Ledouici regis.
Sig+num Bernardi Adalberti, qui hanc dif[p. 227b]finitionem fieri iussi, firmaui firmarique rogaui, qui pro direptis fructibus cuiusdam partis supradicti honoris .CL. solidos in rem

Arxiu Diocesà de Girona ©

ualentem predicto episcopo emendaui anno etiam Incarnationis Dominice .CXXXXIIII. post millesimum. Sig+num Bernardi, sig+num Arnalli fratrum ac filiorum eius. Sig+num Guilielmi Gaufredi de Ceruiano. Sig+num Raimundi Arnalli de Uillamulorum. Sig+num Rodlandi de Solario. Sig+num Raimundi Adalberti de Nauata.
(s. man.) Petrus diachonus hoc rogatus scripsi die annoque prefixo.

258

1132, maig, 18

Guillem Bernat i Ermengarda, esposos, i Arnau Guillem i Adelaida, també esposos, fan donació a la canònica de la seu del mas on habiten, situat a Sords.

Cart., p. 284ab. Reg.: B 245.

In Dei nomine, nos scilicet Guilielmus Bernardi et uxor mea Ermengars et ego Arnallus Guilielmi et uxor mea Adalaidis, nos simul in unum, donatores sumus Deo et canonice Sancte Marie sedis Gerunde. Per hanc scripturam donationis nostre donamus predicte canonice sponte et bona uoluntate, propter Deum et remedium animarum nostrarum alodium francum quod habemus et tenemus in parrochia Sancti Stephani de Surds. Aduenit mihi Guilielmo predicto per uocem genitricis mee siue per auioticum. Sicut habetur et continetur totum prenominatum alodium cum manso quem inibi inhabitamus et cum uniuersis arboribus, cum teiris et uineis, cultis et heremis, cum pratis, pascuis atque aquis, cum exitibus et regressibus suis et suis .IIII. affrontationibus siue cum uniuersis ad se pertinentibus [p. 284b], sic donamus illud Deo et prefate canonice solide et libere, et de nostro iure in potestate et in eius tradimus dominium et potestatem (sic) perpetim habendum et possidendum. Si quis contra hanc donationem ad irrumpendum uenerit, non ualeat, sed duplam Deo et prefate canonice compositionem persoluat, hac scriptura firmiter persistente.
Actum est hoc .XV. kalendas iunii anno .XXIIII. regni Lodouici regis.
Sig+num Guilielmi Bernardi, sig+num Ermengardis, uxoris eius, sig+num Arnalli Guilielmi, sig+num Adaledis, uxoris eius, qui hanc donationem fecimus, firmauimus firmarique rogauimus. Sig+num Geralli de Puials. Guilielmus de Gauses, capellanus. +Guilielmus presbiter de Uillazur.
(s. man.) Petrus diachonus, hoc rogatus scripsi die annoque prefixo.

259

1133, abril, 22

Berenguer Gaufred i Maria, esposos, venen a Amau Joan, sagristà de la seu, diverses peces de terra situades a Sant Julià de Corts, pel preu de tres morabatins.

Cart., p. 248ab. Reg.: B 244.

Arxiu Diocesà de Girona ©

Pateat cunctis hominibus hanc scripturam legentibus uel audientibus quoniam ego Berengarius Gaucefredi et uxor mea Maria per hanc scripturam nostre uenditionis uendimus tibi Arnallo Iohannis sacriste Sancte Marie sedis aliquid ex nostro alodio, scilicet fexam unam que est in ipso plano Sancti Iuliani de Corts, infra campum Raimundi de Berguniano et aliam fexam que est Sancte Marie sedis iam dicte quem dedit ei Berengarius clericus de Puials, et in alio loco ad ipsa sacraria Sancti Iuliani uendimus tibi terciam partem de ipso clauso de Oliuera, et in alio loco aliam terciam partem de alio clauso qui est ad ipsam uillam, ante mansum Guilielmi et affrontat in ipsum campum Bertrandi. Est autem prefatum alodium in parrochia Sancti Iuliani de Corts. Aduenit mihi Berengario per uocem parentorum meorum et per comparationem fratris mei. Sicut habetur et continetur prephatum alodium et suis affrontationibus includitur, cum exitibus et regressibus suis, sic uendimus illud tibi solide et libere sine omni retentu quem ibi non facimus et pro precio de tribus marabetinis quos nobis inde donas, et de nostro iure et potestate in [p. 248b] in tuum tradimus dominium et potestatem ad faciendum inde quodcumque uolueris, et est manifestum. Quam donationem uel uenditionem si quis infringere temptauerit duplam compositionem tibi persoluat.
Actum est hoc .X. kalendas maii anno .XXV. regni Lodouici regis.
Sig+num Berengarii Gaucefredi, sig+num Marie, qui hanc uenditionem fecimus, firmauimus et testes firmare rogauimus. Sig+num Raimundi de Bergoniano. Sig+num Guilielmi Ebriag.
Armandus presbiter qui hoc scripsi ss die et anno quo supra.

260

1134, abril, 30

Testament de Guillem Ramon, que disposa de béns situats prop de Girona i dins de la ciutat.

Cart., pp. 354a-356a. O.: ACG, Roura, núm. 221, que data de 1133. Reg.: B 246.

In Christi nomine, ego Guilielmus Raimundi, graui detentus infirmitate facio meum breue testamentum, et eligo meos manumissores uidelicet Oliua[p. 354b]rium de Laurano et uxorem meam Neuiam et filium meum Raimundum et Petrum Amelii et Brunum, ut ipsi distribuant omne meum auere mobile et inmobile post obitum meum sicut illis in hac pagina iniunxero. In primis dimitto corpus meum in cimiterio Sancte Marie sedis Gerunde sepeliendum, et dimitto canonice eiusdem sedis solidos .XII.; domno episcopo marabetinum .I.; Arnallo Iohanni sacriste solidos .IIII.; Petro Sendredi, solidos .II.; Oliuario, solidos .II.; Raimundo Isarni, solidos .II. Dimitto Sancto Felici marabetinum .I.; Sancto Petro Gallicantus solidos .X.; Sancto Nicholao solidos .II.; Sancto Martino solidos .III.; Sancto Danieli solidos .III.; Sancte Eulalie solidos .II.; Sancte Susanne solidos .II.; ad ospitium Iherosolimitanum solidos .V.; ad Caualeriam solidos .V.; ad missas canendas .XXIII. solidos; Petro scriptori solidos .II.; pro mea sepultura solidos .X. Dimitto uxori mee Neuie domos meas de scala Sancte Marie et cellarium meum cum exitibus et regressibus suis, cum suis pertinentiis et ipsum operatorium quod uxor mea predicta emit de Raimundo nepote meo. Et dimitto uxori mee predicte ipsum meum molendinum de Mercadal et ipsam meam

Arxiu Diocesà de Girona ©

uineam de Uilla Rubea, eo tenore ut habeat et teneat omnibus diebus [p. 355a] uite sue, et post obitum suum remaneant omnia suprascripta duobus filiis meis Raimundo et Guilielmo. Dimitto Guilielmo filio meo ipsum mansum quem inhabitat Guilielmus Cebola cum sua tencione et uineam quam tenet Berengarius Clareta et ipsa casa cum orto quam tenet Guilielmus Sauaric et ipsa casa cum orto quem tenet Guilielmus Saac et uineam meam de Barufa que est alodium meum; dimitto eidem Guilielmo tali modo ut habeat eam et teneat omnibus diebus uite sue et post obitum suum remanet cenobio Sancti Petri Gallicantus. Dimitto Raimundo filio meo ipsum meum estau de Cluseta cum ipso feuo quem teneo per dominum meum comitem et dimitto ei ipsam castellaniam de Girundella cum ipsis feuis quos inde teneo, et dimitto ei omnes meos feuos quos habeo per seniores meos, cum ipsa uicaria et baiuliis domini mei comitis. Item dimitto Raimundo predicto filio meo ipsum meum mansum de Plano cum omnibus suis pertinentiis et cum omnibus alodiis que habeo in plano ante Gerunda, simuïl cum ipsa uinea de Girundella. Et dimitto ei ipsum alodium de Uilla Rubea et de Gairiga quod remanet [p. 355b], excepto hoc quod superius testatus sum uxori mee predicte et Guilielmo filio meo. Alium meum honorem qui remanet dimitto predicto Raimundo filio meo, excepto hoc quod diffiniui in manu dompni Berengarii Gerundensis episcopi, scilicet ipsum mansum de Bascanon et campum Sancti Felicis et alium honorem Sancte Marie quem mihi proclamant ipsi canonici, siue de sacristia siue de ipsa staturia uel de canidia, si predictus filius meus non potuerit inde habere guarent uel iustam rationem, reuertatur predictus honor in potestate Sancte Marie et ipsius offitii cuius esse debet. Et dimitto uxori mee predicte duas partes de equabus quas habemus et pullis earum, et terciam Raimundo filio meo. Item dimitto uxori mee predicte medietatem tocius mei mobilis, scilicet de pane et uino et carne et de omnibus domibus, utensilibus et bestiis omnibus; aliam medietatem dimitto Raimundo filio meo. Dimitto uxorem meam ac filios meos in potestatem et defensionem Dei omnipotentis et senioris mei Raimundi comitis et aliorum seniorum meorum necnon et omnium ciuium Gerunde, nobilium, clericorum et laicorum. De operatorio uero quod uxor mea predicta comparauit, faciat ipsa quod uoluerit, de illo uidelicet supradicto quod emit de [p. 356a] Raimundo de Paba nepote meo.
Actum est hoc testamentum .II. kalendas maii anno .XXVI. regni Lodouici regis.
Sig+num Guilielmi Raimundi, qui hoc testamentum feci, firmaui firmarique rogaui. Sig+num Oliuarii de Laurano. Sig+num Petri Amelii. Sig+num Bruni. Sig+num Bernardi Ugonis. Sig+num Berengarii Guilielmi de Castelar. Sig+num Guinardi. Sig+num Berengarii Raimundi. Sig+num Raimundi de Gerundella. Sig+num Neuie.
Petrus presbiter, qui hoc rogatus scripsi (s. man.) die annoque prefixo.

261

1135, agost, 17

Ramon de Borgonyà permuta amb Amau Joan, sagristà de la seu, un alou situat a Corts per una terra del mateix terme.

Cart., p. 253ab. Reg.: B 247.

Pateat cunctis hanc scripturam legentibus uel audientibus quoniam ego Raimundus de Burguniano commuto tibi Arnalle Iohannis, sacriste Sancte Marie sedis Gerunde ipsam

Arxiu Diocesà de Girona ©

meam terram que est alodium quam habeo ad podium Sancti Iuliani de Corts uersus meridiem iuxta uiam que uadit ad Canellas propter aliam terram quam tu donas mihi in ipso plano de Curs iuxta meam terram que est secus uiam que uadit a Gerunda ad Bisullunum quam tu emisti de Berengario Gaufredi de Burguniano. Sicut habetur et continetur prefata mea terra sic comuto et dono eam tibi et trado in dominium et potestatem tuam sicut tu commutas et donas mihi tuam et tradis in dominium et potestatem meam, ita ut unusquisque nostrum possideat ipsam terram quam accipit de altero solide et libere et secure ac quiete, et hec mutatio non possit inter nos disrumpi. Quod si fecerit in duplum prefatam terram in eodem loco alteri componat.
Actum est hoc .XVI. kalendas septembris anno .XXVIII. Lodouici regis.
Sig+num Raimundus de Burgoniano qui hanc commuttationem [p. 253b] feci, firmaui firmarique rogaui. Sig+num Raimundi de Plana. Sig+num Guilielmi Ebriag. (s. man.) Petrus presbiter. Arnallus Iohannis presbiter et sacrista ss. (s. man.) Raimundus Isarni presbiter.
(s. man.) Raimundus diachonus qui hoc rogatus scripsi die et anno quo supra.

262

(abans de 1135)

Bemat Ponç i Ermengarda, esposos, i el seu fill Pere, amb consentiment del bisbe Berenguer de Girona, donen a Ermengarda, en donació per causa de núpcies, la batllia de Paret Rufí.

Cart., pp. 372b-373a. Reg.: B 386.

In Christi nomine, ego Bernardus Pontii et uxor mea Ermengars et filius meus Petrus, una cum consilio et laudamento Berengarii Gerundensis ecclesie episcopi, hac scriptura indice, uotiue et potentialiter donamus tibi Ermengardi femine ipsam baiuliam quam habemus et tenemtis in Pariete Ruffino simul cum omnibus nostris acaptes et feuos et ipsum nostrum estal et ipsas nostras tenedones et campos et uineas et nostra molendina et terras cultas et heremas, que omnia [p. 373a] prenominata habemus et tenemus in iamdicto Pariete Ruffino per manum prefati Berengarii episcopi. Sicut habentur et continentur prenominata omnia, cum omnibus sibi qualicumque modo pertinentibus et sicut nos melius habemus et tenemus per predictum episcopum seniorem nostrum, sic donamus tibi cum suo laudamento ad seruitium eius et nostrorum, tali modo ut si filius noster Petrus mortuus fuerit, nobis uiuentibus cum filio siue sine filio quem habeat ex te, quod nos predicti donatores Bernardus et uxor mea Ermengards noluerimus te retinere in iam dicta donatione nobiscum cum marito quem tibi donamus ad laudamentum tuorum amicorum et cum consilio prefati senioris nostri episcopi, nos prenominati donatores, excepta quarta parte omnis nostri mobilii, quod tunc qualicumque modo habuerimus, donemus tibi pro supradicta donatione .C. aureos de nostro proprio in rebus bene ualentibus ad precium .IIII. honestorum uirorum. Qui contra hanc donationem uenerit, nichil proficiat. [p. 383b]

263

1135, octubre, 13

Arxiu Diocesà de Girona ©

Errnengarda fa donació a la seu d'un alou que té per compra, situat a Paret Rufi.

Cart., p. 369ab. Reg.: B 248.

Sit notum cunctis hanc scripturam legentibus uel audientibus quoniam ego Ermengardis femina, propter remedium anime mee dono et trado Deo et Sancte Marie sedis Gerunde in manu domini mei Berengarii eiusdem sedis episcopi totum illum meum alodium quod habeo uel habere debeo in Pariete Ruffini. Prefatum uero alodium aduenit mihi ex comparacione quam ego Ermeniardis et uir meus Raimundus Seniofredi illud comparauimus ex Raimundo Guilielmi et coniuge eius Dalmidana. Habet etiam totum alodium .CIIII. legitimos dextros in circuitu sui. Ex omni uero parte affrontat siue includitur in alodio sancte Marie. Hanc siquidem doni traditionem mente spontanea facio coram presentibus clericis qui infra subscripturi testes huius doni accedunt pariter cum laicis, uidelicet Berengario Poncii uiro meo et filio meo Petro ac nepote meo Petro huius Petri filio, ac de meo iure in ius et dominium prephate sedis per manum domini mei Berengarii Gerundensis episcopi perhenniter habendam et possidendam trado. Si quis contra hoc donum ad irrumpendum uenerit, non ualeat sed duplam compositionem in consimili persoluat, hac scriptura firmiter persistente.
Actum est hoc tercio idus octobris anno .XXVIII. regni Lodouici regis.
Sig+num Ermengardis femine, qui hanc donationem feci, firmaui firmarique rogaui. Sig+num Berengarii Pontii, uiri eius. Sig+num Petri, eorum filii. Sig+num Petri, filii eius. Arnallus Iohannis, presbiter et sacrista sedis, qui hoc uidi et audiui, ss. Hoc scriptum signo Geraldus corde benigno.
(s. man.) Petrus presbiter qui hoc rogatus scripsi die annoque prefixo.

264

1136, juny, 16

Humbert de Cruïlles defineix al bisbe Berenguer de Girona les tasques de Santa Maria de la Bisbal i unes possessions de la cabiscolia de la seu situades a Sant Sadurní i Cruïlles.

Cart., pp. 127b-128b. Reg.: B 249.

Sit notum cunctis presentibus atque futuris quoniam ego Umbertus de Crudiliis hac indicante scriptura diffinio, euacuo atque derelinquo domino Deo et tibi Berengarii Gerundensis episcope et successoribus [p. 128a] tuis in perpetuum illam terciam partem thascarum Sancte Marie Episcopalis et illam conuenienciam denariorum quam pro prephata tercia parte thascarum per Oliuarium feuatarium meum unoquoque anno in termino Pentecosthen a te accipiebam propter illum honorem Sancte Marie prephate sedis quem per uocem capitiscolie habet uel habuit in parrochia Sancti Saturnini de Saliceto uel in parrochia Sancte Eulalie de Crudiliis in loco uocitato Saleles uel in aliis locis. Prephatum autem honorem de capitiscolia pater meus habuit et tenuit quibusdam imperfectis rationibus et ex toto deliberauit Gerundensi ecclesie partem sibi et mihi in uiolario iure retinens, partem prephate sedi ex toto derelinquens. Que omnia ego prefatus Umbertus diffiniendo prefatas tascas cum predicta conuenientia accipio a te predicte episcope per feuum et

Arxiu Diocesà de Girona ©

emendationem prefatarum rerum, redditurus feuum Oliuario feuatario meo.
Actum est hoc .XVI. kalendas iulii anno .XXVIII. regni Lodouici regis.
Sig+num Umberti de Crudiliis, qui hoc fieri iussi, firmaui firmarique rogaui. Sig+num Gauzberti Uillelmi de Uulpiliaco. Sig+num Petri Alemanni. Sig+num Guilielmi Raimundi de Petriniano. Berengarius [p. 128b] Dei gratia Girundensis ecclesie episcopus. Berengarius Gerundensis archidiaconus. Berengarius Sancti Felicis abbas. Arnallus Iohannis presbiter et sacrista sss. Berengarius caput scole atque iudex.
(s. man.) Petrus presbiter qui hoc rogatus scripsi die et anno quo supra.

265

1136, juliol, 24

Dalmau de Peratallada, amb consentiment de Gaubert Guillem de Vulpellac i dels seus feudataris Pere Amau i Guillem Pere, defineix a la seu de Girona i al bisbe Berenguer l'església de Sant Climent de Peralta.

Cart., pp. 166b-167a. Reg.: B 251, que data de 1137.

Uniuersis hanc legentibus uel audientibus scripturam perhenniter pateat quoniam ego Dalmatius de Petraincisa, consilio et uoluntate Gaucberti Guilielmi de Uulpiliaco feuatariorumque suorum Petri Arnalli et Guilielmi Petri, diffiniens euacuo et modis omnibus derelinquo domino Deo et sancte Gerundensi ecclesie et tibi dompne Berengarii prefate sedis episcope successoribusque tuis in perpetuum ipsam ecclesiam Sancti Clementis que in regalibus Gerundensis sedis preceptis cella quidem nuncupatur, cum uniuersis decimis et primitiis et oblationibus tam uiuorum quam etiam defunctorum ad predictam ecclesiam pertinentibus et cum ipso cimiterio quantum ad honestatis sepulturam necessarium fuerit ut ab hodierno die et deinceps Gerundensis ecclesia absque alicuius inquietudine prefatam ecclesiam perhenniter habeat et possideat. Accipio autem a uobis in feudum pro prefata commutatoria diffinitione ipsam terram Sancte Marie sedis heremam siue cultam sicut incipitur ab ipsa Torena et uadit per ipsam uiam antiquam que dicitur comitalis uersus meridianam plagam usque ad ipsum torrentem de Clarano; similiter a prefato loco Torena uersus aquilonarem partem per ipsam uiam que uadit usque ad eundem torrentem. Que omnia, sicut prefatis terminis circumcingitur, a Gerundensi ecclesia per benefitium in feuum accipio ad uestrum, domine presul successorumque uestrorum, seruitium et fidelitatem. Insuper ego Gaucbertus Guilielmi per hanc (sic) feuatarius per presentis scripture donationem dono domino Deo et sancte sedi [p. 167a] Gerundensi ad declarandam et augmentandam prefatam commutatoriam diffinitionem pontificalis mense usibus profuturum totum illud alodium heremum siue cultum quod ego teneo uel homines per me infra alodium Sancte Marie sedis et alodium Petri Gaderniri et uineam Gaucberti Berengarii et locum qui dicitur Torena sicut suis affrontationibus et terminis circumcingitur, et habet ab occiduo .CIII. dextros cum ipso conclaui, et de circio ab ipsa Torena usque ad ipsum biuium de Bruguera quod fit in uia uetula .CXXX. dextros, a dextro qui habet ulnas (sic) .VI. et dimidium pedem, et de meo iure in ius et dominium Gerundensis sedis perpetim mansurum transfundo.
Actum est hoc .VIIII. kalendas augusti anno .XXVIIII. regni Ledouici regis.
Sig+num Dalmatii de Petra Inscisa. Sig+num Gaucberti Guilielmi. Sig+num Petri Arnalli.

Arxiu Diocesà de Girona ©

Sig+num Guilielmi Petri. Sig+num Rodlandi de Petraincisa. Sig+num Dalmatii, predicti Dalmatii filii. Sig+num Berengarii de Begur. Sig+num Raimundi fratris eius.
(s. man.) Petrus presbiter hoc rogatus scripsit die annoque prefixo.

266

1136, octubre, 26

Berenguer clergue, Bernat de Pujals, Pere i Guillem, germans, defineixen a la canònica de la seu la batllia i els mals usos que pretenien tenir al mas de Guillem de Morrofret.

Cart., pp. 284b-285b. Reg.: B 250, que data del mes de novembre.

Pateat cunctis hanc scripturam legentibus quoniam nos pariter, scilicet Berengarius clericus, Bernardus de Puials et Petrus et Guilielmus fratres, nos simul in unum diffinimus et euacuamus et ex toto iachimus Deo et Sancte Marie sedis Gerunde in manu dompni Berengarii Gerundensis episcopi et canonicorum eius et tibi Guilielmo de Morrofred et omni posteritati tue ac successioni ipsam baiuliam et forcias et toltas [p. 285a] et malos usaticos quod (sic) dicebamus habere in uestro manso et alodio, quod fuit matris tue Guilielme sororis patris nostri, et quia non potuimus obtinere prefatam baiuliam per placitum uel iuditium, facimus hanc concessionem inter nos et uos ut nichil habeamus in uos uel in prefato manso et alodio nisi illum seruitium quod idonei testes dixerunt se audisse patrem nostrum et nos ibidem habuisse per amorem et sine forcia et terras quas imparauimus uobis per hanc conuenientiam tradimus uobis semper ut donetis ipsum agrer ad concordiam nos inuicem reuocantes. Hoc est seruitium constitutum inter nos et uos, scilicet in Pascha uel in Quinquagesima tres ouos et caseum .I. talem qualis fiat in manos et migeriam .i. de ciuada ad mensuram Balneolis in iunio et fexium .I. de palea et ioua .I. in sementaria et tragina .I. unius diei de anno in anno. Sicut superius scriptum est, sic diffinimus Deo et Sancte Marie et tibi Guilielmo te ipsum et prefatum mansum et alodium et omnia que aliquo modo dicebamus habere sine aliquo retentu quem ibi non facimus, ita ut nichil amplius in iam dictis omnibus requiramus preter hoc seruitium quod superius scriptum est et propter hoc defendamus uos et omnia uestra [p. 285b] prout melius potuerimus. Et si contigerit ut homines uestri aut alii faciant clamorem de uobis, nobis faciatis eis inde directum per nos in loco ubi canonici Gerunde affuerint. Quam diffinitionem si quis infringere temptauerit non ualeat sed duplam alteri cui infregerit compositionem persoluat, hac scriptura firmiter persistente.
Actum est hoc .vii. kalendas nouembris anno .XXVIIII. regni Lodouici regis.
Sig+num Bernardi de Puials, sig+nim Guilielmi fratris eius, qui hoc fieri iussimus, firmauimus firmarique rogauimus.

267

1138, abril, 9
Galceran de Sales, amb consentiment del seu fil, Arnau Joan, del seu germà Bernat Joan i de la seva esposa Arsendis, empenyora al bisbe Berenguer de Girona les albergues de Bàscara per 100 morabatins d'or.

Arxiu Diocesà de Girona ©

Cart, p. 92b-93ª. Reg.: B 252.

In Dei eterni nomine, ego Gaucerandus de Sales, consilio et uoluntate Arnalli Iohannis filii mei et Bernardi Iohannis fratris mei necnon et Arsendis uxoris mee, impignoro Domino Deo et Sancte Marie sedis Gerunde et tibi domine Berengarii prephate sedis episcope omnes ipsas albergas et cibarias quas ego habeo infra terminos parrochie Sancti Aciscli de Baschera propter centum morabatinos merinos bonos et legitimos in auro et pondere atque moneta, quos in auro et argento de rebus prefate sedis accipio ad meum laudamentum. Prefatas autem albergas atque cibarias tantum ac tamdiu prefata sedes et prephatus episcopus uel cui ipse in uita sua donauerit uel dimiserit in pace quieta teneat et possideat, donec ego prephatus Gaucerandus uel legalis meus successor istius honoris reddam uel reddat prephate sedi uel tibi predicte episcope sicut superius dictum est prenominatos .c. marabetinos sine uestro engan.
Actum est hoc .v. idus aprilis anno primo Lodouici regis iunioris [p. 93a]
Sig+num Gaucerandi de Sales, sig+num Arnalli Iohannsis filii eius, sig+nuim Bernardi Iohannis fratris prescripti Gaucerandi, qui hanc impignorationis scripturam laudamus et confirmamus et testes firmare rogamus. Sig+num Arsendis uxoris prephate (sic) Gaucerandi. Sig+num Raimundi de Pontons. Sig+num Ademari de Guixano. Sig+num Guilielmi de ipso Monel. Sig+num Bernardi capellani. Sig+num Petri, baiuli de Baschara. Sig+num Arnalli, fratris eius.
Petrus sacerdos qui hanc scripturam pignorationis rogatus scripsi sub die et anno (s. man.) quo supra

268

1139, gener, 3

Convinença feta entre el bisbe Berenguer I Arnau Gaufred, per la qual aquest rep del bisbe el mas on habita, situat a la Bisbal, I la meitat del delme de Rupià, a condició de fer al prelat servei d'host.

Cart., p. 233b marge. Reg.: B 513.

Hec est conueniencia facta inter Berengarium Gerundensem episcopum et Arnallum Gaucefredi, filium Rudlendis femine. Donat namque prefatus episcopus predicto Arnallo in uilla Sancte Marie Episcopalis ipsum mansum cum ferregenal ubi Arnallus habitat prefatus et ipsum campum de Uinealibus quem ipse Arnallus laborat et medietatem decimarum ecclesie sancti Uincentii de Rupiano ad feudum. Propter quod feudum ego predictus Arnallus conuenio tibi domine Berengarii Gerundensis ecclesie episcopo et successoribus tuis in perpetuum quod de ista hora inantea fidelis sum uobis de omni uita uestra et de honoribus vestris et de omnibus membris qui in corporibus uestris se tenent uel tenuerint, et de omni honore quem Gerundensis ecclesia hodie quocumque modo habet uel in antea cum meo consilio habuerit. Item conuenio ego prefatus Arnallus tibi prefate episcope quod supradicta fideliter permanente fidelitate, faciam tibi ostem de uno caballo uel mulo uel palafredo (sic) recipienti sine engan ad faciendum unum militem uel unum armigerum sine engan, et faciam uobis curtes et pleds et seguimens et caualcades sicut homo debet facere ad suum meliorem seniorem, et quod sim ipse solidus successorum uestrorum et non

Arxiu Diocesà de Girona ©

faciam seruire aliquem sine uestro consilio nec teneam' si habuero contra uestram uoluntatem. Prefata autem omnia, et omnia bona seruitia que homo debet facere suo meliori seniori, faciam vobis ego prefatus Arnallus et attendam sine engan colloquendo, impugnando, definiendo et modis omnibus auxiliando per fidem rectam sine engan.
Actum est hoc .III. nonas ianuarii anno .II. regnante Leudouico rege iuniore.
Sig+num Arnalli Gaucefredi, qui hanc conuenienciam feci, firmaui firmarique rogaui. Sig+num Otger de Munels. Sig+num Gausberti Guilielmi. Berengarius, Dei gratia Gerundensis episcopus.
(s. man.) Guilielmus presbiter, qui hoc scripsi die et anno quo supra. Ego Guilielmus de Podio, presbiter, qui autenticum tenui et legi, subscribo. (s. man.). Guilielmus de Milleareis qui autenticum tenui et legi, subscribo. Petrus Sendre, qui hoc fideliter translataui .V. kalendas iunii anno Domini .MCCXXVII.

269

1139, abril, 19

Pere Goltred, clergue, el seu nebot Pere Bernat, clergue, el germà d'aquest, Guillem Bernat i el seu cosi, Pere Guillem, fan donació a la canònica de la seu de tot l'alou que tenen a Viladesens i al terme de Mata, alou que en endavant tindran per la mateixa seu.

Cart., pp. 272b-273b. Reg.: B 256.

Sit notum cunctis hominibus, tam presentibus quam futuris, quoniam ego Petrus Goltredi clericus [p. 273a] et Petrus Bernardi clericus nepos meus et Guilielmus Bernardi frater eius et Petrus Guilielmi consobrinus meus, nos qui stimus homines naturales Sancte Marie sedis Gerunde, donamus Deo et canonice prefate sedis omne nostrum alodium francum, totum ad integrum, cultum et heremum quod habemus et tenemus in parrochia Sancti Uincentii de Uilla Asinis et in terminio de Mata simul cum ipso cellario quod habemus ad ecclesiam Sancti Uincentii. Sicut habetur et continetur prefatum totum alodium cum omnibus in se habentibus et sibi qualicumque modo pertinentibus siue cum ipso cellario prescripto, sic donamus illud nos predicti uotiue et potentialiter domino Deo et prefate canonice solide et libere ad proprium et francum alodium perpetim habendum et possidendum, et de nostro iure et potestate in eius dominium et potestatem tradimus illus perpetuo iure possidendum. Item nos predicti donatores, scilicet Petrus Goltredi cum aliis prescriptis per presentem scripturam accipimus prefatum alodium per manum Sancte Marie prescripte sedis Gerunde et Arnalli Iohannis prepositi ut habeamus illud omnibus diebus uite nostre et donemus inde pro censu par .I. gallinarum; ad obitum nostrum remaneat propinquis nostris qui donent inde ipsam tascham fideliter Deo et prefate canonice eiusdem sedis, et est manifestum.
Actum est hoc .XIII. kalendas madii anno .II. regni Ludouici regis iunioris.
(s. man.) Petrus Goltredi [p. 273b], signum Petri Bernardi clerici qui nescit scribere nomen suum et signo puncti confirmat. Sig+num Guilielmi Bernardi. Sig+num Petri Guilielmi, qui hoc donum fecimus et confirmamus et testes firmare rogamus. Sig+num Guilielmi Petri. Sig+num Arnalli Petri.
Arnallus Iohannis presbiter et sacrista, qui hoc rogatus scripsit et ss prenotato die et anno.

Arxiu Diocesà de Girona ©

270

1140, abril, 5

Ponç de Palol i els seus germans, Amau, Ramon i Bemat, defineixen a la seu i al bisbe Berenguer Dalmau les tasques de la vila de Domeny.

Cart., pp. 362a-363a. Reg.: B 255.

In Dei nomine, ego Poncius de Palaciolo et Arnallus frater meus, Raimundus atque Bernardus, consilio et uoluntate feuatariorum nostrorum Berengarii de Campis et fratris sui Petri, Petri quoque Berengarii de Camons et fratris suis Dalmatii, uoluntate Guilielmi Poncii patris nostri olim defuncti suffulti, amicorumque nostrorum consilio, diffinimus, euacuamus, reddimus ac donamus domino Deo et Sancte Marie sedis Gerunde et tibi dompne Berengarii prefate sedis episcope successoribusque tuis prephate sedis episcopis in perpetuum omnes ipas thascas de uilla Domein et de hiis omnibus que infra prephate uille terminum habentur, tam de pane quam de uino quam de omnibus rebus que dici úel nominari possunt ad omnem uoluntatem uestram faciendam. Que omnia sunt in comitatu Gerundensi, in parrochia Sancti Felicis martyris Gerunde, in prenominata uilla de Domen uel [p. 362b] in eius terminis, et sicut ea Poncius Guilielmi auus noster uel Guilielmus prephatus pater noster uel eorum feuatarii quocumque modo melius habuerunt uel tenuerunt, uel alique persone per eos uel per nos, sic nos prephati Poncius
Arnallus, Raimundus atque Bernardus diffinimus, euacuamus, reddimus ac donamus domino Deo et prephate sedi et tibi predicte presul et tuis successoribus sine omni engan, sicut ad utilitatem predicte ecclesie et mense pontificalis aliqua persona utilius uel sanius suscipere uel intelligere potest uel poterit.
Actum est hoc nonas aprilis anno Incarnationis Dominice centesimo .XXXVIIII. post millesimum, regni etiam Lodouici regis iunioris anno .III.
Sig+num Poncii de Palaciolo, sig+num Arnalli fratris eius, sig+num Bernardi fratris eius, qui hanc diffinitionem et euacuationem fecimus, firmauimus firmarique rogauimus. Sig+num Berengarii de Campins. Sig+num Petri fratris sui. Sig+num Petri Berengarii de Camons. Sig+num Dalmatii fratris eius. Sig+num Arnalli de Aqua[p. 263a]uiua. Sig+num Berengarii filii eius. Sig+num Guilielmi filii eius. Sig+num Petri Raimundi Uille Magni. Sig+num Guilielmi de Palaciolo. Raimundus de Palaciolo. Sig+num Molonis.
(s. man.) Petrus presbiter, qui hoc rogatus scripsi die annoque prefixo.

271

1140, maig, 1

Ermengarda, vidua d'Arnau Blidguer, junt amb els seus fills, defineix a la seu de Girona un mas situat a Celrà i un camp i mas situats a la parròquia de Bàscara, en esmena de certs delictes i per 20 morabatins d'or.

Cart., p. 206ab. Reg.: B 258.

In nomine Domini, ego Ermengardis femina, uxor que fui Arnalli Blegarii de Monello, simul in unum cum filiis meis Guilielmo et Petro qui dicuntur Bligarii, diffinimus et

Arxiu Diocesà de Girona ©

euacuamus et spontanea uoluntate dimittimus domino Deo et sancte Gerundensi sedi et eius canonice et canonicis omnibus, tam presentibus quam futuris et tibi dompne Berengari, prefate sedis episcope et successoribus tuis in perpetuum ipsum campum de Celrano cum cellariis et manso qui ibi sunt, et cum ipsa peccunia et uniuersis querimoniis quas hucusque habuimus de te prefate presul et de sede prefata et eius clericis simul cum ipso manso de Expodoia et cum uniuersis sibi pertinentibus ubi Arnallus habitat et Iohannes filius eius, qui mansus est infra terminos parrochie sancti Aciscli de Baschara uel Sancti Michael de Terrades ad omnem uestram uoluntatem faciendam. Prefatam autem diffinitionem, dimissionem seu euacuationem facimus nos prefata Ermengardis et Guilielmus et Petrus Blidgarii qui dicitur tibi prefate presul sicut superius insertum est et plenius ad utilitatem sedis prefate intelligi potest pro captione baiulorum prefate sedis et inuasione Sancte Marie Episcopalis, de rapina porcorum et aliis plurimis malefactis que prefatus [p. 206b] Petrus Blidgarius commisit iniuste et emendare non potest, et per .XX. marabetinos auri boni et legitimi et super (sic) a te prefate presul de rebus prefate sedis accipimus. Si quis contra hoc ad inrumpendum uenerit non ualeat sed duplam compositionem persoluat, hac scriptura firmiter persistente.
Actum est hoc kalendis maii anno .III. regni Lodouici regis iunioris.
Sig+num Ermengaudis femine, sig+num Guilielmi, sig+num Petri qui Bligarius dicitur, qui hanc diffinitionem, dimissionem seu euacuacionem fecimus, firmauimus firmarique rogauimus. Sig+num Raimundi Arnalli Uillemulorum. Sig+num Arnalli filii eius. Sig+num Petri de Urriols.
(s. man.) Petrus presbiter, qui hoc rogatus scripsi die annoque prefixo.

272

1140, juliol, 6

Ramon Berenguer IV comte de Barcelona, promet al bisbe Berenguer de Girona no perjudicar en endavant les persones i béns de la seu, Sant Feliu i Sant Marti Sacosta de Girona.

Cart., p. 48ab. Reg.: B 257.

Quoniam auctoritate certissimum esse constat euangelica Deum elegisse sibi Ecclesiam non habentem maculam neque rugam, eapropter ego Raimundus Berengarii comes Barchinonensis ac marchio et princeps Aragonensis, uenturum iudicem formidans quem in Gerundensi ecclesia contra canonum instituta ira cogente me toto affectu penitentem offendisse [p. 48b] confiteor, domini Berengarii eiusdem presul canonicorumque eius atque nostre procerum curie consilio, et quod male gessi emendare satago et ne ulterius fiat presenti cautione confirmo. Delibero namque, dono et diffinio omnipotenti Deo et beate uirgini Marie et sancto martiri Felici in matiu domini Berengarii prefate antistitis ecclesie quod neque michi nec alicui successorum meorum aliquatenus sit licitum episcopo ecclesieque predicte canonicis et abbati canonicisque sancti Felicis et prelato Sancti Martini et sibi subditis tam presentibus quam futuris in personis, rebus, domibus eorumque honoribus tam uiuorum quam mortuorum aliquam in perpetuum uiolentiam inferre, sed semper in eadem firma dilectione in qua secundum bonos mores predecessores nostri permanserunt, indissolubiliter maneamus omni tempore. Insuper ea polliceor me uestrarum

Arxiu Diocesà de Girona ©

personarum honorumque ac possessionum aduersus quoslibet fidelissimum defensorem existere et hec omnia suprascripta firma esse statuo Deo semper propiciante.
Hec carta deliberationis, donationis et diffinitionis facta fuit in presentia Petri Barchinonensis archileuite et Arnalli prepositi et Guilielmi Raimundi Dapiferi, Reambaudi de Basilia et Bernardi Guilielmi de Luciano atque Raimundi Rainardi de Rupe et aliorum quamplurium nobilium laicorum scilicet et clericorum.
Actum est hoc .II. nonas iulii anno [p. 49a] .CXXXVIIII. post millesimum ab incarnacione Domini et regni Ledouici iunioris .III.
Sig+num Raimundi comes. Sig+num Guilielmi Raimundi dapiferi. Sig+num Reambaudi de Basilia. Sig+num Bernardi Guilielmi de Luciano. Sig+num Raimundi Reinardi de Rupe. Sig+num Petri Bertrandi de Bellocg. Sig+num Bernardi fratris eius. Sig+num Guillelmi de Casteluig. Sig+num Deusde de Tamarit. Sig+num Berengarii de Pelafols. Sig+num Raimundi Uillemulorum. Sig+num Gaucberti Guilielmi de Uulpiliaco.
(s. man.) Bernardus ipodiachonus, qui hoc rogatus scripsi die annoque prefixo.

273

1140, octubre, 25

Ramon Pere ven a Guillem, ardiaca de Besalú, un hort situat a Girona, al Mercadal, pel preu de 14 morabatins.

Cart., pp. 336b-337a. Reg.: B 259.

Sit notum cunctis quoniam ego Raimundus Petri uendo tibi Guilielme, archileuita Bisullunensi et preposite, ipsum meum ortum quem habeo in honore Sancte Marie ad ipsum Mercatal, et aduenit mihi per paternam successionem, et de meo iure in tuum trado dominium et potestatem cum omnibus intra se habentibus et exitibus et regressibus suis, et cum omnibus sibi qualicumque modo pertinentibus, sicut melius ad uoluntatem tuam intelligi potest, ad faciendum ibi et inde quicquid [p. 337a] uolueris, propter .XIIII. marabetinos marinos, quos tu inde mihi donas. Si quis contra hoc ad irrumpendum uenerit, non ualeat, sed duplam tibi compositionem persoluat, hac scriptura firmiter persistente.
Actum est hoc .VIII. kalendas nouembris anno .IIII. regni Ludouici regis iunioris.
Sig+num Raimundi Petri, qui hoc fieri iussi, firmaui firmarique rogaui. Sig+num Gerallus abbas. Petrus clericus. Berengarius monachus. Esclua monachus. Iohannes monachus. Petrus clericus. Bernardus monachus.
(s. man.) Petrus hoc rogatus scripsi die annoque prefixo.

274

1141, març, 31

Ramon de Xungla, clergue, defineix al bisbe un camp que pretenia tenir per do del seu oncle, Pere Ramon, situat a Domeny, per 20 sous de diners de Girona.

Cart., pp. 363b-364b. Reg.: B 260.

Arxiu Diocesà de Girona ©

Pateat cunctis ista legentibus uel audientibus quoniam ego Raimundus de Exunculo clericus et canonicus Sancti Felicis quibusdam imperfectis rationibus et temeraria laxatione legibus et iuri prorsus contraria a Petro Raimundo auunculo meo olim defuncto mihi facta solebam aclamare tibi domine Berengari sancte Gerundensium sedis presul medietatem ex uno campo qui est in parrochia Sancti Felicis Parietis Ruffini super uillam Dominii. Sed quia recognosco me in iam dicta campi me[p. 364a] dietate nil iuris habere uel consequi posse, idcirco ego Raimundus predictus uotiue et potentialiter diffinio tibi tuisque successoribus, donpne Berengari prelibate pontifex, sicut a te unquam tuisque successoribus utilius intelligi potest, prenominati campi medietatem et omnem petitionem meam iustam uel iniustam, et exinde ibi omnino extingo sine aliqua repeticione que a me uel ab aliquo super hoc nullo unquam tempore fieri possit, sed sit semper ipsius campi in iure et dominio prescripte sedis et tui successorumque tuorum Gerundensium episcoporum. Accepi igitur a te sepedicte presul pro hac diffinitione ego Raimundus pretitulatus .XX. solidos denariorum Gerundensis monete et est manifestum. Si quis hoc irrumpere temptauerit, duplam compositionem persoluat cum omni melioratione.
Acta ista diffinitione .II. kalendas aprilis anno .IIII. Ledouici regis iunioris.
Sig+num Raimundi clerici, qui hanc diffinitionem firmaui firmarique rogaui. Sig+num Petri de Exunculo, fratris eius. Sig+num [p. 364b] Berengarii eius fratris. Sig+num Berengarii de Campo Daurano.
Petrus leuita, qui hoc rogatus scripsi die annoque prefixo.

275

1143, gener, 26

Bernat, sagristà de la seu, estableix a Pere i Adelaida, esposos, un alou, dit Violari, situat a Santa Eugènia a cens, amb obligació de fer-hi mas, i dret de transmissió als descendents.

Cart., pp. 337a-338a. Reg.: B 262.

In Christi nomine, ego Bernardus Gerundensis sacrista dono tibi Petre ad laborationem et pagesiam totum illum alodium quod dicitur Uiolarium, quod habeo ad feuum per dominum meum Gerundensem episcopum, preter unam peciam uinee que est secus ipsum Uiolarium et illam condaminam quam habeo per ipsam sacristaniam apud Sanctam Eugeniam. Tali conuenientia supradictam donationem tibi facio et coniugi tue omnique uestre propinquitati iure succedentibus quod per unumquemque annum dones inde nobis fideliter uel quibus hec supradicta post nos per munificentiam donni Gerundensis episcopi prouenerint, quartum et braciaticum, excepto orto et ferraginali, et pro censu annuatim de ipso Uio[p. 337b]lario .VIIII. solidos denariorum Gerundensis monete, et de ipsa condamina .III. similiter solidos denariorum eiusdem monete, et si ipsa moneta mutaretur uel uiolaretur quam sit efficeretur, dones mihi de ipso Uiolario uel successoribus meis .II. porcos optimos canonicales, et de ipsa condamina similiter unum porcum optimum in Natale Domini. Preter hoc adicimus tibi aliud quod in eisdem terris mansum in quo tu et posteritas tua iugiter maneas hedifices et plantes supradictas terras bene, et assidue labores tu et coniux tua Alaidis et filii tui qui ex uobis ambobus procreati fuerint. Hanc donationem uobis iam dictis facio ut uos et uestri prenominata omnia perhenniter habeatis saluo meo iure successorumque meorum.
Actum est hoc .VII. kalendas februarii anno .VI. regni Lodouici regis iunioris.

Arxiu Diocesà de Girona ©

Berengarius, Dei gratia Gerundensis ecclesie episcopus. +Ista suprascripta Bernardus firmo sacrista. Berengarius Dei gratia Gerundensis ecclesie archidiaconus. Petrus Borrelli presbiter et canonicus. Bernardus tessaurarius. Berengarius abbas Uillebertrandi et archidiaconus Gerundensis ecclesie+. (s. man.) Fruteim (sic) Gerundensis ecclesie caputscole. Ademar leuita. Bernardus ipodiachonus Gerundensis ecclesie. Arnallus Iohannis presbiter et sacrista secundus ss. Bernardus Ostalensis Ieuita. Arnallus de Rogationibus leuita. Arnallus de Nauata [p. 338a] (s. man.) Raimundus Isarni presbiter et clericus.
(s. man.) Bernardus Ieuita, qui hoc rogatus scripsi die et anno prefixo. (s. man.) Ego Egidius presbiter et canonicus subscribo. (s. man.) Bermundus presbiter.

276

1143, juliol, 4

Bernat Joan, la seva esposa Dispòdia, Beatriu, germana d'aquesta, filles de Guillem Bernat de Cornellà, i Bernat d'Adri, feudatari seu, defineixen a la seu de Girona i al bisbe Berenguer l'església de Sant Joan de Borgonyà, per 100 morabatins.

Cart., pp. l67a-168a. Reg.: B 261.

Ego Benardus Iohannis et uxor mea Dispodia atque Beatrix eiusdem Dispodie soror, filie Guilielmi Bernardi de Corneliano olim defuncti necnon et [p. 167b] Bernardus de Adrio istorum supradictorum feuatarius, nos simul in unum recognoscimus et sine dubio in ueritate scimus prefatum Guilielmum suosque antecessores Bernardum quoque de Adrio, iamdicti Guilielmi feuatarium et suos predecessores ecclesiam Sancti Iohannis de Burgunan cum decimis, primitiis, alodiis suis iniuste ac sub anathemate per multa tempora tenuisse et sine adquisitionis, emptionis, permutationis uel pignore susceptionis titulo prenotatum Guilielmum et suos iam dictam ecclesiam cum suis subripienddo male usurpasse. Que quidem omnia Guilielmus ipse recognoscens prelibatam ecclesiam dompno Berengario Gerundensis episcopo dimisit ac reddidit et precepit nobis pariter ut nos laudaremus et faceremus et ut prefatus episcopus donaret nobis .c. marabetinos quos propter hoc se daturum sepedicto Guilielmo conuenerat. Quapropter nos Bernardus Iohannis et Disposia uxor eius ac Beatrix Disposie soror et Bernardus de Adrio per huius scripture seriem reddimus, deliberamus, diffinimus, euacuamus Deo sancteque Gerundensi ecclesie et tibi dompne Berengari eiusdem sedis episcope tuisque successoribus et sedis iamdicte canonicis tam presentibus quam futuris ipsam ecclesiam iam dictam de Burgunan Sancti Iohannis cum decimis et primitiis suis, tam de agris ac uineis et omni laboratione quam de molendinis, columbariis, ortos, lana, lino, canabo et uniuersis que decimari possunt [p. 168a] simul cum suis alodiis omnibus et plantis atque hedificiis que continentur in eis siue cum uniuersis redditibus et usaticis nobis uel aliqui per uocem nostram quolibet modo de his omnibus exeuntibus et cum ipsa sacraria et domibus que circa eam sunt infra .xxx. ecclesiasticos passus, totum et integrum, cultum et heremum et quicquid dici uel nominari potest usui hominum aptum ac necessarium, sicut melius et utilius ad opus uestrum intelligi potest, saluo iure Bernardi de Adrio tocius illius sui alodio quod infra prefatos .xxx. ecclesiasticos passus habet modo uel inantea poterit reperiri, sic nos supradicti Bernardus

Arxiu Diocesà de Girona ©

Iohannis, Disposia, Beatrix, Bernardus de Adrio, sicut supra memoratum est, sine nostro uel alicuius uinculo et retentione uotiue et potentialiter prelibata omnia tibi dompne Berengari episcope et tuis successoribus tradendo assignamus et de nostro iure et dominio et potestate in ius et dominium Gerundensis ecclesie ac uestrum ut uobis placuerit ordinandum uel permittendum tradimus ad perpetuum possidendum. Propter quod etiam dedisti nobis et nos accepimus a te iam dicte presul .C. marabetinos, .L. in auro et .L. in mulis. Quam deliberationem seu diffinitionem atque euacuationem si quis irrumpere temptauerit nichil proficiat, sed pro sola presumptione Deo et prefate sedi Gerunde duplam compositionem inde persoluat et insuper excommunicationi perpetue subiaceat donec resipiscat et digne satisfaciat.
Acta scriptura diffi[p. 168b]nitionis, redditionis atque traditionis seu deliberationis .IIII. nonas iulii anno .MCXLII. ab Incarnatione Domini et anno .VI. regni Ledouici regis iunioris.
Sig+num Bernardi Iohannis, sig+num Disposie uxoris eius, sig+num Beatricis sororis eius, sig+num Bernardi de Adrio, qui hanc diffinitionem uel euacuationem seu deliberationem fecimus, firmauimus et testes firmare rogauimus. Sig+num Berengarii de Palatiolo. Sig+num Arnalli de Corneliano. Sig+num Guilielmi de Sancta Leochadia. Sig+num Raimundi de Burguniano. Sig+num Bernardi de Puials.
(s. man.) Petrus presbiter hoc rogatus scripsi die annoque prefixo.

277

1144, octubre, 27

Dispòdia de Mata i el seu fill Guillem defineixen a la canònica de la seu el mas de Trilla situat a Corts.

Cart., p. 246ab. Reg.: B 264.

In Cristi nomine, ego Dispodia de Matha et filius meus Guilielmus, hac scriptura indice diffinimus et euacuamus ac omnino dimittimus Deo et canonice Sancte Marie sedis Gerunde ipsum mansum de Trilia quem inhabitat et laborat homo nomine Adam cum uniuersis suis pertinentiis et exitibus et regressibus suis et omnibus arboribus et cum censu et seruitiis et omnibus adempramentis, sic dimittimus illum Deo et Sancte Marie sedis predicte solide et libere sine ullo retentu quem ibi non facimus ad perpetuum et francum alodium, et de nostra potestate in ius et dominium prefate canonice tradimus ac dimittimus prefatum mansum.
Acta diffinitione .vi. kalendas nouembris anno .VIII. regni Lodouici regis iúnioris.
Sig+num Dispodie, sig+num Guilielmi filii eius, sig+num Bernardi fratris eius, qui hanc diffinitionem fecimus, firmauimus firmarique rogauimus. Sig+num Bernardi de Duobusquers. Sig+num [p. 246b] Petri Reambaldi. Sig+num Berengarii Goc.
Arnallus Iohannis presbiter et sacrista qui hoc scripsi et ss. prenotato die et anno.

278

1145, octubre, 14

Arnau i la seva esposa Arsendis fan homenatge al bisbe Berenguer pel castell de la Bisbal.

Arxiu Diocesà de Girona ©

Cart., pp. 130b-131a. Reg.: B 263, que data de 1144.

Iuro ego Arnallus et uxor mea Arsendis quod de ista hora in antea fidelis sim tibi dompne Berengari Gerundensis episcope et successoribus uestris in perpetuum de omni uita tua et de tuo corpore et de tuis membris et de ipso castro Sancte Marie Episcopalis et de eius terminis et eis omnibus qui infra terminos eius sunt uel fuerint, scilicet de omnibus expletis qui ibi sunt uel fuerint et de omnibus rebus que ibi quocumque modo fuerint ablate et de omnibus placitis et iustitiis et de omnibus hominibus et mulieribus et uniuersis omnibus ad utilitatem uestram pertinentibus, sicut melius et utilius ad uestram [p. 131a] pertinentibus utilitatem melius suscipere et intelligere potestis. Sicut superius scriptum est, sic faciam et adtendam uobis per fidem sine engan per Deum et hec sancta.
Actum est hoc .II. idus octobris anno .VIIII. regnante Lodouico rege iuniore.
Sig+num Arnalli, sig+num Arsendis qui hoc firmamus firmarique rogamus. Sig+num Berengarii Plebani. Sig+num Arnalli Gaucefredi. Sig+num Guilielmi Gaucefredi.
(s. man.) Guilielmus presbiter qui hoc rogatus scripsi die et anno quo supra.

279

1146, abril, 4

Ramon Vidal i la seva esposa Carstenet fan donació a la canònica de la seu d'un camp que tenen a la parròquia de Sant Julià de Corts, al Pla, en bé d'ànima i pel benefici que reben d'Arnau, sagristà i paborde de la mateixa seu.

Cart., p. 257ab. O.: ACG, Roura núm. 251, que data de 1145. Reg.: B 267.

Sit notum cunctis hominibus presentibus et futuris quoniam ego Raimundus Uitalis et uxor mea Carsetenet donamus Deo et Sancte Marie sedis Gerunde et eius canonice ipsum nostrum campum franchi alodii totum ab integrum, cultum et heremum cum exiis et regressibus suis et quatuor suis affrontationibus quod habemus in parrochia Sancti Iuliani de Curts in ipso plano, uersus meridiem. Sicut superius scriptum est, sic donamus eum Deo et prefate canonice uotiue et potentialiter, tali modo ut nos et omnis posteritas nostra habeamus eum per Sanctam Mariam ad fidelitatem eius et donemus inde de omni fructu qui ibi fuerit ipsam thascam fideliter et quarteram .I., braciaticum et ita sit semper usque in finem seculi. Hoc namque facimus propter Deum [p. 257b] et remedium animarum nostrarum seu parentum nostrorum et propter beneficium quod facit nobis Arnallus prepositus et sacrista prefate sedis de bonis Sancte Marie, et est manifestum.
Actum est hoc pridie nonas aprilis anno .VIIII. regni Lodouici regis iunioris.
Sig+num Raimundi Vitalis, sig+num Carsetenet, qui hanc donationem fecimus, firmauimus firmarique rogauimus. Sig+num Arnalli filii eius. Sig+num Petri de Tonna, clerici. Arnallus sacrista et prepositus ss. Arnallus de Nauata.
(s. man.) Guilielmus subdiachonus qui hoc rogatus scripsi die annoque prefixo.

280

1147, març, 6

Arxiu Diocesà de Girona ©

Ermessenda i el seu fill, Berenguer de Campdorà, defineixen a l'església de Santa Eulàlia Sacosta una casa situada al burg de Santa Eulàlia per onze sous de diners de Girona.

Cart., pp. 321b-322a. Reg.: B 269, que data de 1148.

Sit notum cunctis quoniam Ermesendis et filius meus Berengarius de Campo Daurano per presentem diffinitionis [p. 322a] scripturam diffinimus Deo et Sancte Eulalie de Costa et Raimundo capellano ipsam domum quam habemus in dominium in burgo Sancte Eulalie iam dicte et omnes illas domos de quibus debentur nobis duo paria caponum cum ceteris perpresionibus quas ibi ullo modo habemus, sicut ad utilitatem predicte ecclesie melius intelligi potest, ita quod nos aut aliquis per nostram uocem in iam dictis omnibus nichil deinceps requiramus, sed sit alodium francum prelibate ecclesie imperpetuum. Propter hanc diffinitionem accipimus a uobis .XI. solidos denariorum gerundensis monete.
Actum est hoc .II. nonas maii anno .X. regni Lodouici regis iunioris.
Sig+num Ermesendis, sig+num Berengarii, qui hanc diffinitionem fecimus, firmauimus firmarique rogauimus. Sig+num Arnalli filii eius. Sig+num Poncii Textor. Sig+num Guilielmi Muner.
(s. man.) Guilielmus subdiachonus, qui hoc rogatus scripsi die annoque prefixo.

281

1148, març, 28

Convinença entre el bisbe Berenguer de Girona i Gilabert de Cruïlles sobre les tasques de la Bisbal.

Cart., f. 127ab. Reg.: B 271.

hec est scriptura pacis et concordie et conuenientie inter dompnum Berengarium Dei gratia Gerundensem episcopum et Gillabertum de Crudiliis eorumque quoad mundus steterit successores, facta per laudamentum atque consilium prudentium et nobilium uirorum inferius subsignatorum et Geraldi de Caprera uicecomitis ac domini prefati Guillaberti, de tercia omnium placitorum parte que sunt aut in perpetuum erunt infra terminos castri et fines Sancte Marie Episcopalis, que sic incipit: Diffinio ego Guillabertus de Crudiliis uobis dompne Berengari Gerundensis episcope uestrisque successoribus in ecclesia Gerundensi usque in finem seculi promouendis terciam partem omnium placitorum Sancte Marie Episcopalis, de qua et propter quam ego meique antecessores uobiscum et cum uestris predecessoribus ad multas et permaximas controuersiarum dissensiones sepius prorumpentes dampnose conuenimus. Quam diffinitionem seu deliberationem ego Guillabertus ita facio ut nec ego uel aliquis de posteris meis siue dominis tam presentibus quam futuris possim uel possint iam dictam terciam ulterius repetere, sed semper habeatis eam libere et quiete uos et uestri successores [p. 127b] Gerundenses episcopi in perpetuum. Eapropter ego prelibatus Berengarius episcopus pro hac diffinitione et deliberatione, sub fidelitate et hominio dono tibi Guillaberto prenominato .L. solidos gerundensis monete titulo feui, scilicet ea conditione qua prenominata tercia uidebaris, et conuenio ipsos .L. solidos me quotannis tibi daturum in festituitate Pasche sine tuo engan, sicque faciant

Arxiu Diocesà de Girona ©

semper Gerundenses episcopi tibi tuisque successoribus usque in finem seculi sine engan. Si quis contra hoc uenerit, non proficiat sed in duplo componat, hac scriptura firmiter persistente.
Que acta est .V. kalendas aprilis anno .XI. regni Lodouici regis iunioris.
Sig+num Guillaberti, qui hoc feci, firmaui firmarique rogaui. Sig+num Arnalli de Lerz. Sig+num Raimundi Uillemulorum. Sig+num Guilielmi Umberti. Sig+num Raimundi Ademari. Sig+num Geralli uicecomitis.
(s. man.) Raimundus diachonus hoc rogatus scripsi die annoque prefixo.

282

1148, juny, 28

Joan de Sitjar empenyora a Berenguer Pere una casa situada prop de l'església de Sant Feliu de Girona per 200 sous.

Cart., pp. 338b-339a. Reg.: B 273.

Sit notum cunctis quoniam ego Iohannes de Cigar, cum consilio Arnalli Iohannis sacriste impignoro tibi Berengario Petri ipsam meam domum totam ab integro, cum solo et superposito et cum omnibus in se habentibus et qualicumque modo pertinentibus, exceptum ipsum cortilium quod tu ipse tenes in pignore de me. Est autem ipsa domus ante ecclesiam sancti Felicis Gerunde, in alodio Sancte Marie, in locum qui dicitur Cigar. Sicut habetur et continetur, sic impignoro tibi propter .CC. solidos denariorum gerundensis monete, et dones per unumquemque annum .XL. solidos de lucro, et si hoc lucrum tibi non persoluerint annuatim, ego uel aliquis per me, sit tibi licitum imparandi et possidendi quantumcumque uelitis. Et postquam possederitis eam uos uel uestri hos .XL. solidos non sint persoluti nisi .xxx. solidos denariorum. Tali modo ut tantum ac tamdiu teneas et possideas predictum pignus quousque reddam tibi uel Arnallus Iohannis sacrista predictum auere sicut superius dictum est et illud lucrum quod superius dictum est si annuatim non est tibi persolutum habeas illud in iam dictum pignus, et si moneta peiorata fuerit uel minutata, de illis .CC. solidos ad computum .V. solidos redderem ego [p. 339a] uel Arnallus sacrista tibi et tuis, marabetinos mercatarios bonos et legitimos, similiter et de lucro, et isti marabetini sint boni auri et pensi.
Actum est hoc .IIII. kalendas iulii anno .XI. regni Lodouici regis iunioris.
Sig+num Iohannis qui hoc fieri iussi, firmaui firmarique rogaui. Sig+num Iohannis de Ualle. Sig+num Berengarii de Ualle Lubrica. Sig+num Raimundi Mascardel. Sig+num Petri Carbonelli. Sig+num Rosel. Arnallus presbiter et sacrista ss.
Raimundus presbiter (s. man.) leuita, qui hoc rogatus scripsi die annoque prefixo.

283

(1148), 1149, gener, 1

Arxiu Diocesà de Girona ©

El comte Ramon Berenguer fa donació a la seu de Girona d'un mas dels millors de Tortosa i d'una almúnia de Lleida.

Cart., pp. 47b-48a. Reg.: B 270.

Pateat omnibus scire uolentibus quoniam ego Raimundus Berengarii comes Barchinonensis et marchio et princeps Aragonensium dono et trado ecclesie Sancte Marie Gerundensis sedis et Berengario eiusdem sedis episcopo suisque successoribus et clericis ibidem manentibus tam presentibus quam futuris in perpetuum unum bonum mansum intra muros Tortose ciuitatis cum omnibus tenedonibus et pertinentiis suis interius et exterius, et cum exitibus et regressibus suis et affrontacionibus uniuersis, cum censibus et tributis et usibus et reditibus que inde exierint, et ut stabiliatur a prefato episcopo secundum morem et consuetudinem aliorum mansorum qui in eadem ciuitate sunt. Iterum dono prefate ecclesie et iam dicto episcopo unam de melioribus almuniis que sunt infra terminos Ilerde ciuitatis cum omnibus agris et terminis et adiacenciis suis et cum pascuis et adempramentis et cum exitibus et regressibus et affrontacionibus cunctis. Prefata autem omnia dono atque concedo prelibate ecclesie propter remissionem peccatorum meorum ut habeat et possideat et teneat quiete, solide et libere absque ullo blandimento et uinculo cuiuslibet persone omnibus diebus seculi et ut Gerundensis episcopus habeat plenariam potestatem et libertatem disponendi et stabiliendi hec omnia secundum suam uoluntatem ad profectum et utilitatem Gerundensis ecclesie absque ullo impedimento cuiuslibet [p. 48a] uiuentis hominis, et sic de meo iure et potestate transfero ea in ius et potestatem predicte ecclesie. Si quis hoc infringere temptauerit nil ualeat, sed in duplo Sancte Marie componat cum sua melioracione, hac carta donationis firma persistente.
Que facta est kalendis ianuarii .III. die post captionem Tortose, anno .CXLVIII. post millesimum ab Incarnatione Domini.
S+ignum Raimundi comes. Sig+num Arnaldi de Lercio. Sig+num Raimundi Arnalli Uillemulorum. Sig+num Raimundi de Puioalto. Sig+num Bernardi de Pulcroloco. Sig+num Petri Bertrandi.
Petrus abbas Uillebertrandi, qui hanc cartam donationis scripsit sub (s. man.) die et anno quo supra.

Cf. A. VIRGILI, "Conquesta, colonització i feudalització de Tortosa (segle XII) segons el cartulari de la catedral'; dins *La formació i expansió del feudalisme català*, Estudi General 5-6 (Girona 1986) pp. 275-289.

284

1149, maig, 15

Gilabert de Cruïlles, després d'haver pledejat amb el bisbe Berenguer de Girona pel terç dels plàcits de la Bisbal, els renuncia, junt amb el seu senyor, Guerau de Cabrera, a condició que el bisbe doni a dit Guerau, i aquest a dit Gilabert en feu, cada any 50 sous de Girona o 10 morabatins.

Cart., pp. 117a-118a. Reg.: B 274.

Arxiu Diocesà de Girona ©

Manifestum sit cunctis presentibus atque futuris quoniam grandis altercatio diu fuit inter Berengarium Gerundensem episcopum et Guillabertum de Crudiliis de ipsa tercia parte placitorum parrochie Sancte Marie Episcopalis, quam partem cum maiorem esse crederet predictus Guillabertus quam episcopus concederet, ab utraque parte plurimis rationibus prolatis per iuditium diffiniri non potuit. Ideoque utriusque partis [p. 117b] amici tam clerici quam laici laudauerunt ut predictam terciam partem placitorum supradictus Guillabertus et dominus eius Geraldus de Capraria per quem istud habebat predicto episcopo et successoribus eius in perpetuum diffinirent et euacuarent et episcopus supradicto Giraldo et Gerallus prenominato Guillaberto daret pro feudo .L. solidos gerundensis monete uel .X. morabetinos mercaders si moneta mutaretur annuatim in Pascha Domini. Quapropter nos Geraldus de Capraria et Guillabertus diffinimus et euacuamus Gerundensi ecclesie et tibi Berengario eiusdem sedis episcopo et successoribus tuis in perpetuum illam terciam partem uille Sancte Marie Episcopalis quam per antecessores tuos et per te antecessores nostri et nos hucusque habuimus. Ita scilicet predictam facimus diffinicionem quod neque nos neque aliquis post nos per nostram uocem uel predecessorum nostrorum aliquid ibi ualeat habere ulterius uel aclamare. Et ego Berengarius Gerundensis episcopus conuenio uobis suprascriptis ut in festiuitate paschali dem uobis ut suppra scriptum est .L. solidos uel .X. marabetinos. Si quis autem contra hanc scripturam ad irrumpendum uenerit, non ualeat uendicare quod requirit sed prefata omnia in duplo componat [p. 118a] cum sua melioratione, hac carta firma persistente.
Actum est hoc idus maii anno .XII. regni Lodouici regis iunioris.
Berengarius Dei gratia Gerundensis ecclesie episcopus+. Sig+num Guilaberti de Crudiliis. Sig+num Guilielmi de Palaciolo.
(s. man.) Bernardus subdiachonus qui hoc rogatus scripsit die annoque prefixo. Bernardus Ostolensis leuita.

285

1149, setembre, 24

Arnau de Serinyà i la seva esposa posen sota la defensa de la seu el seu stallium, *situat prop de l'església de Sant Esteve de Sords, i prometen fer-ne cens.*

Cart., p. 286a. Reg.: B. 275.

Sit notum cunctis quoniam ego Arnallus de Serinano et uxor mea Berengaria, cui iste honor iure succedit, donamus et concedimus Deo et Sancte Marie sedis Gerunde et in eius baiulia mittimus ipsum nostrum stallium, scilicet domos nostras quas inhabitamus ad ecclesiam Sancti Stephani de Surds, cum ipso orto et molendino quod in circuitu eius est, et hoc facimus assensu et uoluntate senioris nostri Gaucerandi de Salis, per quem illud habemus. Tali modo facimus hoc donum ut nos et omnis posteritas nostra maneamus ibi per uocem Sancte Marie predicte sedis in securitate et defensione episcopi et canonicorum eius, et donemus inde per unumquemque annum pro censu migeriam .I. frumenti ad mensuram Balneolis pro recognitione, et est manifestum.
Actum est hoc .VIII. kalendas octobris anno .XIIII. regni Lodouici regis iunioris.
Sig+num Arnalli de Serinano, sig+num Berengarie, uxoris eius, qui hoc donum fecimus, firmauimus firmarique rogauimus.

Arxiu Diocesà de Girona ©

(s. man.) Arnalli (sic) leuite qui hoc rogatus scripsit die annoque prefixo.

286

(ca. 1150), novembre, 11

Arnau Joan, sagristà de la seu, estableix a Guerau de Fellines una terra situada a Fellines, a cens d'una migera de blat.

Cart., p. 274a. Reg.: B 382.

Notum sit omnibus hominibus, tam presentibus quam futuris, quoniam ego Arnallus Iohannis, sacrista et prepositus dono tibi Gerallo de Felines fexam unam terre que est alodium Sancte Marie sedis, intus in uilla Felines, tali modo ut dones ex ea per unumquemque annum migeram .I. frumenti nitidi et mundi ad mensuram Balneolensis Deo et sancte Marie sedis in mense iulii, et si non feceris statim reuertatur ipsa terra ad Sancta Maria et est manifestum.
Actum est hoc die festiuitatis sancti Martini.
Scriptor huius nomine Benardus capellanus de Felines.

287

1151, juny, 3

Publicació jurada del testament de Guillem Humbert, que fa llegats a Sant Pere de Rodes i a la seu de Girona.

Cart., pp. 204b-205b Reg.: B 276.

Hee sunt conditiones sacramentum quarum seriem ordinaui ego Berengarius Gerundensis ecclesie pontifex de extrema uoluntate cuiusdam militis nomine Guilielmi Umberti olim deffuncti, iuxta quarti ordinis modum uerbo tantomodo (sic) promulgata in presencia dompni Bernardi, gratia Dei Terragonensis archiepiscopi et sancte Romane ecclesie legati et Petri Borrelli, Gerundensis ecclesie canonici atque presbiteri et Dalmacii clauigeri et aliorum multorum clericorum seu laicorum. In huius pontificis presentia et prefatorum notitia nos testes Guilielmus scilicet Gerundensis ecclesie caput scole et Petrus Gauzberti canonicus Sancti Felicis et presbiter uerum [p. 205a] pariter dantes testimonium iuramus in Deum et super altare Sancte Anastasie quod situm est in ecclesia Sancte Marie sedis Gerunde quia nos uidimus et audiuimus presentes quando iam dictus Guilielmus iacens in domibus Hospitalis apud Gerundam detentus ab egritudine qua obiit, dum adhuc esset in sua plena memoria ac loquela ordinauit suam extremam uoluntatem et ordinationem suarum rerum suis tantummodo uerbis. Dimisit namque corpus suum ad sepeliendum cimiterio Sancti Petri Rotensis et dimisit operi eiusdem ecclesie totum alodium suum de Marçan et omne illud feuum quod habebat ubique per benefitium Sancti Petri, dimisit eidem ecclesie quod esse dicebat .XL. caualerias et dimisit milicie Templi Domini mansum .I. in Uilalmalla uidelicet ubi habitat Iohannes de Teule cum laboracione duorum parium boum in tracturis quas fecerat in prato eiusdem uille, et dimisit ecclesie Sancte Marie sedis

Arxiu Diocesà de Girona ©

Gerunde omnes illas forcias et census, usaticos quos accipiebat in honore supradicte ecclesie apud Montem Sigerum et dixit ut fratres Hospitalis redderent ipsum blad quod habuerat a supradicto honore et dimisit canonice supradicte sedis et ecclesie Sancti Felicis quod illius ius quod habent in honore quem ei acclamabant in Armentaria per uocem [p. 205b] uel auctoritatem suam nullus et contradicat. Et diffiniuit in manu dompni Berengarii Gerundensis episcopi omnes uicarias quas habebat in ecclesiis, ut nullus per suam uocem aliquid ibi requireret. Posquam autem predictus Guilielmus Umberti hec omnia ordinauit nobis audientibus et uidentibus uoluntatem suam de predictis rebus non mutauit nobis scientibus, et sic ab hac luce discessit. Unde quod uidimus et audiuimus nostra coram prefato pontifice Berengario iuratione firmamus eiusdemque iuramus conditionem in manu propria iurando et subsignando corroboramus.
Late conditiones .III. nonas iunii anno .XIIII. regni Lodouici regis iunioris infra primos .VI. menses post obitum predicti testatoris.
Sig+num Bernardi Terragonensis archiepiscopi ac sancte Romane ecclesie legati (s. man.) Guilielmus Gerundensis ecclesie caput scole, qui hoc propria manu iuraui. Petrus Gauzberti presbiter qui supradictum testimonium dedimus iurando firmauimus. Sig+num Poncii Ugonis comitis. Sig+num Arnalli de Lercio. Sig+num Bernardi de Palaciolo. Raimundus leuita Dei dignatione abbas Sancti Felicis. Berengarius Dei gratia Gerundensis ecclesie episcopus. (s. man.) Petrus Borrelli presbiter et canonicus. Bertrandus de Monelli<s> leuita. Sig+num Bertrandi de Turrudella. (s. man.) Petrus Borrelli pesbiter, qui hoc rogatus scripsi die et anno quo supra. [p. 206a]

288

1151, desembre, 1

Pere Bord i la seva esposa Ermengarda venen als seus cunyats Pere Malpel i Ramon d'Ametller la seva meitat indivisa d'una casa situada a Girona, a la costa de Santa Eulàlia, pel preu de 19 sous, moneda de Girona.

Cart., p. 322ab. Reg.: B 277.

Sit notum cunctis quoniam ego Petrus Burdi et uxor mea Ermengardis uendimus uobis Petro Malpel et Raimundo de Amenler fratribus, cognatis meis, nostram medietatem ex ipsas domos et uineas et oliuariis atque uniuersis arboribus que habemus et tenemus uobiscum in ipsa costa Sancte Eulalie, in alodio [p. 322b] eiusdem ecclesie, sicut habentur et continentur in iam dictam medietatem domorum et uineis et oliuariis atque arboribus, sic totum ab integrum uotiue et potentialiter et sine ullo retentu uendimus uobis predictis, excepto senioratico iure, propter .XVIIII. solidos denariorum gerundensis monete, quos nos inde a uobis accipimus et senior capellano accipit a uobis pro suo tercio solidos .VII. et Poncio baiulo .XII. denarios. Propterea de nostro iure in uestrum tradimus dominium et potestatem supradictam medietatem domorum et uineis et oliuariis atque arboribus ad faciendum inibi et inde quodcumque uolueritis, saluo senioratico iure. Si quis contra hanc uenditionem ad irrumpendum uenerit, duplam compositionem uobis persoluat cum omni melioratione, hac scriptura firmissime persistente.
Actum est hoc kalendis decembris anno .XV. Lodouici iunioris.
Sig+num Petri Burdi, sig+num Ermengardis, qui hoc fieri iussimus, firmauimus firmarique

Arxiu Diocesà de Girona ©

rogauimus. Sig+num Poncii baiuli. Sig+num Raimundi Ferrer. Sig+num Raimundi Martini Muner. Raimuundus presbiter.
(s. man.) Bernardus ipodiachonus, qui hoc rogatus scripsi die et anno quo supra.

289

1152, desembre, 23

Ramon de Borgonyà i la seva família venen a la canònica de la seu el mas de Corts on habita Guillem Bertran pel preu de 90 sous de diners de Girona.

Cart., p. 247ab. Reg.: B 278.

Sit notum cunctis hominibus quoniam ego Raimundus de Berguniano et uxor mea Guilla et mater mea Rusca et frater noster Bernardus uotiue et potentialiter uendimus Deo et canonice Sancte Merie sedis Gerunde et tibi Arnallo sacriste et Raimundo de Gelagariis prepositis eiusdem canonice ipsum mansum qui est alodium francum quem habemus et tenemus in parrochia Sancti Iuliani de Curtibus, quem inhabitat et laborat Guilielmus Bertrandi et uxor sua et filii sui [p. 247b] simul cum omni sua mansata et tenedone, que sunt .VIIII. pecie terre. Sicut habetur et continetur predictus mansus cum omni sua mansata, cum exitibus et regressibus suis, cum censu et seruitio et usibus ac uniuersis arboribus et cum habitatoribus suis, sic nos iam dicti Raimundus scilicet et alii superius scripti uendimus uobis prelibatis Arnallo et Raimundo prepositis iam dicte canonice prefatum mansum sicut superius scriptum est solide et libere ad proprium atque francum alodium perpetim habendum et possidendum, sine ullo retentu quem ibi non facimus propter nonaginta solidos denariorum gerundensis monete et sexter .I. frumenti et alium ordei, et de nostro iure ac potestate in uestrum tradimus dominium et potestatem ad faciendum ibi et inde quodcumque uolueritis. Si quis irrumpere temptauerit nichil proficiat sed pro sola presumptione duplam compositionem persoluat.
Actum est hoc .X. kalendas ianuarii anno .XVI. regni Lodouici regis iunioris.
Sig+num Raimundi de Berguniano qui hanc uenditionem feci, firmaui firmarique rogaui. Sig+num Guilielme uxoris eius. Sig+num Rusca matris eius. Sig+num Bernardi filii eius. Sig+num Guilielmi de ipsa Uilla. Sig+num Bernardi Ebriac. Sig+num Petri de Canelles.
(s. man.) Arnalli presbiteri quo hoc rogatus scripsi die annoque prefixo. [p. 248a]

290

1153, juny, 28

Ramon de Cistella i Ramon Guerau de Santa Eulàlia defineixen la meitat del delme que prenien a l'església d'Ordis, per 66 morabatins mercaders que reben del bisbe Berenguer de Girona.

Cart., pp. 163a-164a. Reg.: B 280.

Ad notitiam uolumus hoc deuenire cunctorum scire uolentium quoniam ego Raimundus de Cestela et Raimundus Geralli Sancte Eulalie, cum fratribus nostris Arnaldo de Cestela et

Arxiu Diocesà de Girona ©

Petro et Arnallo Sancte Eulalie, cum consensu et uoluntate Berengarii de Auinione domini nostri et Guilielmi Raimundi de Crexel ac Beatricis uxoris eius, filiorumque suorum Guilielmi et Dalmatii de Crexello, diffinimus, euacuamus, deliberamus ac tradimus in perpetuum illam medietatem omnium decimarum quam hucusque nos et antecessores nostri iuste uel iniuste habuimus et tenuimus uel aliquis per nos infra terminos parrochie Sancti Iuliani de Ordeis domino Deo [p. 163b] et ecclesie Sancte Marie sedis Gerunde cuius iuris est predicta medietas decimarum in manu domini Berengarii Gerundensis episcopi et Guilielmi de Terrades Gerundensis canonici omniumque canonicorum sedis Gerundensis, tam presentium quam futurorum in perpetuum habendam et possidendam libere et quiete ad faciendum ibi et inde quicquid uoluerint sine blandimento ullius uiuentis. Predictam medietatem decimarum quam definiendo tradimus, recognoscimus nos et antecessores nostros quibus Deus indulgeat iniuste et per rapinam habere per manum Berengarii de Auinione et Berengarius per Guilielmum Raimundi de Crexel et uxorem eius filiosque eorum qui similiter diu rapuerant sepedictas decimas Deo et ecclesie Sancte Marie sedis Gerunde. Predictam diffinitionem facimus et fieri facimus per fidem sine engan, non coacti neque per metum, sed sponte et uoluntarie et ut firmissimum robur obtineat prescripta diffinitio, accipimus de bonis ecclesie .LXVI. marabetinos bonos mercatarios, et amodo non sit nobis nec alicui per nostram uocem in predictis decimis aliquid adquirere, habere uel aliquo modo impedire sepedicta diffinitionem quam Raimundus de Cestella cum fratre suo Arnallo et Raimundus Geralli Sancte Eulalie cum fratribus suis Petro et Arnallo et Berengario de Auinione et Guilielmus Raimundi de Crexel et uxor eius cum filiis suis faciunt Deo et ecclesie Sancte Marie sedis Gerunda in manu nostra canonicorumque nostrorum ut superius scriptum est, ego Berengarius gratia Dei episcopus mandamento et precibus supradictorum diffinitorum sub tali quietudine et defensione con[p. 164a]stituo ut aliquis homo cuiuscumque hordinis, honoris uel etatis ibi aliquam uiolentiam quocumque tempore non inferat. Quod si quis transgressus fuerit aut aliquam uiolentiam inibi ingesserit aut ingerendo aliqua occasione conatus fuerit, auctoritate omnipotentis Dei ac beatorum omnium apostolorum excomunicetur atque sub anathematis uinculo alligetur donec canonice prelibate ecclesie satisffaciat et postea predicta diffinitio inconuulsa permaneat. Si quis contra hoc ad inrumpendum uenerit, non ualeat, sed in duplo componat.
Actum est hoc .IIII.to kalendas iulii anno .XVII. regni Ludouici regis iunioris.
Sig+num Raimundi de Cestella, sig+num Raimundi Geralli Sancte Eulalie, sig+num Arnalli de Cestella, sig+num Petri, sig+num Arnalli sancte Eulalie qui hanc diffinitionem facimus, firmauimus firmarique rogauimus. Sig+num Berengarii de Auinione. Sig+num Guilielmi Raimundi de Crexel. Sig+num Beatricis, uxoris eius. Sig+num Guilielmi, sig+num Dalmatii de Crexel, filii eorum. Sig+num Torroni, sig+num Berengarii, fratrum. Sig+num Petri, sig+num Hermengaudi, filiorum eorum.
(s. man.). Arnallus presbiter qui hoc rogatus scripsi die annoque prefixo.

291

1153, octubre, 15

Testament de Bernat de Galliners, canonge de la seu, que disposa de béns situats a Galliners, la vall d'Aro, Camós i altres llocs.

Cart., pp. 351b-354a. Reg.: B 313, que data de 1178.

Arxiu Diocesà de Girona ©

Quia nullus in carne positus mortem euadere potest, idcirco ego Bernardus de Gallinariis Gerundensis ecclesie canonicus, graui detentus egritudine, timens ne presentem uitam in breui debeam finire, eligo manumissores meos, uidelicet Guilielmum Sancti Felicis Gerunde abbatem, et Petrum Raimundi de Rocha Inscisa et Raimundum de Argelaguers amicos meos, in quorum fide et ordinatione sicut hic iniunxero res meas distribuendas dimitto. Primum precipio ut corpus meum in cimiterio beate Marie Gerundensis sedis cuius seruus sum sepeliatur, et dimitto pro mea sepultura et at (sic) missas cantandas antequam sepeliar .L. solidos, et dimitto canonice supradicte ecclesie .IIII. marabetinos, et ad operam dormitorii .V. Et dimitto supradicte canonice meam partem pignoris quod habeo in Camons cum Raimundo de Argelaguers, ut habeat eam et teneat predicta canonica donec redimatur. Et si contigerit redimi meam partem peccunie dimitto ad opus dormitorii. Dimitto meum almatrac ut ponatur ante altare beate Marie, et sit sub pedibus sacerdotum ibi missas canentium. Domino meo episcopo dimitto meum mulum; Arnallo Iohanni sacriste .I. marabetinum, ceteris [p. 352a] presbiteris ecclesie nostre unicuique .IIII. solidos; Gaucefredo de Esterria .I. barraganum et pannum quem emeram ad caligas faciendas; Adzemaro socio meo .I. marabetinum et culcitram in qua iacet et fulcrum et puluinar et gauzingiam et unum barraganum; Raimundo de Argelaguers meam meliorem culcitram et meliorem barraganum; Petro Raimundi de Petra Inscisa meum super lectum. Dimitto ecclesie Sancti Felicis Ierunde .X. solidos, et capellano eiusdem ecclesie meas pelles meliores, ita scilicet quod donet presbiteris eiusdem ecclesie .X. solidos ut rogent Deum pro anima mea; Sancto Petro Gallicantus .II. sextarios annone et .I. frumenti; Sancto Martino, .V. solidos et .III. migeras ordei quas habeo in suo manso; Letario capellano .IIII. solidos; Sancto Danieli .II. sextarios ordei; Raimundo Isarni .IIII. solidos; Arnallo de Mercadello sacerdoti, .IIII. Dimitto Sancte Marie de Letone meas domos de Gallinariis cum ipso censu qui inde exit et mansum quem habeo per benefitium eiusdem ecclesie et .L. solidos qui exeant de meo meliori uino quod habeo in supradictas meas domos de Gallinariis et etiam uexellum in quo est supradicte ecclesie dimitto, et si quid de precio uini superfuerit, dimitto Petro Raimundi fratri meo; [p. 352b] et inter Petrum Raimundi et Berengarium et Raimundum fratres meos dimitto aliud uinum quod ibi habeo. Dimitto ecclesie Sancte Marie Ameriensi .L. solidos; Sancto Felici de Gisols .III. marabetinos et .X. sextarios ordei de illo quod habeo in ualle Aradi et .II. frumenti et meum melius uinum qum uexello in quo est quod ibi habeo et capellano eiusdem uille .V. solidos; aliud uinum quod ibi habeo dimitto Berengario nepoti meo cum uno uexello de illis que ibi sunt; alia uasa uinaria que ibi habeo uendant mei supradicti manumissores et donent precium pro anima mea. Dimitto ecclesie Sancte Christine de Arado et suis clericis .X. solidos quos debet mihi Guilielmus de Palacio Raphano et Guilielmo de Erolis .V. migerias milii; ecclesie Sancte Marie de Fenals, .IIII. solidos. Dimitto ecclesie Sancti Emitherii cum suis clericis illud pretium quod accipietur de tina et uexellis que ibi sunt; confratrie que ibi congregatur .II. marabetinos, unum scilicet quem debet mihi Arbertus clericus eiusdem ecclesie et alium de illis quod debet mihi Martinus de Frexeneto; ecclesie de Gallinariis .VI. solidos; cenobio Sancti Stephani Balneolensis tapete quod habeo mecum et uinum quod habeo apud Chamos; Sancto Iacobo .I. marabetinum, Hospitali Iherosolimitano alium; Milicie Templi alium; Gaucefredo scriptori, alium; [p. 353a] et meam meliorem pelliciam; Guilielmo Arufat seruienti meo .Ini. sextarios ordei et culcitram et pannos in quibus solitus est iacere, et illud quod debet mihi, et donent ei mei manumissores tunicam .Vn. solidorum; Ermesendi femine mee domus .IIII. sextarios ordei et .X. solidos atque pannos in quibus iacet; Nichole

Arxiu Diocesà de Girona ©

prebendario meo .III. sextarios ordei; Blancheto .II.; puellule que est in domo mea, .I. Dimitto Berengario fratri meo meum honorem de Serris sicut ego eum habeo melius, modo ut habeat eum et teneat in uita sua et post obitum eius absque ulla diminutione reuertatur Petro Raimundi et filiis suis. Et dimitto eidem Petro Raimundi fratri meo illas uineas quas habeo per eum et .IIII. sextarios ordei et illam uineam quam emi apud Quarantelam. Dimitto inter Petrum Raimundi et Berengarium fratres meos ita uidelicet ut post mortem Berengarii pars eius reuertatur Petro Raimundi et filiis suis. Dimitto Raimundo fratri meo ipsas uineas quas emi apud Fossas a Gaufrido uel ab aliis hominibus, ita scilicet ut post mortem eius habeant eas Petrus Raimundi et filii sui, et dimitto ei uineam quam habeo per eum et .Vii. solidos de illis quos debet mihi Rollandus et .IIII. que remanent dimitto eidem Rol[p. 353b]lando. Dimitto meas domos in quibus habito Gerunde Raimundo de Argelaguers socio meo et Berengario nepoti meo, ita scilicet quod quisquis de eorum superuixerit alterum, habeat eas integriter et non sit eis licitum eas uendere aut impignorare aut ab ecclesia Ierundensi aliquo modo alienare, sed in uita sua eligant unum de Gerundensis ecclesie canonicis qui eas habeat ad fidelitatem supradicte ecclesie, et sic eant semper de clerico in clericum Gerundensem. Et dimitto Berengario supradicto nepoti meo meam pulinam equinam et tres sextarios ordei et .I. frumenti et unam culcitram de minoribus et fulcrum rubeum et unum puluinar; et dimitto eum in baiulia domini mei Guilielmi, Sancti Felicis Gerunde abbatis ut sit suus homo et seruus et faciat eum discere et benefaciat ei et intendat in eius meliorationem et gubernationem, et pro hoc habeat predictus Guilielmus abbas meam mulam cum inselamento et freno et illud quod debet mihi; et dimitto Guilielmo abbati iam dicto quicquid habeo aliquo modo in honore de Frexeneto preter illud quod dedit mihi Arnallus archileuita, cui Arnallo illud dimitto. Omnes supradicte laxationes exeant de omni meo auere et mobili et de mea medietate census et fructus qui debent exire de honore canonice quem ego teneo usque dum [p. 354a] firmetur in Pascha, et quicquid superfuerit, donent mei manumissores pro anima mea in pauperibus pro missis canendis et ut fidelitas eorum cui hec omnia comitto melius utile mihi esse cognouerint. Petro de Esterria dimitto .II. marabetinos et Girberto .VI. solidos ex illis .XII. quos debent mihi; alios sex donent manumissoribus meis; Bataierio .I. marabetinum. Et hoc testamentum firmitatem obtineat.

Quod factum est idus octobris anno .XVII. regni Ludouici regis iunioris.

Bernardus leuita, qui hoc testamentum fieri iussi, firmaui et testes firmari rogaui. Guilielmus Sancti Felicis abbas. +Raimundus presbiter. Petrus leuita. Sig+num Bernardi, clerici de Aguilar. Sig+num Guilielmi Arrufit.

(s. man.) Gaucefredus capellanus, qui hoc testamentum scripsit die annoque prefixo.

Ea que debentur supradicto testatori sunt hec: Arnallus archileuita debet ei .XL. solidos; Petrus de Esterria, .VI. morabatinos; Caluet suus baiulus, .IIII. morabatinos; capellanus de Lemena, .X. solidos.

292

(ca. 1153)

Ponç de Cervera jura no haver donat refugi a Guillem Ramon, des que ha sabut que era excomunicat pel papa i promet no sotmetre les esglésies a exaccions per raó de vicaries.

Cart., p. 157a. Reg.: B 375.

Arxiu Diocesà de Girona ©

Iuro ego Poncius de Ceruaria me non recepisse Guilielmum Raimundi ex quo sciui eum excomunicatum esse a summo pontifice, nec de cetero dum fuerit in ista excomunicatione prestabo ei patrocinium siue defensionem in aliquo. Item iuro quod de cetero non exigam in ecclesiis aliquam exactionem uel seruitutem nomine uicarie uel aliqua racione, et ea mala que feci in ecclesiis uel in honore Sancte Marie Gerunde uel in aliis honoribus religiosorum locorum restituam et redirigam et faciam restitui et redirigi usque ad unum mensem ad amonitionem domini Gerundensis episcopi, et si forte decessero, restituant et redirigant Petrus de Ceruaria et uxor mea et alii quos ego elegero.

293

1154, març, 5

Joan de Sitjar fa donació al seu cosí, Pere Arnau, clergue, de la meitat dels censos que rep al burg del Galligants, a Girona.

Cart., pp. 343b-344a. O.: ACG, Roura, núm. 278, que data de 1153. Reg.: B 279.

Sit notum cunctis quoniam ego Iohannes de Citgar dono tibi Petre Arnalli clerice consanguineo meo medietatem ex omni censu et seruitio quod ego per donum Arnalli Iohannis auunculi mei habeo et teneo in ipso burgo qui est ad ripam Gallicantus, tali modo ut ego et tu habeamus et teneamus totum censum et seruitium atque uniuersis usaticis qui ex iam dicto burgo exeunt per medium cunctis diebus uite nostre solide et libere, et quisquis ex nobis ambobus prius obierit, sua pars remaneat his qui superuixerit. Affrontat autem supradictum burgum a parte orientis in calle que transit ante domos Sindredi clerici, de meridie in carraria publica, ab occiduo in alia carraria, a parte uero circii in riuulo Gallicantus. Si quis contra hoc donum ad irrumpendum uenerit duplam compositionem tibi persoluat cum omni melioratione hac scriptura firmissime persistente.
Actum est hoc .III. nonas marcii anno .XVII. regni Ludouici regis iunioris. [p. 344a]
Sig+num Iohannis de Cigar qui hoc fieri iussi, firmaui firmarique rogaui. Sig+num Arnalli de Forello auunculi eius. Sig+num Rainalli, cognati eius. Sig+num Raimundi. (s. man.) Raimundus presbiter. +Petrus Arnalli presbiter.
(s. man.) Bernardus ipodiachonus qui hoc rogatus scripsit die et anno quo supra.

294

(1156), 1157, febrer, 28

Berenguer d'Anglès defineix les exaccions que feia a les esglésies de les Planes, les Encies, Sant Iscle de Colltort i Sant Vicenç de Camós.

Cart., pp. 160b-161a. Reg.: B 281, que data de 1155.

Pateat omnibus scire uolentibus quia ego Berengarius de Angles diffinio et euacuo et omnibus modis derelinquo omnium ecclesiarum donationes et exactiones et apparatus et adquisitiones quas usque modo iniuste quolibet modo faciebam in ecclesiis et clericis que

Arxiu Diocesà de Girona ©

sunt in honore quem habeo pro Extranea quondam uxore mea in manu dompni Berengarii Gerundensis episcopi et successorum eius sine ulla reseruatione et uicariis prefatarum ecclesiarum penitus abrenuntio et ab omni donatione clericorum ibidem manentium, tam presentium quam futurorum penitus me exuo. Hanc ipsam diffinitionem et euacuationem fecit dudum Extranea uxor mea in extremo mortis periculo posita, pleno tamen sensu, memoria ac loquela, in presentia Berengarii Ruffi presbiteri de Angles et Berengarii de Serra et Guilielmi de Bas, monachorum, et Berengarii de Farners et Guilielmi de Sancto Iohanne et Raimundi de Costa et aliorum multorum. Sunt namque prefate ecclesie in comitatu et episcopatu Gerundensi, quorum nomina sunt hec, scilicet, ecclesia Sancti Christofori de Planis et Sancte Marie de Incisiis et Sancti Aciscli de Colle Torto et medietatem uiguerie ecclesie sancti Uincentii de Camuns. Sicut superius scriptum est, sic ego predictus Berengarius derelinquo et diffinio [p. 161a] prefatas ecclesias et uicarias absque ullo retentu gratis, sine dolo et fraude. Quod si quelibet persona in posterum hanc scripturam uiolare temptauerit, anathemati subiaceat et tamquam sacrilegus Gerundensi ecclesie componat.
Actum est hoc anno .CLVI. post millesimum ab Incarnatione Domini, .II. kalendas marcii.
Sig+num Berengarii de Angles, qui hanc scripturam dif
finitionis fieri iussi firmarique rogaui. Sig+num Berengarii Arnalli de Angles. Sig+num Guilielmi Sancti Christofori. Sig+num Guilielmi Ugonis. Sig+num Berengarii Sancti Andeoli. (s. man.) Gaufridus capellanus. Sig+num Arnalli de Costa. Berengarius, Gerundensis episcopus (s. man.) Bernardus de Aguilar+.
Bernardus presbiter et monacus qui hoc scripsit die et anno quo supra.

295

1157, març, 14

Ponç, clergue de la seu, estableix a Bonet i Saurina una casa situada a Viladesens, a cens d'un parell de gallines, per dos sous de diners de Girona d'entrada.

Cart., p. 279b marge. Reg.: B 514.

Sit notum cunctis quod ego Poncius clericus Sancte Marie sedis, hac scriptura indice, dono tibi Bonete atque uxori tue Saurine omnique uestre posteritati ad seruicium Sancte Marie ipsum casale quod est in parrochia santi Uincentii de Uilla Asinorum in loco que uocant Mata, ante uestras domos. Sub tali autem modo dono uobis et omni uestre posteritati in perpetuum iam dictum casale ad faciendum quodcumque uolueritis cum solis, foris, atque cum ingressibus et regressibus eius, ut donetis fideliter Sancte Marie annuatim pro censu par unum de gallinis et duas fugacas. Pro ista uero donacione accipio a uobis .II. solidos denariorum ierundensis monete, quod est manifestum. Si quis hoc disrumpere temptauerit, non ualeat, set in duplo uobis componat.
Actum est hoc .II. idus marcii anno .XX. regni Ledouici regis iunioris.
Sig+num Poncii clerici. Sig+num Berengarii Isarni. Sig+num Raimundi de Podio. Sig+num Guilielmi Bernardi.
(s. man.) Ferrarii clerici qui hoc rogatus scripsit cum litteris dampnatis in .III. et .IIII. linea, die annoque prefixo.

Arxiu Diocesà de Girona ©

296

1157, setembre, 29

Guillem Ademar, la seva esposa Agnès i el seu fill Ademar defineixen certes exaccions que es prenien a les esglésies del terme de Finestres.

Cart., pp. 159b-160b. Ed.: CONSTANS, núm. 151. Reg.: B 283.

Pateat omnibus scire uolentibus quia ego Guilielmus Ademari et uxor mea Agnes et Ademarus filius noster, diffinimus et euacuamus omnibus modis guirpimus et derelinquimus omnium ecclesiarum donationes et uicarias et exactiones et apparatus et adquisitiones quas usque modo iniuste uel quolibet modo faciebamus in ecclesiis et clericis que sunt in honore et terminis parrochiis uel de Fenestris uel in aliis quibusque locis de episcopatu Gerundensi in manu domini Berengarii Gerundensis episcopi et successorum eius in perpetuum usque in finem seculi absque ulla reseruatione et abrenuntiamus penitus uicariis prefatarum ecclesiarum atque ab omni dominatione clericorum ibidem manentium, tam presentium quam futurorum, funditus nos exuimus et easdem ecclesias ab omni iugo seruitutis nostre et nostre posteritatis liberas esse in perpetuum [p. 160a] uolumus. Sunt namque prefate ecclesie in episcopatu Gerundensi et in comitatibus Gerundensis et Bisuldunensis quorum nomina sunt hec, scilicet ecclesia Sancte Marie de Fenestris et ecclesia Sancti Andeoli et ecclesia Sancti Stephani de Lemena et ecclesia Sancte Marie de Arcubus et Sancti Uincentii de Falgonibus et Sancti Martini de Campo Maiori et Sancte Marie de Porcheres et Sancti Andree de Seriniano et Santi Felicis de Fonte Cohoperto et Sancti Marci de Crispiniano. Sicut superius scriptum est, sic nos prefati Guilielmus Ademari et Ademarus filius meus et uxor mea Agnetis derelinquimus et diffinimus prefatas ecclesias et uicarias, ut neque nos neque aliquis nostre posteritatis hec que nos diffinimus aliqua uoce uel auctoritate in iam dictis ecclesiis repetere possit, et hoc facimus absque ullo retentu sine dolo et fraude. Quod si quelibet persona in posterum hanc scripturam uiolare temptauerit, anatematis uinculo subiaceat et tamquam sacrilegus Gerundensi ecclesie et episcopo componat.
Actum est hoc anno .CLVII. post millesimum ab incarnatione Domini, .III. kalendas octobris.
Sig+num Guilielmi Ademari. Sig+num Ademari filii eius. Sig+num Agnetis uxoris eius qui hanc cartam diffinitionis fieri iussimus firmauimus firmarique rogauimus. Sig+num Raimundi de Castellione. Sig+num Raimundi de Uilla de Mil. Sig+num Guilielmi de Porcheriis. [p. 160b] Sig+num Arnalli de Siriniano.
(s. man.) Bernardus presbiter et scriptor huius.

297

1158, agost, 27

Bernat de Calabuig defineix a la seu de Girona i al bisbe Berenguer la vicaria de les esglésies de Calabuig i l'Armentera.

Cart., pp. 162ab. Reg.: B 284.

Arxiu Diocesà de Girona ©

Sit notum cunctis presentibus atque futuris quod ego Bernardus Calabug, Dei dispositione plaga magna percussus, dimitto, diffinio et omnibus modis derelinquo seniorium et uigeriam quam iniuste hactenus habueram [p. 162b] uel tenueram ego uel predecessores mei Domino Deo et Sancte Marie et domino Berengario Gerundensi episcopo et Raimundo eiusdem ecclesie archidiacono omnique conuentui predicte sedis in ecclesia Sancti Felicis de Calabug et in ecclesia Sancti Martini de Armentera, tali scilicet pacto quod amodo ego uel aliquis de genere meo non inferamus uim aliquam nec ui seruitium aliquod perquiramus in predictis ecclesiis siue in capellanis uel clericis uel rebus ad predictas ecclesias pertinentibus.
Actum est hoc .VI. kalendas septembris anno Dominice Incarnationis .CLVIII. post millesimum.
Sig+num Bernardi de Calabug, qui hanc cartam diffinitionis scribere iussi et manu propria signo puncti firmaui et testibus firmarique rogaui. Sig+num Petri, sacerdotis de Serra. Sig+num Petri sacerdotis de Molariga. Sig+num Raimundi d.Autes. Sig+num Petri Ministral. Sig+num Gaucerandi de Salis pueri. Sig+num Raimundi de Calabug.
Raimundus sacerdos et scriba sub mandatoris et testium rogatus scripsit sub die et anno (s. man.) prefixo.

298

1159, gener, 29

Gaufred de Cistella defineix a la seu de Girona la vicaria de l'església de Sant Cristòfol dels Horts.

Cart., pp. 162b-163a. Reg.: B 235, que data de 1129.

Sit notum cunctis presentibus atque futuris quoniam ego Gaucefredus de Cistella diffinio illam uicariam ac donationem quam iniuste habebam in ecclesia Sancti Christofori de Ortis et seruitia capellani et clericorum eius, Deo et ecclesie Sancte Marie sedis Gerunde et Berengario episcopo eiusdem sedis, quapropter illam iniustam donationem ab illis exigebam in perpetuum. Quam diffinitionem tactis facio sanctis Euangeliis confirmo ut eam conseruem perpetuo. Si quis hoc infringere temptauerit, nil ualeat, sed in duplo Sancte Marie componat.
Facta est .IIII. kalendas februarii anno .XXII. regni Ludouici regis iunioris in manu domini Raimundi abbatis Uillebertrandi.
Sig+num Gaucefredi de Cistella, qui hanc diffinitionem fieri iussi, firmaui firmarique rogaui. Sig+num Bernardi de Cistella. Sig+num Raimundi de Cistella, fratrum. Sig+num Dalmatii de Terradis.
Petrus sacerdos et canonichus qui hanc cartam scripsit sub die et anno (s. man.) quo supra.

299

(abans de 1159)

Arbert Ramon fa homenatge al bisbe Berenguer de Girona.

Arxiu Diocesà de Girona ©

Cart., p. 156a.

Iuro ego Arbertus Raimundi tibi Berengario Dei gratia sancte sedis Gerundensis Gerundensi episcopo quia ab hac hora et deinceps fidelis ero tibi sine ullo enganno de tua uita et de tuo corpore et de omni honore quem hodie habes et inantea Deo dante habebis et non tollam tibi ipsum honorem nec aliquid de ipso honore nec homo uel femina, homines uel femine per meum consilium aut ingenium et si fuerit homo uel femina, homines uel femine qui tibi tollant aut tollere uelint quocumque modo ipsum honorem uel aliquid de ipso honore, fidelis aiutor ero tibi ad habere et tenere et defendere ipsum omnem iam dictum honorem per rectam fidem sine ullo tuo enganno. Sicut superius scriptum est, sic ego iam dictus Arbertus tenebo et adtendam tibi prelibato Berengario Gerundensi episcopo prefata omnia per rectam fidem sine ullo tuo enganno, per Deum et hec sancta.

300

(abans de 1159)

Guillem Sunyer fa homenatge al bisbe Berenguer de Girona i aliança amb ell contra tots els seus enemics, excepte el vescomte de Cardona, amb promesa d'accés al castell de Celrà.

Cart., p. 155b. Reg.: B 371.

Iuro ego Guilielmus Suniarii quia ab hac hora et deinceps fidelis ero tibi Berengario episcope Gerundensi per directam fidem sine engan et ipsum omne honorem quem hodie habes uel in antea adquisieris no la tolrei ni te.n tolrei nec ego nec nullus homo uel femina per meum consilium neque per meum ingenium, et si fuerit homo uel femina qui tollat tibi aut tollere uoluerit predictum tuum honorem aut aliquid de predicto honore adiutor ero tibi per directam fidem sine tuo engan ad tenere et ad habere et defendere predictum honorem contra cunctos homines uel feminas, exceptus uicecomitem de Cardona. Et de ipsa forteda de Celrano que est Balluini mei nepotis, non uetabo tibi, sed dabo tibi et tuis licentiam intrandi, standi et exeundi per quantas uices tu mihi mandaueris sine tuo engan. Sicut superius scriptum est si o tenre et o atendre tibi predicto episcopo per directam fidem sine tuo engan, per Deum et hec sancta.

301

1159, iuny, 21

Guillem Bertran defineix a Guillem de Peratallada, abat de Sant Feliu de Girona i a Ramon d'Argelaguer el mas que aquests havien comprat a Ramon de Borgonyà, situat a Corts.

Cart., p. 258a. Reg.: B 239.

Arxiu Diocesà de Girona ©

Sit notum cunctis quod ego Guilielmus Bertrandi diffinio tibi Guilielmo, abbati Sancti Felicis, et Raimundo de Argelagariis et modis omnibus derelinquo ipsum mansum quem uos emistis de Raimundo de Burguniano in parrochia Sancti Iuliani de Corts cum omnibus tenedonibus suis ad stabiliendum illum sicut uolueritis. Hanc diffinitionem facio per me et per omnem posteritatem meam atque propinquos.
Actum est hoc .VI. kalendas iulii anno .XXII. regni Lodouici regis iunioris.
Sig+num Guilielmi Bertrandi qui hanc diffinitionem feci, firmaui firmarique rogaui.
(s. man.) Bernardus diachonus qui hoc rogatus scripsi die annoque prefixo.

302

(1137-1159), juliol, 13

Ek marmessors de Pere Ramon de Mata lliuren al seu fill Ademar béns situats a Cornellà i Corts, i el posen sota la protecció de la seu de Girona.

Cart., pp. 245a-246a. Reg.: B 254.

Manifestum sit omnibus hanc scripturam legentibus quoniam quidam uir nobilis scilicet Petrus Raimundi de Matha mandando iniunxit nobis manumissoribus suis ut scripturam donationis fecissemus cuidam filio suo Ademaro de suo proprio alodio, facto et ordinato suo testamento. Quapropter nos prelibati manumissores scilicet Bernardus Iohannes de Sales, et Matillis uxor predicti Petri, et Petrus Berengarii ac Petrus Reamballi et Guilielmus Ugonis atque Guilielmus de Malpas precepto et uice patris tui predicti Petri, laudamento etiam fratrum tuorum Bernardi scilicet et Petri, per hanc scripturam [p. 245b] donationis donamus tibi Ademaro filio eius atque in presenti tradimus ipsam condaminam sui alodii quam ipse habebat et tenebat in parrochia Sancti Petri de Corneliano atque ipsum mansum de Corts cum suis pertinentiis quem ipse tibi iam dimiserat in suo testamento. Supranominatum uero alodium taliter in tua potestate mittimus et tradimus quatinus sicut pater tuus melius tenuit et possedit, libere habeas, teneas et possideas pro hereditate sine blandimento ullius uiuentis. Te igitur cum omni tua hereditate in baiulia et tuicione Dei omnipotentis et Gerundensis sedis eiusdemque ecclesie episcopi Berengarii et canonicorum eius mittimus et tradimus sicut in pagina testamenti patris tui resonat. Si qua uero in crastinum persona temerario ausu contra hoc ad rumpendum surrexerit, non ualeat, sed pro sola presumptione libram auri persoluat, hac insuper scriptura donationis firma et stabilis omni tempore permaneat.
Que est acta .III. idus iulii anno regni Lodouici regis iunioris.
Sig+num Bernardi Iohannis de Salis, sig+num Mathellis, uxoris Petri Raimundi, sig+num Petri Berengarii, sig+num Petri Reamballi, sig+num Guilielmi Ugonis, sig+num Guilielmi de Malpas, qui et manumissores predicti Petri hanc scripturam fieri iussimus, firmauimus firmarique rogauimus. Sig+num Bernardi, sig+num Berengarii [p. 246a] sig+num Arnalli, filiorum sepedicti Petri, qui hanc cartam laudamus et signo puncti firmamus. Sig+num Guilielmi de Matha. Sig+num Petri de Oriolis. Sig+num Ros de Fares.
Iohannes presbiter qui hoc scripsi die annoque (s. man.) prefixo.

Arxiu Diocesà de Girona ©

303

1159, juliol, 14

Ramon Berenguer IV, comte de Barcelona i príncep d'Aragó, defineix al bisbe Berenguer de Girona les esglésies i capellanies que aquest li havia reclamat.

Cart., pp. 49a-50a. Ed.: MH ap. 431, col. 1.326. Reg.: B 285, que data de 1158.

Cunctis hominibus manifestum fieri uolumus quatinus ego Raimundi(sic) Berengarii Barchinonensis comes, Aragonensium princeps, primum propter amorem pariter et timorem omnipotentis Dei, deinde ob salutem anime mee, dimitto ac derelinquo domino Deo et beate uirgini Marie et tibi Berengari Gerundensis episcope omnes ecclesias et earum capellanias quas tu prephate episcope a nostris militibus iniuste et contra omnem rationem in seruitute detineri iustissime conquerebaris, tali uidelicet modo et racione [p. 49b] ut nec ego deinceps per me uel per subpositam personam nec aliqua unquam persona que se meo nomine possidere dicat uel a me causam possidendi habere, ullam dominationem siue exactionem uel uiolentiam in prefatis ecclesiis requiramus seu demandemus, sed sint hec omnia in dispositione Gerundensis episcopi. Promitto etiam et asecuro Deo et tibi Berengario Gerundensis episcope quod si illi qui in supradictis aliquid ecclesiis quolibet modo se habere confidunt, hoc tibi simili modo definire, euacuare et derelinquere noluerint cum a te de hoc fuerint requisiti, de ista hora in antea me tante nequicie auctorem seu defensorem uel protectorem nulla ratione habebunt, nec ero illis garenz de hoc ullo modo, in dicto seu in facto, nec aliquid inde faciam quod in tuum dampnum uel detrimentum ualeat redundare. Hanc autem diffinitionem et euacuationem facio in tua manu in presentia Bernardi uenerabilis Terragonensis archiepiscopi et Guilielmi Barchinonensis episcopi et Petri Ausonensis episcopi atque Guilielmi de Castro Uetulo et Raimundi de Podio Alto, necnon Ugonis de Ceruilione, in quorum similiter conspectu et audientia promitto tibi quod ego ab hoc presenti exercitu in quem ire uolo Deo fauente rediero, hoc quod nunc deuote ac spontanea uoluntate feci, tunc in plena et generali curia melius ac plenius et firmius compleam [p. 50a] et atendam ad laudamentum et consilium supradictorum et aliorum meorum hominum, tam clericorum quam laicorum. Supradictam quoque definitionem uel euacuationem facio tibi Berengario, Gerundensi episcopo sine engan et omnibus successoribus tuis, ita ut libere teneas, possideas et ordines ad tuum arbitrium et uoluntatem secundum canonum instituta, saluis decimacionibus quas milites tenent per me. Si qua autem persona ecclesiastica uel secularis contra hanc mee diffinitionis scriptram uenire temptauerit, nichil proficiat sed Dei ompnipotentis maledictionem incurrant et cum Iuda proditore penas eternaliter luat.
Actum est hoc pridie idus iulii anno ab Incarnatione Domini .MCLVIIII.
Sig+num Raimundi comes. Sig+num Bernardi Terragonensis archiepiscopi. Sig+num Raimundi de Podio AJto. Sig+num Guilielmi de Castro Uetulo. Petrus Ausonensis episcopus ss. Sig+ num Guilielmi, Barchinonensis episcopi+. Sig+num Ugonis de Ceruilione.
Sig+num Pontii scribe comitis, qui hoc scripsit per mandatum domini comitis. [p. 50b]

304

1160, agost, 13. Girona

Arxiu Diocesà de Girona ©

El comte Ramon Berenguer IV de Barcelona ratifica una promesa anterior de no espoliar els béns episcopals a la mort dels prelats.

Cart., pp. 50b-51a. Reg.: B 268.

Ad noticiam omnium fidelium uolumus peruenire qualiter ego Raimundus, Dei gratia comes Barchinonensis princeps Aragonum et marchio, dum olim essem in procintu itineris Almarie, diuina mihi inspirante clementia uotum uoui Domino Deo atque in manu domini Bernardi Terragonensis archiepiscopi aliorumque episcoporum, uidelicet Guilielmi Barchinonensis, Berengarii Gerundensis, Petri Ausonensis qui tunc ibi erant, donaui quod quandam nefariam consuetudinem que quondam extiterat in katedralibus ecclesiis nostri regiminis extirparem et abolerem. Erat enim consuetudo ut decedentibus episcopis pontificalia que in palatiis et in castris et in iudicaturis ipsorum inueniebantur a baiulis et uicariis patris mei et aliorum predecessorum meorum diriperentur et distraherentur. Quare, quia cognoui alienum esse a diuinis legibus et humanis supradictam detestabilem consuetudinem, sicut tunc uerbo deleui, sic nunc presenti scripto in perpetuum euacuo et derelinquo, sicut melius ad utilitatem et dignitatem ipsarum sedium intelligi potest, ita uidelicet quod nec ego nec ullus de filiis uel successoribus meis nec aliquis uiuens per nostram uocem in katedralibus ecclesiis et in earum castris et dominicaturis hoc deinceps possit exigere, expetere uel habere, sed omnia quecumque tam in pane quam in uino, peccoribus et pecudibus et omnibus domorum utensilibus omnibusque ad ius ipsorum episcopatuum perti[p. 51a]nentibus a decedentibus episcopis fuerunt congregata, cum omni integritate successoribus episcopis tradantur profutura. Hanc diffinicionem et euacuationem facio propter amorem Dei et remedium anime mee et parentum meorum et ut omnipotens <Deus> in hoc et in futuro seculo mihi indulgeat. Hoc decretum nostre diffinicionis et euacuationis si quis infringere temptauerit, nisi resipuerit et satisfecerit, iram Dei omnipotentis incurrat.
Quod est actum .VIII. idus augusti anno Dominice Incarnationis .MCXLVII. apud Gerundam, in anno regni Lodouici iunioris .XXIIII.
Sig+num Raimundi comes. Sig+num Guilielmi de Castro Uetulo. Sig+num Bertrandi de Castelet. Sig+num Arnalli de Turre Rubea. Sig+num Raimundi de Monnels, sig+num Berengarii, fratrum. Sig+num Arnalli de Lercio. Sig+num Raimundi Uille Mulorum. Sig+num Raimundi de Gerundella, uicarius.
(s. man.) Bernardus leuita, qui hoc rogatus scripsi die annoque prefixo. [p. 51b]

305

1160, novembre, 14

Arnau de Llers defineix a la seu de Girona nou esglésies situades a les seves posessions de Llers i Cervià.

Cart, pp 159ab. Ed.: MARQUÈS CASANOVAS, AIEG 19 (1969), p. 223. Reg.: B 286, que data de 1159.

In nomine Domini nostri Ihesu Christi. Ego Arnaldus de Lercio plenus memoria et mentis

Arxiu Diocesà de Girona ©

integritate, recognoscens me Dominum Deum in multis offendisse et suam misericordiam consequi desiderans posse, diffinio et euacuo et ex toto desemparo ipsi Domino Deo et Sancte Marie semper uirgini et Gerundensi sedi ad cuius proprietatem pertinere noscuntur nouem ecclesias quarum .V., scilicet ecclesia Sancti Felicis de Rochabruna, ecclesia Sancti Christofori de Begeth, ecclesia Sancti Laurentii de Samuga, ecclesia Sancti Iuliani de Lertio et ecclesia Sancte Marie de Sagaron in honore de Lertio, quatuor uero scilicet ecclesia Sancti Stephani de Burdils, ecclesia Sancti Petri Iuillan, ecclesia Sancti Isidori de ça Pera ecclesia Sancti Martini de Cachan, in honore habentur de Ceruiano; istas inquam supradictas .VIIII. ecclesias et quidquid in eis quocumque modo habebam uel aliqua uoce exigebam uel ego uel aliquis per me, diffinio ut supradictum est et habendas et possidendas in perpetuum euacuo et desemparo Deo et Sancte Marie Gerundensi in manu magistri Guilielmi cappellani domini mei Raimundi Berengarii comitis Barchinonensis principis Aragonensis, ita ut de dicta hora inantea nec ego nec aliquis uel aliqui successorum meorum in supradictis ecclesiis uel in aliqua illarum aliquid habere uel exigere audeat aut presumat aliqua uoce. Si quis uero contra hanc meam diffinitionem et euacuationem pro anima mea et animabus parentum meorum facta uenire presumpserit, uel eam aliqua uoce uel aliquo modo irrumpere atemptauerit nichil ualeat, sed pocius ipse et in hoc [p. 159a] sui complices anathema maranata a bonis meis alieni fiant.
Facta carta huius diffinitionis et euacuationis anno ab Incarnatione Domini .MCLX., .XVIII. kalendas decembris, anno Lodouici regis iunioris in regno.
Sig+num Arnalli de Lercio. Sig+num Arnalli de Lercio iunioris. Sig+num Arnaudi Gaufredi. Sig+num Raimundi de Uillademuls. Sig+num Dalmacii de Midiniano.
Ego Guillelmus ecclesie Sancti Rufi canonicus et domini comitis Barchinonensis capellanus qui hanc cartam rogatus et uoluntate prefati Arnaudi de Lercio scripsi die et anno quo supra, ss.

306

1161, setembre, 15

Bernat de Santa Eugénia, amb consentiment de la seva esposa Adelaida i del seu fill Pere, defineix al bisbe Guillem de Girona i al seu batlle d'Ullà, Berenguer Ventre, un home propi seu, de nom Pere Revingut, pels 20 sous de diners de Girona.

Cart., pp. 178b-179a. Reg.: B 282.

Sit notum omnibus legentibus hoc quoniam ego Bernardus de Sancta Eugenia cum consilio uxoris mee Adalaidis et filii mei Petri diffinio et delibero Gerundensi sedi et Guilielmo gratia Dei sedis eiusdem pontifici et Berengario suo baiulo de Uliano qui uocatur Uentre ipsum hominem nomine Pontium Reuengut, ita ut nec ego nec aliquis uoce nostra deinceps in illo homine predicto neque in suis aliquid requiram uel requirat, sed semper habeat eum liberum predicta sedis absque aliqua reseruatione omnium que adquisierit, unde accipio ego Bernardus et uxor mea et filius meus .XX. solidos denariorum gerundensium [p. 179a] et baiulus meus .III. solidos gerundenses.
Actum est hoc .XVII. kalendas octobris anno .XXV. regni Lodouici regis iunioris.
Sig+num Bernardi de Sancta Eugenia. Sig+num Adalaidis uxoris eius. Sig+num Petri, filii eorum. Sig+num Oliuarii baiuli. Sig+num Ugueti. Sig+num Raimundi de Turricella. Factus

Arxiu Diocesà de Girona ©

leuita sic scripsit (s. man.) Pontius Trista.
(s. man.) Ermengaudus presbiter et publicus scriptor Gerunde subscribo.

307

1161, setembre, 22

Berenguer de Rocacorba defineix al bisbe Guillem de Girona les exaccions que es prenia a les esglésies de Santa Maria de Rocacorba i Granollers.

Cart., pp. 164a- 165a. Ed. ex LVC, J. MARQUÈS CASANOVAS, *Canet d'Adri*, Canet d'Adri, 1988, pp. 268-269. Reg.: B 287.

Pateat omnibus scire uolentibus quoniam ego Berengarius de Rupe Curua et uxor mea Flos et filius noster Berengarius diffinimus et euacuamus omnibus modis ac derelinquimus in manu domni Guilielmi Gerundensis episcopi et [p. 164b] Arnalli archileuite omnes dominationes et exactiones et apparatus, albergas etiam et adquisitiones quas hucusque quolibet modo faciebamus in ecclesiis Sancte Marie de Granoiariis et Sancte Marie de Rocha Curua et capellano earumque clericis et sine ulla reseruatione uegerie prephatarum ecclesiarum penitus abrenuntiamus, et ab omni dominatione capellani et clericorum ibidem manentium tam presentium quam futurorum nos omnino eximimus ita ut prephate ecclesie cum suo capellano et clericis et rebus omnibus suis mobilibus et inmobilibus sint libere in perpetuum. Prephatam namque diffinitionem facimus Deo et sancte ecclesie Gerundensis sedis et uobis superius scriptis uestrisque successoribus propter remedium animarum nostrarum absque ullo retentu, imo facimus hoc gratis, sino dolo ac fraude. Ego uero predictus Guilielmus gratia Dei Gerundensis episcopus, ut hec diffinitio firmior sit omni tempore, hoc pono uinculum ut si quelibet persona hanc diffinitionem infringere temptauerit, anathemati subiaceat et tamquam sacrilegus Gerundensi sedi compositionem persoluat.
Actum est hoc .X. kalendas octobris anno .XXV. regni Ludouici regis iunioris.
Sig+num Berengarii de Rupe Curua. Sig+num Floris uxoris eius. Sig+num Berengarii eorum filii, qui hanc diffinitionem fecimus, firmauimus firmarique rogauimus. Sig+num Dalmatii de Bierto. Sig+num Arberti de Osor. Sig+num Raimundi de [p. 165a] Neros. Sig+num Raimundi de Sancto Stephano. Sig+num Iohannis de ipsis Casellis. Sig+num Guilielmi filii eius. Sig+num Bernardi de Granoieriis. Sig+num Raimundi de ipso Boscho. Sig+num Raimundi de ipsa Condamina. Sig+num Guilielmi, filii iamdicti Berengarii et Floris.
(s. man.) Bernardus leuita qui hoc rogatus scripsi die annoque prefixo.

308

1162, setembre, 12

El bisbe de Girona, Guillem de Peratallada i Ramon d'Argelaguer, prepòsits de la seu, estableixen a Guillem de Vila, de Corts, mig mas comprat a Ramon de Borgonyà, a cens de 5 sous i prestacions agràries de pa i de carn, per 40 sous d'acapte.

Arxiu Diocesà de Girona ©

Cart., pp. 255b-256a. Reg.: B 288.

Sit notum cunctis quoniam ego Guilielmus Dei gratia Gerundensis episcopus et Raimundus de Argelaguers, prepositi Sancte Marie sedis et canonice [p. 256a] donamus tibi Guilielmo de Uilla de Curtibus et reddimus tibi et tuis post te in perpetuum dimidium mansum qui nobis aduenit per parentorum nostrorum et nos emimus ex Raimundo de Bergoniano. Tali modo facimus uobis hoc donum ut refaciatis illud et melioretis et adueniant in illud seniores prefate canonice panem et uinum et carnem, et donetis inde annuatim in mense ianuarii predicte canonice solidos .V. et remaneant aliis omnibus usaticis exceptos ipsos agrarios quibus exeunt de terras que inde pertinent. Accipimus autem pro hoc donum de tuo auere solidos .XL. Si quis hoc rumpere uoluerit non ualeat sed in triplo emendet. Est autem predictum medium mansum in comitatu Gerundensi, in parrochia Sancti Iuliani de Curtibus, in locum quem dicunt ad ipsa Uilla.
Actum est hoc .III. idus septembris anno .XXVI. regni Lodouici regis iunioris.
Guilielmus Dei gratia Gerundensis ecclesie episcopus ss. Raimundus presbiter. Sig+num Petri Iohannis de Camonibus. Sig+num Petri de ipsa Costa de Burguniano.
(s. man.) Petrus presbiter, qui hoc rogatus scripsi et sub die et anno quo supra.

309

1163, octubre, 23

Guillem de Mata defineix a l'església de Borrassà les prestacions que es prenia d'aquesta església.

Cart., pp. 165ab. Reg.: B 289.

Pateat omnibus scire uolentibus quia ego Guilielmus de Matha diffinio et euacuo omnibus modis derelinquo ecclesie de Borrachano dominationem et exactionem et apparatus et adquisitiones quas usque modo iniuste faciebam quolibet modo in ecclesia et clericis de Borracano in manu dompni Guilielmi Gerundensis episcopi et successorum eius, Berengariique abbatis Sancti Felicis qui ibi presens aderat, sine ulla reseruatione et uicariis prefate ecclesie penitus abrenuntio et ab omni dominatione clericorum ibidem manentium, tam presentium quam futurorum penitus me exuo ita quod nec ego nec aliquis per me post me ueniens in predicta ecclesia et in omnibus suis alodiis sibi quocumque modo pertinentibus aliquid requirat, sed prefatam ecclesiam de Boratiano et omnia eius alodia quocumque modo sibi pertinentia Deo et Sancte Marie et Guilielmo Gerundensi episcopo suisque successoribus sine ulla reseruatione solide et libere in perpetuum derelinquo.
Actum est hoc .X. kalendas nouembris anno .XXVII. regni Lodouici [p. 165b] regis iunioris.
Sig+num Guilielmi de Matha qui hanc scripturam diffinitionis fieri iussi, firmarique rogaui et firmaui. Sig+num Arnalli Uille Mulorum. Sig+num Guilaberti de Crudiliis. Sig+num Berengarii de Palaciolo. Sig+num Adimari de Porchariis.
(s. man.) Petrus presbiter qui hoc rogatus scripsit die et anno quo supra.

310

1164, maig, 1

Arxiu Diocesà de Girona ©

Ponç de Mata, prevere i batlle de la seu, estableix a Bernat, clergue, un camp situat al comtat de Girona, a Viladesens, per plantar-hi vinya a rabassa morta.

Cart., pp. 273b-274a. Reg.: B 290.

Sit notum cunctis quoniam ego Pontius de Mata et (sic) baiulus Sancte Marie sedis Gerunde, dono tibi Bernardo clerico ad podium Sancti Petri unum campum, et est super stratam apud orientem et est alodium Sancte Marie, ut plantetis in eo uineam semper ad uoluntates tuas faciendas, saluo iure Sancte Marie, tali modo ut de uinea fideliter septimam partem donetis, et pro recognitione campi donetis mihi et meis quando leuauerit par gallinarum et .I. par fogaciarum et .I. quartera uini; et hoc campum est de meo manso tenedone, et postquam uinea non ibi erit, reuertatur campum ad meum mansum. Affrontat uero a parte orientis in alodio de me donatore, et ab occiduo in strata, a circio in terra Raimundi Adroer, a meridie in podio Sancti Petri de Rodis. Sicut in hiis quatuor affrontationibus terminatur et includitur, sic laudo tibi ut superius dixi. Nullus hoc rumpat. Accipio a te .VI. solidos gerundenses. Est autem in comitatu Gerundensi, in parrochia Sancti Uincentii.
Acta carta kalendis maii anno .XXVII. regni Lodouici regis iunioris.
Sig+num Boneti [p. 274a]. Sig+num Berengarii Isarni. Sig+num Raimundi Ruffi, presbiteri. Poncius presbiter et baiulus.
(s. man.) Arnallus presbiter et sacrista, die et anno quo supra.

311

1165, juliol, 12

Joan de Sitjar defineix a la seu de Girona tot allò que per donació del seu oncle, Arnau Joan, sagristà de la seu, rebia al burg de Sant Feliu de Girona, per 100 sous de diners de Girona.

Cart., pp. 344ab. O.: ACG, Roura, núm. 341. Reg.: B 292.

Sit notum cunctis quoniam ego Iohannes de Cigar diffinio domino Deo et ecclesie Sancte Marie sedis Gerunde et tibi Guilielmo eiusdem sedis episcopo et successoribus tuis in perpetuum quicquid iuris auctoritate donatione Arnalli Iohannis Gerundensis sacriste auunculi mei aut aliqua alia ratione habeo uel habere possem in burgo illo qui est in alodio Sancte Marie sedis Gerunde qui condam fuit Guilielmi Constantii et Girberti Treuer presbiteri, qui burgus habet affrontationes ab oriente et occiduo et meridie in calle et in carreria publica, a parte circii in riuulo Gallicantus. Omnia namque que qualibet uoce et auctoritate ego iam dictus Iohannes infra iam dictas affrontationes habeo uel habere debeo et homines per me, census, seruitia et uniuersaliter omne dominium quod quolibet modo ibi me credebam [p. 344b] habere, totum diffinio supradicte ecclesie et tibi iam dicto episcopo, omni dolo et malo ingenio remoto absque ulla reseruatione quam nec mihi nec posteris meis aliquo modo facio. Accipio autem de bonis predicte ecclesie .C. solidos denariorum gerundensis monete quos tu Guilielme episcope mihi donas pro iam dicta diffinitione. Si

Arxiu Diocesà de Girona ©

quis irrumpere temptauerit, primum iram Dei omnipotentis incurrat, et insuper secundum leges duplicem compositionem persoluat.
Actum est hoc .IIII. idus iulii anno .XXVIIII. regni Loduici regis iunioris.
Sig+num Iohannis de Cigar, qui hanc diffinitionem feci, firmaui firmarique rogaui. Sig+num uxoris eius. Sig+num Rainalli. Sig+num Guilielmi de Fabricis. Sig+num Girberti. (s. man.) Bernardus presbiter et clauiger. Raimundus presbiter (s. man.). Raimundus presbiter. Sig+num Guilielmi Sancti Stephani.
(s. man.) Bernardus leuita qui hoc rogatus scripsit.

312

1166, juny, 2

Joan de Monell, saig, fa homenatge al bisbe Guillem de Girona pel castell de la Bisbal.

Cart., pp. l3lab. Reg.: B 291.

Iuro ego Iohannes de Monello saio Episcopalis quod de cetero ero fidelis tibi Guilielmo Gerundensi episcopo domino meo de tua uita et de tuo corpore et de ipso castro Episcopalis et de omni honore qui in terminio eiusdem castri est et de omnibus tuis expletis, hominibus et feminis, censis et usaticis et consuetudinibus et mansis et omnibus que ad tuam utilitatem salua iusticia ibi poterunt me sciente reperiri et de omnibus terminis dicti castri per Deum et hec .IIII. Dei Euangelia.
Actum est hoc .IIII. nonas iunii anno .XXVIIII. regnante Lodouico rege iuniore.
Sig+num Iohannis qui predictum sacramentum facio [p. 131b] et fideliter me seruare promitto (s. man.).
Guilielmus presbiter, qui hoc scripsit et die et anno quo supra.

313

1166, juny, 27

Arnau Guifred i Raimunda, esposos, estableixen a Vilà i a la seva esposa Juliana un racó de trilla situada al burg de Sant Feliu de Girona a cens d'un parell de capons, per 80 sous de diners barcelonesos.

Cart., pp. 340b-341a. Reg.: B 296.

Sit notum cunctis quoniam ego Arnallus Guifredi uxorque mea Raimunda donamus tibi Uillano et tue uxori Iuliane et uestre posteritati unum angulum de mea trilia, scilicet .VI. braciatas in longum et .II. braciatas in amplum, sicut affrontat ab oriente in casas Petri de Ledone, de meridie in nostra trilia, de occiduo in carrera que affrontat in casa de Natale, de circio in casas de te Uillano et tuo socio Guilielmo. Sicut de hiis .IIII. affrontationibus dictus angulus includitur, cum omnibus suis pertinentiis et cum exitibus et regressibus eius, et cum deguticibus de teules ut cadunt in nostro, sic donamus uobis et uestre posteritati ad casas ibi faciendas et hedificandas uel ad quodcumque ibi facere uolueritis, tali modo ut habeatis et teneatis uos et uestra posteritas semper ad omnem uestram uoluntatem

Arxiu Diocesà de Girona ©

faciendam sine uinculo ullius hominis, saluo nostro iure et .I. par caponum optimorum ut donetis nobis annuatim in Natale Domini. Et si hoc donum uendere uel inpignorare uolueritis, ut amoneatis nos ante .X. dies et si infra .X. dies retinere noluerimus iusto precio ut alii homines, ut deinde uendatis [p. 341a] uel inpignoretis cuicumque uelitis, excepto clerico, saluo nostro iure in omnibus, et conuenimus uobis per fidem sine uestro engan ut de hoc supradicto simus uobis guirenz et defensores de omnibus hominibus, et propter hoc donum accipimus a uobis .LXXX. solidos denariorum barchinonensium. Si quis hoc disrumpere temptauerit non ualeat, sed in duplo componat.
Actum est hoc .V. kalendas iulii anno .XXX. regni Lodouici regis iunioris.
Sig+num Arnalli Guifredi, sig+num Raimunde, qui hanc cartam fieri iussimus, firmauimus firmarique rogauimus. Sig+num Arnalli de Lemena. Sig+num Guilielmi Arnalli de Cigar. Sig+num Raimundi de Sancto Laurentio. Sig+num Iohannis de Cichar. Sig+num Rainalli Sellarii. Sig+num Raimundi Mascardelli.
(s. man.) Stephanus scripsit cum litteris die et anno quo supra.

314

1166, desembre, 23

El comte Hug d'Empúries empenyora al bisbe Guillem de Girona els drets que rep a la villa d'Ullà per 130 morabatins avinaiars.

Cart., pp. 175ab. Reg.: B 297.

Pateat cunctis hanc scripturam legentibus uel audientibus quoniam ego Ugo Impuritanensis comes impignoro Gerundensi ecclesie et tibi Guilielmo eiusdem ecclesie episcopo et successoribus tuis quicquid habeo uel accipio uel habere debeo in ipsa uilla de Uliano uel baiulus per me, tali modo ut totum senioraticum uel baiuliam totam teneas in dominium uel commendes cui uolueris uel in eius terminis. Prephatam namque impignorationem facio tibi propter .cxxx. marabetins auinaiars boni auri et recti pensi quos insuper mihi accomodas, et conuenio tibi bona fide et omni malo ingenio remoto de supradicta impignoratione te non engannem nec supradictam ecclesiam nec successores tuos, sed tantum ac tamdiu teneas, possideas et expletes donec ego reddam uel mei tibi uel successoribus tuis predictos .cxxx. marabetinos sine omni engan. Si quis hoc irrumpere temptauerit non ualeat sed in duplo componat.
Actum est hoc .X. kalendas ianuarii anno .XXX. regni Lodouici regis iunioris.
Sig+num Ugonis comitis, qui hanc impignorationem [p. 175b] feci, firmaui firmarique rogaui. Sig+num Iusiane comitisse uxoris eius. Sig+num Poncii eorum filii. Sig+num Poncii fratris eius. Sig+num Guilielmi de Pau. Sig+num Bernardi, fratris eius. Sig+num Bernardi de Castellione. Sig+num Bernardi de Sancta Eugenia. Sig+num Petri de Turricella, filii eius. Sig+num Raimundi Talteuoil.
(s. man.) Bernardus leuita, qui hoc rogatus scripsi die annoque prefixo.

315

1167, maig, 21

Arxiu Diocesà de Girona ©

Arnau Guifred i la seva esposa Raimunda empenyoren al bisbe de Girona Guillem i a Guillem de Terrades una possessió situada al burg de Sant Feliu de Girona per 300 sous de diners de Girona.

Cart., pp. 339b-340b. Reg.: B 295.

Sit notum cunctis quoniam ego Arnallus Guifredi et uxor mea Raimunda impignoramus tibi Guilielmo Gerundensis ecclesie episcopo et tibi Guilielmo de Terrades omnem illum honorem qui fuit Arnalli Adals, qui est in burgo Sancti Felicis, cum omni censu et seruitiis et aliis usaticis que inde exeunt et exire debent, sicut melius mihi Arnallo aduenit ex parte uxoris mee Raimunde et per meam comparationem siue per quaslibet alias uoces et mihi predicte Raimunde ex parte parentorum meorum, excepto ipso furno et domibus que sunt iuxta ipsum furnum [p. 340a] in quibus habitamus et orto prope ipsas domos consito, saluo iure Sancte Marie sedis in omnibus ubicumque habeat uel habere debeat, propter .CCC. solidos denariorum gerundensis monete, et si quandoque fuerit in predicto honore facta uenditio uel acapte siue stabilimentum, habeatis uos inde medietatem et nos aliam. Hanc inpignorationem facimus uobis predictis bona fide et sine ullo dolo hac conditione et lege ut predictum honorem possideatis, teneatis et ut supradictum est expletetis uos et illi quibus dare uel dimittere uolueritis, donec nos reddamus uobis et illis prescriptis .CCC. solidos quos nobis super predictum honorem acomodastis, sine ullo engan. Et si moneta mutata uel peiorata fuerit, reddamus uobis marabetinos boni auri et recti pensi, auinaiars ad concambium .vii. solidorum. Preterea conuenimus uobis quod supradictum pignus non extrahemus a uobis nisi de proprio nostro auere, ita quod alii non subponamus.
Actum est hoc.XII. kalendas iunii anno .XXX. regni Lodouici regis iunioris.
Sig+num Arnalli Guifredi, sig+num Raimunde uxoris sue, qui hanc scripturam inpignorationis fieri iussimus, firmauimus firmarique rogauimus. Sig+num Girberti. Sig+num Iohannis de Ciiario. Sig+num Rainalli. Sig+num Ar[p. 340b]nalli de Lemena. Sig+num Petri de Scala. Sig+num Raimundi de Bisulluno. Sig+num Balluini.
(s. man.) Leterius presbiter, qui hoc rogatus scripsi die et anno quo supra.

316

1168, gener, 11

Testament d'Ademar levita, que disposa a favor de la canònica de la seu de béns situats a Corts i Cornellà.

Cart., pp. 254a-255a. Reg.: B 293.

In Christi nomine, ego Ademarus maxima detentus egritudine facio meum breue testamentum, in quo eligo meos manumissores dominum meum episcopum et Raimundum de Terrades et Guilielmum de Solgusta et Gaufridum de Esterria, qui post obitum meum distribuant omnes res meas sicut hic illis iniunxero. In primis dimitto corpus meum cimiterio Sancte Marie sedis ad sepeliendum. Dimitto, dono atque trado in manu domini Guilielmi ad ipsam canonicam supradicte sedis ipsum meum mansum de Corts cum omnibus pertinentiis suis et tenedonibus et cum omnibus habitatoribus suis et cum ipsa condamina que est in parochia Sancti Petri de Corneliano, sicut melius ad utilitatem ipsius

Arxiu Diocesà de Girona ©

canonice intelligi potest et sicut pater meus mihi dimisit et eidem canonice et manumissores sui mihi tradiderunt, et me cum istis in tuitione et deffensione Gerundensis ecclesie. Dimitto eidem canonice solidos .X., inter sacristas et tessaurarium, solidos .V., singulis sacerdotibus huius sedis solidos .III., domino meo episcopo marabetinum .I., Sancto Felici solidos .IIII., Sancto Petro solidos .III., Sancto Danieli solidos .III., Sancto Martino solidos .II., Sancte Susanne [p. 254b] denarios .Xii., Sancte Eulalie denarios .XII., Sancte Marie de Arcs modium unum cum ipso uexello in quo est ad ipsam operam et ipsam tinam presbiteris ipsius ecclesie. Guilielmo de Campalier baiulo meo ipsum uinum de Purdons, Sancto Martino de Uillamala meum uexellum meliorem ad ipsa opera et scriniam que est in ecclesia: alium uexellum presbiteris ecclesie et sileas (sic) oues; Arnallo de Uillarotonda ouem .I., et sex que remanent cum agnis dimitto Stephano fratri meo. Dimitto Guilielmo fratri meo solidos .V.; dimitto Ermesendi culcitram meam in qua iacet et quadingiam unam et beraganum .III. et archam .I. et .IIII. solidos quos ei debeo; prebendario meo uexellum cum uino, Poncio homini meo, uexellum .I.; ad meam sepulturam solidos .XX. Omnes supradicte laxationes denarium et debita exeant de meo mulo cum freno et faleramento et de meis pellibus et pellicia et orle et quatuor canters de carne et sagimine; inter Gaufridum et Petrum Martini culcitram .I. et captiale; aliam culcitram et quadingiam dent mei manumissores pro anima mea. Dimitto Guilielmo de Solgusta socio meo ipsam uineam de Ualle Profunda quam Petrus de Lorona dedit mihi et ego redemi a Raimundo de Bisulluno pro .X. solidos, et tinam et uexellum et mea uascula que superius non sunt scripta. Omnia uero omnia (sic) donent mei manumissores pro anima mea.
Actum est hoc .III. idus ianuarii anno [p. 255a] .XXXI. regni Lodouici regis iunioris.
Ademarus leuita qui hoc testamentum laudo et firmo. Gaucefredus presbiter (s. man.) Petrus presbiter. (s. man.) Guilielmus presbiter de Solgusto (sic). Berengarius de Palera.

317

1168, febrer, 3

El comte Hug d'Empúries encarrega al bisbe Guillem de Girona que li pagui 200 sous a certs creditors de Girona, quantitat per la que ell empenyora certs drets d'Ullà.

Cart., pp. 175b-176a. Reg.: B 298.

Pateat cunctis hanc scripturam legentibus uel audientibus quoniam ego Ugo Impuritanensis comes mitto te Guilielmum Gerundensem episcopum in pliuio per .CC. solidos gerundensis monete quos tu mihi facis pliuire debitoribus meis in Gerunda, quos nummos ego paccabo usque Pascha predictis debitoribus meis bona fide sine engan. Quod si quocumque interueniente casu in predicto termino eos non paccauero aut paccari fecero usque in predictum presens Pascha, rogo et uolo ut tu pacces eos et habeas eos in ipso pignore de Uliano quod iam tibi misi per .CXXX. marabetinos. Insuper conuenio tibi quod de supradictis te non enganem nec Gerundensem ecclesiam nec si te antequam paccem predictum debitum mori contigerit successores tuos per bonam fidem. Et tam diu teneas tu et Gerundensis ecclesia [p. 176a] et successores tui donec ego uel mei reddamus tibi uel successoribus tuis iam dictum debitum in pace sine engan. Hoc fuit factum in presentia Guilielmi de Rupiano et Guilielmi Bisullunensis archileuite et Guilielmi Sancti Stephani et Arnalli de Oliuis et Arnalli de Bianna et Petri de Petra Incisa et Arnalli de Constantinis.

Arxiu Diocesà de Girona ©

Hactum est hoc .III. nonas februarii anni .XXXI. regni Lodouici regis iunioris.
Sig+num Ugonis comitis, sig+num Iusiane uxoris eius, qui hoc laudamus et firmamus. Sig+num Guilielmi de Rupiano. Sig+num Bernardi de Sancta Eugenia. Sig+num Guilielmi de Pau. Sig+num Gauzberti de Castellione.
(s. man.) Bernardus leuita qui hoc rogatus scripsi die annoque prefixo.

318

1168, abril, 4

Testament de Pere de Palagret, sagristà de Celrà, que elegeix sepultura a Celrà i disposa dels seus béns a favor de la seu de Girona.

Cart., pp. 219b-220a. Reg.: B 294.

In Dei nomine ego Petrus iaceo in magna egritudine, et timeo quod non superueniat repentinus interitus, ideoque rogo amicos meos id sunt Guilielmus de Barbauetula et Guillielmus de Ualle et Laurentius plebanus et Guilielmus de Galidia ut istribuant omnes res meas sicut ego illis iniunxero in hac pagina. Primum dimitto corpus meum sepeliri in cimiterio Santi Felicis de Celrano cum toto meo alodio quod ego dedi sancto Felici, excepta fexa una que est in baiulia Guilielmi de Palagret que est iuxta mansum, cum duas oliuarias que ibidem sunt, et dimitto iam dictam fexam et oliuarias ad Guilielmum nutritum meum. Et dimitto Arnallo Arnallo Cambas et omni sue posteritati ad cenobium Sancti Petri Gallicantu, et dimitto Raimundo nutrito meo ipsum meum sacrarium minorem cum medietate curtilii qui ibidem est [p. 220a] saluo iure Sancte Marie et sacrario maiori cum alia medietate curtilii ad Sanctam Mariam prepositi. Et dimitto ipsum meum hominem Brauinum cum omni sua posteritate Guilielmo de Galidia.
Actum est hoc .II. nonas aprilis anno .XXXI. regni Lodouici regis iunioris.
Sig+num Petri qui hunc testamentum fieri iussi, firmaui firmarique rogaui. Sig+num Guilielmi de Barbauetula. Sig+num Guilielmi de Uallis. Sig+num Guilielmi de Galidia. Sig+num Guilielmi Ferrerii. Sig+num Goffredi de Galidia. (s. man.) Laurentius presbiter. +Berengarius presbiter.
Petrus presbiter qui hoc rogatus scripsi die et anno quo supra.

319

(post 1168, abril, 4)

Pere de Palagret, sagristà de Sant Feliu de Celrà, declara que Guillem de Palagret no té batlliu ni cens a un alou que l'atorgant ha donat a Sant Feliu de Celrà.

Cart., p. 220ab. Reg.: B 380.

Ego Petrus de Palagret, clericus et sacrista Sancti Felicis de Celrano, iuro super .IIII. euangelia in presentia domini prepositi Petri et Laurentii plebani de Burdils et Berengarii clerici et Guilielmi de Iuuiano et Guilielmi Ferrarii de Celrano et Raimundi de Lunel et

Arxiu Diocesà de Girona ©

Gaufredi filii Guilielmi baiuli et multorum aliorum clericorum et laicorum quod in isto alodio quod ego dedi sancto Felici de Celrano usque in perpetuum, Guilielmus de Palagred et antecessores [p. 220b] sui unquam non habuerunt nec habent baiuliam neque censum.
+Petrus de Palagreto clericus et sacrista Sancti Felicis de Celrano qui hoc sacramentum super .IIII. Euangelia feci in presentia predictorum.

320

1168, octubre, 29

Pere de Lledó i la seva esposa Ermengarda venen a Vilà i Juliana, esposos, una part de la casa que tenen al burg de Sant Feliu de Girona, per 200 sous bar., i altres 50 pel terç.

Cart., p. 341ab. O.: ACG, Roura, núm. 365. Reg.: B 299.

Sit notum cunctis quoniam ego Petrus de Leduno et uxor mea Ermengardis uendimus tibi Uillano uxorique Iuliane unam partem nostrarum domorum que sunt in burgo Sancti Felicis in alodio Sancte Marie sedis, sicut capit unus palmus et dimidius pes infra pilare illius arcus qui ibi uersus partem tui ipsius. Affrontat ipsa pars ab oriente in alia parte de nobis uenditoribus, a meridie in orto Arnalli Guifredi, ab occidente in domibus tuis quas emisti [p. 341b] a Boscano, a circio in ipsa carrera que inde transit. Sicut istis predictis .IIII. affrontationibus includitur, sic uendimus uobis prenominatis et uestris ad omnem uestram uestrorumque uoluntatem faciendam ibi et inde omni tempore sine uinculo ullius uiuentis persone et contradictione aliqua, saluo senioratico iure et censu, uidelicet .XVI. denariis ad Sanctum Andream. Pro hac uenditione accipimus a te Uilano .CC. solidos denariorum barchinonensium et .L. quos donas pro tercio. Si quis hoc disrumpere temptauerit non ualeat, sed pro sola compositione in duplo componat, hac uenditione firma persistente.
Actum est hoc .IIII. kalendas nouembris anno .XXXII. regni Lodouici regis iunions.
Sig+num Petri de Leduno, sig+num Ermengarde uxoris eius, qui hanc scripturam uenditionis fieri iussimus, firmauimus firmarique rogauimus. Sig+num Renalli sellarii. Sig+num Bernardi Rosselli. Sig+num Alcherii. Sig+num Raimundi Mascardelli. Sig+num Iohannes de Ciiario. Sig+num Arnalli Guifredi. Sig+num Raimunde uxoris eius. Sig+num Petri de Scala. Sig+num Guilielmi de Terradis. Guilielmus Dei gratia Gerundensis ecclesie episcopus ss.
(s. man.) Leterius presbiter, qui hoc rogatus scripsi die et anno quo supra. [p. 342]

321

1169, gener, 29

Guillem Dalmau de Madremanya, la seva esposa Guisla i els seus fills, Berenguer, Guillem i Gaufred, defineixen a la seu de Girona i al prepòsit Pere de Terri, Arnau de Bosquet, home propi seu, per 16 sous de diners de Girona.

Cart., pp. 209b-210a. Reg.: B 301.

Arxiu Diocesà de Girona ©

Sit notum cunctis presentibus atque futuris quoniam ego Guilielmus Dalmacius de Matremagna et uxor mea Guila et nostri filii, scilicet Berengarius et Guilielmus hac Gaucefredus, nos omnes insimul, diffinimus et euacuamus domino Deo et Sancte Marie sedis atque episcopo et preposito scilicet Petro de Sterria ipsum nostrum hominem nomine Arnallum Boschec, sicut melius nos habemus et tenemus uel habere debemus, sic nos insimul diffinimus et euacuamus atque deliberamus hominem nostrum domino Deo et Sancte Marie sedis et preposito Petro de Sterria, sicut uos melius potestis intelligere ad uestrum beneficium ex uestra pard, et propter hanc diffinitionem et euacuationem atque deliberationem accipimus autem a uobis inter nos et baiulos solidos .XVI. denariorum gerundensis monete. In tali pacto diffinimus uobis iam predictum hominem ut nos nec aliquis per nos nec per nostras uoces nichil amplius perquirere ualeamus. Si quis contra hanc diffinitionem et euacuationem atque deliberationem ad irrumpendum uenerit non ualeat, sed duplam compositionem uobis persoluat ac (sic) scriptura firmiter persistente.
Actum est hoc .IIII. kalendas februarii anno .XXXIII. regni Ludouici [p. 210a] regis iunioris.
Sig+num Guilielmi Dalmatii, sig+num Guille uxoris eius, sig+num Berengarii, sig+num Guilielmi, sig+num Gaucefredi eorum filii qui hanc diffinicionem et euacuationem hac deliberationem firmauimus firmarique rogauimus. Sig+num Rubei de Pubulo Sig+num Guilielmi de Riard, baiuli. Sig+num Bemardi de Puiada (s. man.).
Raimundus ipodiachonus qui hoc rogatus scripsi die annoque prefixo.

322

1170, abril, 1

Borrell, sagristà i jutge, fa donació a Berenguer, abat de Sant Feliu de Girona, per a després de la seva mort, d'una casa que havia comprat al bisbe Guillem, amb obligació de fer cens de dos ciris, tres vegades a l'any, a la seu.

Cart., pp. 322b-323a. Reg.: B 302.

Pateat omnibus scire uolentibus quoniam ego Borrellus sacrista et iudex, propria atque mea spontanea uo[p. 323a]luntate eligo te Berengarium abbatem sancti Felicis et dominum (sic) pro domino ipsarum domorum nostrarum quas condam habui a domino Guilielmo Gerundensis ecclesie episcopo bone memone uiro, pro quibus dedi mille solidos, ut habeas et teneas eas post obitum meum solide et libere in tota uita tua, sicut ego melius habeo et teneo eas cum omnibus suis pertinentiis et omnibus suis meliorationibus quas ibi feci, .cc. marabetinos bene ualentibus, ita quod singulis annis in tribus festiuitatibus, uidelicet Natalis Domini et Pascha et Pentecosthen, persoluas censum sancte Marie sedis ecclesie in illis singulis festis duos cereos unumquemque trium librarum cere, et ad obitum tuum eligas similiter atque constituas in eisdem domibus unum de canonicis Sancte Marie qui ipsum censum simili modo faciat, et sitis memores anime mee, et sic procedat de uno in alium donec mundus finiatur, semper tamen memoria mea inde uiuente, et retineo ibi libere uiolarium meum.
Actum est hoc kalendis aprilis anno .XXXIII. regni Lodouici regis iunioris.
(s. man.) Petrus Borrelli sacrista et iudex. Gaucefredus presbiter et canonicus. Sig+num Guilielmi Sancti Stephani+. (s. man.) Lobatonus presbiter.
(s. man.) Petrus, qui hoc scripsi die annoque prefixo (s. man.). [p. 323b]

Arxiu Diocesà de Girona ©

323

1170, novembre, 20

Ramon de Fornells, la seva esposa Arnaleta i la seva filla Raimunda defineixen a la seu de Girona i a Pere Martí, el seu clergue, un home propi seu, de nom Domènec, per 28 sous de diners de Girona.

Cart., pp. 2l0ab. Reg.: B 303.

Notum sit cunctis quoniam ego Raimundus de Fornello et uxor mea Arnalleta et filia mea Raimunda cum ceteris filiis nostris, diffinimus Deo et Sancte Marie sedis Gerunde et tibi Petre Martini Sancte Marie sedis clerice, ad ipsam uidelicet canonicam, per nos et per omnes nostros propinquos ipsum hominem nomine Dominicum cum omni sua posteritate et cum suo auere cum omnibus que modo habet uel habiturus est, tali modo ut nichil deinceps in ipso uel in supradictis omnibus requiramus nec requirere ualeamus, sed sit ipse cum supradictis rebus suis in iure et potestate prefate canonice et prepositorum eius liber atque solutus a uinculo nostro et [p. 210b] nostrorum omnium, et de iure nostro iure in supradicte canonice et prepositorum eius eundem hominem cum omnibus sibi pertinentibus tradimus atque iachimus in perpetuum sicut melius ad utilitatem canonice intelligi potest. Propter hanc diffinitionem et euacuationem accipimus a te Dominice .XXVIII. solidos denariorum gerundensis monete. Si quis contra hoc ad irrumpendum uenerit non ualeat, sed duplam uobis compositionem persolúat ac scriptura firmiter persistente.
Actum es hoc .XII. kalendas decembris anno .XXXIIII. regni Lodouici regis iunioris.
Sig+num Raimundi de Fornello, sig+num Arnallete uxoris eius, sig+num Raimunde filie eorum, qui hoc fieri iussimus, firmauimus firmarique rogauius, Sig+num Guilielmi de Galidia, baiuli. Sig+num Guilielmi Dominici.
(s. man.) Bernardus leuita, qui hoc rogatus scripsi die annoque prefixo.

324

1171, gener, 20

Arnau de Palera, la seva mare Porquera i el seu germà Guillem defineixen al bisbe Guillem de Girona les vicaries que es prenien a les esglésies de Cursavell, Llerona, Palera, la Cot i Llanars.

Cart., pp. 161ab. Reg.: B 304.

Pateat omnibus hanc scripturam legentibus uel audientibus quoniam ego Arnallus iunior de Palera et mater mea Porchera et frater meus Guilielmus diffinimus et euacuamus in manu Guilielmi Gerundensis episcopi exacciones omnes et dominationes atque apparatus et uigarias omnium ecclesiarum uidelicet Sancti Martini de Curchauello et Sancti Andree de Lorona et Sancte Marie de Palera et Sancte Marie de Cute et Sancti Stephani de Lanars quas pater meus quocumque modo exegerat uel requisierat, sicut melius uel liberius

Arxiu Diocesà de Girona ©

intelligi potest ad uoluntatem et libertatem predicta[p. 161b]rum ecclesiarum et Gerundensis sedis. Hanc uero diffinitionem in perpetuum facimus ita quod nec nos nec aliquis successorum nostrorum ibi scilicet in predictis ecclesiis aliquid requiramus, sed sicut melius superius scriptum est ita semper inconcussum permaneat. Insuper etiam confirmamus et laudamus illam diffinitionem predictarum ecclesiarum quam pater meus Arnallus fecerat in uita sua in presentia Raimundi prioris Palerie et Petri sacriste et Guilielmi de Centens et Bernardi de Gaiano et Guilielmi de Quarto et aliorum multorum.
Actum est hoc .XIII. kalendas februarii anno .XXXIIII. regni Ledouici regis iunioris.
Sig+num Arnalli iunioris de Palera, sig+num Porcharie matris eius, sig+num Guilielmi fratris eius qui hanc diffinitionem facimus et firmamus et laudamus firmarique rogamus. Sig+num Guilielmi de Centens. Sig+num Raimundi de Uillafedan. Sig+num Petri de Sagaron. Sig+num Raimundi prioris Palerie. Sig+num Petri sacriste.
Iohannes presbiter qui hoc scripsit die annoque (s. man.) prefixo.

325

(1172) 1173, gener, 4

El bisbe Guillem de Girona annexa a la mensa episcopal l'església de Santa Eulàlia Sacosta, una vinya situada a la muntanya de Girona, indret de Bascona, i un hort situat al Mercadal de la mateixa ciutat.

Cart., p. 321ab. Reg.: B 305.

Iustum est ac uite eterne meritorium ut qui de ecclesia uiuimus ecclesiam inquantum nobis ipsa suffragatur humanitas augmentare ac dilatare studeamus. Sepe enim robur infringit religionis rerum temporalium inopia. Ego igitur Guilielmus, diuina electione Gerundensis ecclesie minister, uidens redditus nostros mense episcopi minime posse sufficere, postulationibus uenerabilium fratrum nostrorum Gerundensis ecclesie satisfatiens eorum communi rogatu, dono atque in perpetuum concedo mense episcopali ecclesiam Sancte Eulalie de Costa cum omnibus redditibus suis. Insuper donamus similiter mense episcopi uineam nostram, que fuit condam Guilielmi beate recordationis de Colonico, que est in loco qui uulgo appellatur Baschona. Donamus [p. 321b] iterum mense prefate ortum nostrum Mercatalli quod fuit condam Gaucefredi Augerii bone memorie. Et quoniam multum ecclesie hanc uidemus expedire meliorationem, quia sunt quidam qui magis uolunt preesse quam prodesse, interdico et auctoritate a Domino mihi concessa excommunicatione, quod Deus auertat, aliquis aliquid horum supradictorum dare aut aliquo modo a mensa episcopi presumat alienare. Sit igitur sub anathematis uinculo et dans et accipiens aliquid supradictorum. Si quis contra hanc canonicam institutionem uenire temptauerit, canonice sententie infamis subiaceat et nouies dampnum resarciat. Nullus igitur contra hoc instrumentum ueniat.
Quod est actum .II. nonas ianuarii anno .MCLXxII., anno .XXXVI. regni Ledouici regis iunioris.
Guillemus, Dei gratia Gerundensis episcopus. Poncius, Dei dignatione Dertusensis

Arxiu Diocesà de Girona ©

episcopus. +Raimundus Gerundensis archileuita. Arnallus Bisullunensis archileuita. +Berengarius abbas Sancti Felicis. Arnallus, Impuritanensis archileuita.
(s. man.) Arnallus leuita, qui hoc rogatus scripsi die annoque prefixo.

326

1173, maig, 29

Arnau de Paret Rufí i la seva esposa Berenguera firmen a Berenguer Miró i a la seva esposa Narbona dos quadrons de vinya, pels que hauran de fer certes prestacions.

Cart., pp. 369b-370b. Reg.: B 307.

Sit notum cunctis quoniam ego Arnallus de Pariete Ruffini et uxor mea Berengaria laudamus et concedimus tibi Berengario Mirone tueque uxori Narbone omnique [p. 370a] uestre posteritati illos duos quadros de terra cum uinea que ibi est, quos habetis et tenetis per nos in loco qui uocatur Merdazang in parrochia Sancti Felicis de Pariete Ruffini. Item laudamus et concedimus uobis illam fexam terre que est iuxta campum Raimundi Comitis in eadem parrochia. Sicut melius habetis et tenetis predictas terras, sic uobis laudamus ac concedimus cum iam dicta uinea in perpetuum, ut habeatis eas et teneatis cum omnibus suis pertinentiis sine uinculo ullius uiuentis, saluo directo senioris ad uestram uoluntatem faciendam, tali modo ut de predictis terris de Merdancan donetis de expletis que ibi fuerint quartum, et de uinea thascham, et de hiis terris pro censu in unoquoque anno .XII. denarios quando in his ambobus terris habuerit expletum. Si autem non habuerit expletum nisi in una, donetis pro ea pro censu .VI. denarios, et donetis de ipsa fexia que est iuxta campum Raimundi Comitis quartum et pro censu unam ocham quando expletum habuerit, et expleta que de predictis terris exierint teneatis in honore Sancte Marie. Tamen, preter [p 370b] hoc faciatis de illis uestram uoluntatem. Accipimus a uobis propter hanc laudationem .XX. solidos. Si quis hoc fregerit, in duplo componat.
Actum est hoc .IIII. kalendas iunii anno .XXXVI. regni Lodouici regis iunioris.
Sig+num Arnalli de Pariete Ruffini, sig+num Berengarie uxoris mee, qui hoc fieri fecimus, firmauimus firmarique rogauimus. Sig+num Guilielmi Lunel. Sig+num Petri Martini. (s. man.) Petrus leuita de Pariete Ruffini.
(s. man.) Bernardus presbiter, qui hoc scripsi die et anno quo supra.

327

1174, abril, 19

Guillem de Trilles i Berenguer, germans preveres, requerits a respectar els drets alodials de la seu, prometen amb jurament de fer-ho pel que fa a una casa situada al burg de Sant Feliu de Girona i béns situats a Bascona, Fornaca, el coll de la Llebre i una casa d'Aiguaviva.

Arxiu Diocesà de Girona ©

Cart., p. 342ab. Reg.: B 308.

Guilielmus de Trilliis et Berengarius fratres, requisiti et amoniti a canonicis Gerundensis ecclesie quod ius ecclesia Gerundensis habeat in domibus quas pater earumdem (sic) dum uiuit et inhabitabit in illis que sunt in uico Sancti Felicis, iuxta puteum, et in uineis de Bascona et uinea de Fornacha cum culto et heremo et ortos de Figueroles et ortus qui est super mulinum draparium et heremus que est ad collem Leporis et campus qui est in parrochia Sancti Iohannis de Aquauiua quem tenent filii Bulgerii erant proprium alodium Gerundensis ecclesie. Insuper adiecerunt de paiesia et dominium domorum que sunt in uico sancti Felicis spectabant ad ius Sancte Marie. Hec sacramenta sunt prestita presentibus Raimundo Gerundensi archidiacono et Raimundo de Terrades et Petro Martino et Bernardo de Biana et Petro de Pineto et Bertrando de Paleria, Deodato et Petro de Esterria et camerario Sancti Petri de Gallicantu et Arnallo de Villafedant et pluribus aliis assistentibus.
Actum est hoc .XIII. kalendas maii anno Dominice Incarnationis .MCLXXXIIII. (sic), .XXXVII. regni Lodouici regis iunioris.
(s. man.) Guilielmus presbiter. (s. man.) Berengarius presbiter. Berengarius presbiter et monacus atque camerarius. Raimundus de Terrades, leuita. (s. man.) Petrus de Pineto presbiter et canonicus. Deusdedit leuita [p. 342b].
(s. man.) Petrus presbiter, qui hoc rogatus scripsit.

328

(1173-1174)

El comte Ponç Hug d'Empúries promet a l'arquebisbe Guillem de Torroja de Tarragona i al bisbe Guillem de Monells de Girona d'observar la definició que el seu avi havia fet a la seu de Girona.

Cart., p. 145a. Reg.: B 361.

Iuro ego Poncius Impuritanensium comes filius Ugonis et comitisse Iusiane, tibi Guilielme Terragonensium archiepiscope et tibi Guilielme Gerundensium episcope et clericis eiusdem ecclesie quod illam deffinitionis scripturam quam auus meus fecit et pater meus firmauit Gerundensi ecclesie fideliter tenebo et adtendam de ista hora inantea per fidem sine engan, per Deum et hec sancta.
Sig+num Poncii Ugonis Impuritanensis comitis.

329

1174, novembre, 2

Guillem cabiscol de la seu de Girona estableix a Berenguer de Font un celler situat a l'alou de Sant Mateu.

Cart., p. 225ab. R.: B 266, que data de 1145.

Arxiu Diocesà de Girona ©

Sit notum cunctis quoniam ego Guilielmus, Gerundensis sedis precentor, dono tibi Berengario de Fonte et posteris tuis ex te descendentibus unum cellarium in alodio Sancti Mathei ante domos Marchesii presbitero in ipso ferraginello quod est alodium Sancti Mathei, et dabitis mihi et successoribus meis unam gallinam annuatim in Natale Domini et .XII. denarios pro acapte, ita tamen quod tu uel tui non possitis predictum cellarium aliquo modo alienare nisi ad tuum consimilem rusticum, saluo tamen meo et meorum successorum semper iure et predicte ecclesie Sancti Mathei. Si quis hoc disrumpere temptauerit non ualeat sed iram Dei incurrat et postea hec carta firma persistat.
Actum est hoc .X. kalendas decembris anno .XXXVIII. regis Lodouici iunioris.
Sig+num Berengarii de Fonte. Sig+num Petri de Uilar. Sig+num Petri de Sallent. +Guilielmus Gerundensis sedis precentor. Sig+num Marchus.
+Adalbertus leuita, qui hoc rogatus scripsit die et anno quo supra.

330

1175, octubre, 23

Adelaida i la seva filla Maria venen a Arnau clergue una casa situada a la sagrera de Sant Feliu de Celrà, pel preu de 18 sous i 6 diners de Girona, amb reserva de cens per a la seu de Girona.

Cart., pp. 206b-207a. Reg.: B 339, que data de 1195.

Notum sit omnibus hominibus quoniam ego Alaaidis femina et filia mea Maria, uenditores sumus tibi Arnallo clerico ipsum nostrum sacrarium quem habemus et tenemus in sacraria Sancti Felicis super Sanctam Mariam sedis, iuxta tuas domos a parte cirtii, sicut nos habemus melius uel habere debemus, sic uendimus tibi cum exitibus et ingressibus suis et regressibus, et affrontationibus suis et omnibus in se habentibus siue qualicumque modo pertinentibus, pro .XVIII. solidos [p. 207a] denariorum gerundensium et denariorum .VI. quos inde donas inter nos et dominum et baiulum. Ita uendimus tibi ut nos nec aliquis per nos nec per nostras uoces nichil amplius requiramus nec requirere faciamus, sed semper habeas et possideas tu et tui libere et quiete sine aliqua fraudatione et sino ullo uinculo, sicut melius dici et intelligi potest ad tuam utilitatem ad faciendum ibi et inde quicquid uolueris, saluo iure sanct Marie in omnibus, et dones inde annuatim par .I. caponum Sancte Marie pro censu, hac scriptura firmiter persistente. Nullus hoc frangat.
Actum est hoc .X. kalendas nouembris anno .XXXVIIII. regni Lodouici regis iunioris.
Sig+num Adalaidis, sig+num Marie que hanc uenditionem facimus, firmamus firmarique rogamus. Sig+num Iohanni de Molar. Sig+num Guilielmi Ferrarii. Sig+num Guilielmi baiuli. Sig+num Guilielmi Coc. Sig+num Raimundi, ecclesie Sancte Marie Uillebertrandi abbatis et prepositi prepositure de Celrano.
(s. man.) Raimundus ipodiaconus qui hoc rogatus scripsi die annoque prefixo.

331

1177, març, 22

Arxiu Diocesà de Girona ©

Berenguer de Pujals i el seu germà Bernat defineixen a la canònica de la seu i a Berenguer de Cistella, paborde de Gener de la mateixa, el mas Lledó de Borgonyà per 30 sous de diners de Girona.

Cart., pp. 287b-288a. Reg.: B 309.

Sit notum cunctis quod ego Berengarius de Puials et Bernardus frater meus, consilio et laudamento Dalmatii de Midiniano et Raimballi de Camons et Bernardi fratris eius diffinimus domino Deo et canonice Sancte Marie sedis Gerunde et uobis Berengario de Cistella preposito in mense ianuarii ipsum mansum qui dicitur de Letone cum hominibus et feminis qui in eodem manso habitant, qui est in parrochia Sancti Iohannis de Burguniano, sicut resonat in instrumentis que habent clerici iamdicte canonice. Accipimus autem pro [p. 388a] iam dicta diffinitione siue euacuatione a iamdicto preposito .XXX. solidos denariorum Gerundensis monete. Si quis hoc fregerit in duplo componat.
Actum est hoc .XI. kalendas aprilis anno .XL. regni Lodouici regis iunioris.
Sig+num Berengarii de Puials, sig+num Bernardi fratris eius, qui hanc diffinitionem siue euacuationem fecimus, firmauimus firmarique rogauimus. Sig+num Dalmatii de Midiniano. Sig+num Reamballi de Camons. Sig+num Bernardi, fratris eius.
(s. man.) Arnallus leuita, qui hoc rogatus scripsit die annoque prefixo.

332

1177, maig, 23

*Arnau de Maçanet defineix al capellà i als domers de Sant Martí de Maçanet de Cabrenys el delme de la possessió d'*Escaptiata.

Cart., p. 166a. Reg.: B 310.

Quia instar sacrilegii est ea que ecclesiastici iuris sunt nepharia presumptione usurpare, ideo ego Arnallus de Machaneto, recognoscens me diu tenuisse primitias de Excuciata et aliorum Iocorum in ecclesia Sancti Martini de Maccianeto, diffinio et derelinquo utcumque eas accipiebam Deo et Sancto Martino et tibi Arnalle de Darnitiis eiusdem ecclesie capellane et dogmedariis similiter Stephano et Raimundo et successoribus uestris in perpetuum, ita quod ego nec aliquis de posteritate mea aliquid de ipsis primitiis ulterius accipiam uel accipiat, et quia condam multo tempore accepi, peccatorem me confiteor et ueniam postulo et predictas primitias sicut superius dictum est, penitus absoluo et eis omnibus modis renuntio per me et successoribus mels.
Actum est hoc .X. kalendas iunii anno Christi .MCLXXVII., regnante Ludouico rege.
Sig+num Arnalli de Mutianeto (sic), sig+num Hermesendis uxoris eius, sig+num Arnalli, sig+num Bernardi filiorum eius, qui hoc laudamus et firmamus testesque firmare rogamus. Sig+num Bernardi de Gadel. Sig+num Berengarii clerici de Darnitibus. Sig+num Guilielmi de Corciano, sedis Gerunde canonici.
Stephanus presbiter qui hanc cartam diffinitionis rogatus scripsit (s. man.) sub die et anno quo supra. [p. 166b]

Arxiu Diocesà de Girona ©

333

1177, setembre, 1

Ponç de Celrà i Ermengarda, esposos, enfranqueixen Pere de Coll, home propi seu, que passa a ésser-ho de Guillem Ramon, paborde de novembre de la seu, per 10 sous de diners de Barcelona.

Cart., p. 212ab. Reg.: B 311.

Sit notum cunctis quoniam ego Poncius de Celrano et mea uxor Ermengardis, per nos et per omnes nostros presentes atque futuros diffinimus et euacuamus te Petrum qui uocaris cognomento de Colle et illos et illas qui de te exeant domino Deo et Sancte Marie sedis Gerunde et Guilielmo Raimundi preposito mensis nouembris et successoribus suis ut melius ullo modo potest intelligi ad uestrum bonum, ut sitis liberi et franchi ex nostra parte semper et nos nec aliquis per nos nec per nostram uocem nec in res uestras amodo aliquid requiramus nec requirere possimus, et propter hanc diffinitionem et euacuationem accipimus a te .X. solidos denariorum barchinonensium.
Actum est hoc kalendis septembris anno .XLI. regni Lodouici regis iunioris.
Sig+num Poncii de Celrano, sig+num Ermeniardis, qui hanc cartam fieri iussimus, firmauimus firmarique rogauimus. Sig+num Guilielmi de Stagneolo baiuli, sig+num Companoni filii eius qui de hoc supradicto accipimus .V. solidos. Sig+num Arnalli de Fontebernardi. Sig+num Ganalgo. [p. 212b]
(s. man.) Serenus ipodiachonus scripsit die et anno quo supra.

334

1178, juny, 21

El bisbe Ramon Orusall de Girona, per finir una controvèrsia amb el seu batlle, Arnau de Paret Rufí, firma a aquest les posessions que té pel mateix bisbe, amb diversos pactes, per 30 aurei *que rep de dit Arnau.*

Cart., pp. 368a-369a. Reg.: B 312.

Ad cunctorum perueniat noticiam quoniam ego Raimundus Dei gratia Gerundensis episcopus, cum consilio canonicorum nostrorum, finem et pacem imponere uolens controuersiis que inter me et te Arnallum de Pariete Ruffino baiulum nostrum agitabantur, laudo et concedo tibi iam dicto Arnallo et tue posteritati imperpetuum omnem honorem quem hodie habes uel tenes per nos, sicut melius pater tuus uel auus tenuerunt per Gerundensem episcopum, excepto campo de Castaneola, quem mihi et omnibus subcessoribus meis diffinis ad meam uoluntatem faciendam. Tali condicione omnia supradicta tibi laudo, ut semper sis michi meisque successoribus omnibus, pro manso de Pulcro Solano quem tibi aclamabam, duo paria caponum, et de campo Merdencano quartum, et de campo qui est ante ianuam tuam et de uinea que iuxta ipsum campum est et de campo qui est iuxta uineam de Rabaltes a parte orientis thascam, exceptis duabus fexiis que in ipso [p. 368b] campo sunt de tuo alodio et de molendino quod habes in Domeng

Arxiu Diocesà de Girona ©

tercium fideliter. Preterea concedo tibi et tuis habere monaria franca si potueris in matre de Ticero et in Ribaltes, et insuper feuda et baiulias quas tui antecessores per nos habuerunt et tu per nos habes ad meum meorumque successorum seruitium et fidelitatem. Et ut hoc maius robur maioremque firmitatem habeat, accipio a te .xxx. aureos. Si quis hoc rumpere uoluerit, non ualeat.
Actum est hoc .XI. kalendas iulii anno .XL. primo regni Lodouici regis iunioris.
Sig+num (s. man.) Raimundi per Dei gratiam Gerundensis ecclesie episcopi. Ego Arnallus de Darnicibus, Gerundensis sacrista subscribo. Arnallus de Constantinis, thessaurarius. Arnallus Impuritanensis archileuita. Berengarius de Monte Acuto + leuita. Signum Berengarii de Cicario. Arnallus Bisullunensis archileuita. Berengarius de Monte Acuto, leuita. Ego Gaufredus Gerundensis ecclesie precentor, subscribo.
Sig+num [p. 369a] Guilielmi de Margaritis qui hoc rogatus scripsi (s. man.) die et anno quo supra.

335

1179, gener, 6

El bisbe Ramon de Girona, després de pledejar amb Arnau Gaufred sobre les prestacions degudes per aquest sobre un camp i un forn, després d'arbitratge de l'arquebisbe Berenguer de Vilademuls, de Tarragona, estableix al mateix Arnau els dits camp i forn.
i que rep de dit Arnau.

Cart., pp. 368a-369a. Reg.: B 312.

Ad cunctorum perueniat notitiam quod inter ecclesiam Sancte Marie Gerundensis et Arnallum Guifredi controuersia diu agitata est super agro quodam et furno quos tenebat isdem Arnallus Guifredi, qui agrum illum a canonicis sibi datum dicebat sub annua pensione unius porci canonicalis cum tascha et baiulio. Donatio tamen illa facta dicebatur et ecclesia episcopo uaccante et quibusdam canonicorum absentibus siue contradicentibus; asserebat eciam iam dicta ecclesia furnum prenominatum alodium suum esse et iure dominii sibi tercium ex eo deberi si uel uenderetur uel alio modo alienaretur, quod precise Arnallus Guifredi negabat. Ad ultimum uero Raimundus tunc temporis episcopus, canonicorum confessu (sic) et sepedictus Arnallus dominum Berengarius tunc Dei gratia Terragonensis archiepiscopi arbitrio sponte se subiecerunt. Instrumentis igitur que pro ecclesia faciebant exhibitis et diligenter inspectis, idem archiepiscopus furnum prelibatum ad ius et ad dominium ecclesie pertinere et esse alodium proprium cognoscens arbitratus est ut annuatim pro furno illo nomine pensionis in uigilia Natalis Domini episcopo Gerundensi Arnallus Guifredi siue quicumque eundem furnum teneret .IIII. focatias siue placentas denariales persolueret. Arbitratus est etiam prefatus archiepiscopus ut pensioni agri predicti pro quo porcus [p. 343a] unus canonice dari consueuit, altero porco addito, annuatim canonice duo porci darentur; quod tasca et baiulus prepositi sit ibi, seruato tamen placito quod fecit precentor de domibus quas inhabitat Bernardus de Crudiliis que sunt de iure canonice et de molendino quod tenet Guilielmus de Esterria per ecclesiam Gerunde et ut panis canonice ibi coquatur more debito et procuratio detur Arnallo ut dari solet. Et ego Raimundus, Gerundensis episcopus, consensu canonicorum conuenio tibi Arnallo quod pro

Arxiu Diocesà de Girona ©

furno qui est alodium Sancte Marie et pro censu predicto sim adiutor et defensor tibi et tuis, et haeas procurationem sicut carta resonat tua altera. Et ego Raimundus Gerundensis episcopus consensu canonicorum omnium concedo tibi Arnallo Guifredi agrum et furnum sicut dictum est. Et ego Arnallus concedo et promitto me attendere uobis et canonicis bona ñde sicut suprascriptum est. Si quis contra hoc ad irrumpendum uenerit, agere non ualeat et postea firmum persistat.
Actum est hoc .VIII. idus ianuarii anno .XLII. regni regis Leduici iunioris.
Sig+num Arnalli Guifredi, qui hoc laudo et firmo testesque firmare rogo. Sig+num Arnalli Estruz. Sig+num Arnalli Estruz. Sig+num Petri Poncii. [p. 343b] Sig+num Berengarii de Cigar. Sig+num Raimundi, Dei gratia Gerundensis episcopi. Sig+num Berengarii de Ciiario.
Arnallus subdiachonus qui hoc scripsi die et anno quo sup (s. man.)ra.

336

1179, febrer, 23

Guillem Arnau de Sitjar i la seva esposa Beatriu empenyoren a Pere de Taialà i a la seva esposa Adelaida els molins que aquest té pel bisbe, situats a Domeny, per 27 morabatins mercaders.

Cart., p. 363ab. Reg.: B 315.

Sit notum cunctis quod ego Guilielmus Arnalli de Ciiario et uxor mea Beatrix inpignoramus tibi Petro de Toilano et uxori tue Adalaidi et uestris totum illud pignus illorum molendinorum que impignorauit episcopus Gerunde scilicet Berengarius Raimundo Mascaroni et Guiraldo Episcopo. Sicut melius illud pignus habemus et tenemus in pignore pro .XXVII. marabetinos mercaders, sicut in carta autentica sonat, quam uobis tradimus, sic ipsum pignus totum ab integro tantum habeatis, teneatis et explectetis ad uestram uoluntatem donec homo uobis reddat supradictum auerum sine uestro enganno. Et nos et nostri conuenimus tibi Petro de Toilano et uxori tue Adalaidi et uestris nos esse guirentes et defensores inde contra cunctam uiuentem personam. Sunt autem predicta molenndina in Do[p. 263b]meng, que tu scilicet Petrus de Toilano tenes per episcopum. Si quis hoc rumpere uoluerit, non ualeat, sed in duplo componat.
Actum est hoc .VII. kalendas marcii anno .XLII. regni Lodouici regis iunioris.
Sig+num Guilielmi Arnalli de Ciiar, sig+num Beatricis uxoris eius, qui hoc firmamus firmarique rogauimus. Sig+num Raimundi Mascaron. Sig+num Bernardi de Costa. Sig+num Bernardi de Sancta Cecilia. Sig+num Petri Iohannis Coc. Berengarius presbiter.
(s. man.) Guilielmus de Margaritis, qui hoc scripsi die et anno quo supra.

337

1179 juliol 19

El comte Ponç Hug d'Empúries empenyora al bisbe Ramon de Girona els seus drets sobre la vila d'Ullà per 160 morabatins que el seu pare, el comte Hug, havia rebut del bisbe Guillem i per altres 30 morabatins que rep en el moment present.

Arxiu Diocesà de Girona ©

Cart., pp. 176a-177a. O.: ACG, Roura, núm. 422. Reg.: B 316.

P>ateat cunctis hanc scripturam legentibus uel audientibus quoniam ego Poncius Ugonis comes Irnpuritanensis impignoro Gerundensi ecclesie et tibi Raimundo eiusdem ecclesie episcopo et successoribus uestris quicquid habeo uel accipio uel habere debeo in ipsa uilla de Uliano uel in eius terminis uel baiulus per me, tali modo ut totum senioraticum et baiuliam teneatis in dominium et habeatis et comendetis ctii [p. 176b] uolueritis. Prephatam namque pignorationem facio Gerundensi ecclesie et uobis pro .CLX. marabetinos auinaiars quos pater meus Ugo comes Impuritanensis accepit a Guilielmo Gerundensi episcopo antecessore uestro, et insuper pro .XXX. morabetinos auinaiars quos mihi accomodasti. Et conuenio Gerundensi ecclesie et uobis et successoribus uestris per bonam fidem et om i malo ingenio remoto quod de supradicta impignoratione uos non decipiam nec supradictam ecclesiam nec successores uestros, sed laudo et concedo ut tantum ac tamdiu habeatis et teneatis et expletetis donec ego uel mei reddam uel reddant uobis uel successoribus uestris predictos .CLXXXX. marabetinos sine omni uestro engan et successorum uestrorum. Si quis hoc rumpere temptauerit, non ualeat, sed in duplo componat.
Actum est hoc .XIIII. kalendas augusti anno .XLII. regni Ludouici regis iunioris.
Sig+num Poncii Ugonis qui hoc fieri iussi, firmaui firmarique rogaui. Sig+num Iusiane matris eius. Sig+num Dalmatii de Midiniano. Sig+num Ademari de Empuries. Sig+num Guilielmi de Pau. Sig+num Raimundi Talteuol. Sig+num [p. 177a] Iordanus de Aquauiua. Sig+num Guilielmi de Montemarino. Ego Arnailus de Adarnitiis, Gerundensis sacrista, subscribo. Ego Gaufredus Gerundensis ecclesie precentor subscribo. +Guilielmus de Impuriis.
Arnallus subdiaconus qui hoc scripsit die et anno quo supra (s. man.) et supra.

338

(1138-1180), maig, 8

Berenguer Guillem de Sords, el seu nepos *Berenguer dit Moner i Pere Selvà defineixen a la seu una feixa de terra situada prop del mas de Caselles de Sords.*

Cart., p. 287ab. Reg.: B 253.

Notum sit omnibus hominibus presentibus et futuris quoniam ego Berengarius Guilielmi de Sords et alius Berengarius nepos meus quem uocant Muner et Petrus Seluan, nos simul in unum diffinimus et euacuamus Deo et Sancte Marie sedis [p. 287b] Gerunde unam fexatam alodii que est ad mansum de Caseles iuxta riuulum de Redauit quam nos redimebamus (sic) per alodium, et quia non potuimus eam adquirere in iuditio, et manifesta ratione fuit probatum esse ius et alodium Sancte Marie, propterea diffinimus eam Deo et prefate sedi solide et libere, ut neque nos uel aliquis per nostram uocem non possimus ibi aliquid requirere, sed secure et quiete possideat eam prelibata sedes omni tempore per alodium francum, et est manifestum. Acta diffinitione firmiter persistente (sic).
Actum est hoc .VIII. idus maii anno regni Lodouici regis iunioris (sic).
Sig+num Berengarii Guilielmi, sig+num Berengarii, sig+num Petri, qui hanc diffinitionem fecimus, iussimus (sic) firmauimus firmarique rogauimus. Sig+num Petri Guilielmi de

Arxiu Diocesà de Girona ©

Pomer. Sig+num Berengarii capellani de Puials.
(s. man.) Berengarius leuita, qui hoc rogatus scripsit die annoque prefixo.

339

1180, juliol, 7

Oliver de Llorà fa convinença amb el bisbe Ramon de Girona, per a la guarda del castell de la Bisbal.

Cart., pp. 234b-235a. Reg.: B núm. 318.

Hec est conueniencia quam facit Oliuarius de Laurano Raimundo per gratiam Dei Gerundensi episcopo ut omni tempore fideliter seruiat ei sicut homo debet facere suo meliori seniori et adiuuet ei tenere et habere et defendere omnem suum honorem quem hodie habet uel deinceps Deo dante habebit. Et conuenit supradictus Oliuarius iam dicto episcopo ut stet in uilla Sancte Marie Episcopalis cum sua masnada .VI. menses in unoquoque anno, et in supradictis .VI. mensibus si opus fuerit episcopo supradicto aut episcopus iam dictus mandauerit predicto Oliuario stare et gardare castrum sancte Marie Episcopalis, conuenit ei predictus Oliuarius ut stet cum sua masnada ibi et prout melius poterit gardet et deffendat supradictum castrrum et honorem Sancte Marie

340

(ca. 1180)

Capbreu de les prestacions que rep Arnau de Paret Rufí pel seu batlliu a les possessions episcopals de Domeny.

Cart., pp. 373b-375a. Reg.: B 387.

Hec est commemoratio seu caputbreue de illo baiulio quod Arnallus de Pariete Rufino accipit in honore sancte Marie qui est domini episcopi. In primis accipit in manso Laurentii de Gardia .I. migeriam frumenti et aliam ordei et schinam porci et .I. agnum et .I. anserem et .I. gallinam de trescol et .II. denarios pro pice et duas ioas in sementerio et .II. ioas tempore tirandi et unam traginam a femare et aliam ad asportandum bladum de campo ad aream et unum opus ad uindemiare et alterum a ad aream a radre et .V. oua et unum caseum.
In manso Guilielmi Oliuarii, similiter.
Arnallus de Pulcro Loco .I. anserem et .VI. oua ad Pascha et .II. pro pice et .IIII. iouas, .II. scilicet in sementerio et alias .II. tempore tirandi et .II. tramas et unum opus ad aream radere et aliam ad uindemiare.
Iohannes Martini de Pariete Ruffino similiter idem quod in manso Laurentii de Gardia.
Raimundus Uitalis similiter, excepta gallina de trescol.
Petrus Oliue pro borda, squinam porci et .II. denarios pro pice et .IIII. oua et unum caseum et gallinam pro trescol. et .IIII. ioas et duas traginas quando ibi habeat bestiam et .I. opus ad

Arxiu Diocesà de Girona ©

molam et aliam ad uindemiare et aliam ad aream radere et .I. par pullorum.
Petrus Ferrer de Pariete Ruffino similiter idem quod Laurentius de Gardia, preter [p. 374a] stramen, si bestiam non habet, et preter caseum, sed donat .VI. oua.
Bernardus de Carraria similiter quod idem Laurentius de Gardia.
B. mansus qui fuit Petri de Pariete Ruffino, similiter idem.
In borda Toscane .I. anserem et .I. par pullorum et .I. quarteriam uini et .III. oua ad pascha et .I. gallinam de trescol et .IIII. iouas, quando boues ibi habeant, et schinam porci et . II. denarios pro pice et opus ad fematam et opus ad uindemiare et opus ad molam.
Petrus de Turre .II. anseres et .II. denarios pro pice et .I. par pullorum et unam quarteriam uini et .In. oua et schinam porci et .IIII. ioas et opus at (sic) molam et opus ad uindemiare et opus ad fematam.
Adalaidis Olibessa similiter idem quod Toscana.
Marchonus similiter idem.
Raimundus Iacobi de Domeng .I. migeriam frumenti et aliam ordei ad mensuram uetulam et .XX. denarios pro alberga et .II. denarios pro pice et .I. ocam et .II. gallinas de trescol et .IIII. iouas et .II. traginas quando bestias habeat et opus ad molam et .VII. oua et opus ad aream radere et aliam ad fematam et aliam ad uindemiare.
In borna Guilielmi Mercatarii .I. par pullorum et .III. oua et .II. denarios pro pice et .IIII. iouas et opus ad molam et opus ad aream radere et opus ad uindemiare. [p. 374b]
Raimundus Iohanni de Domen cum suo parcerio migeram frumenti et aliam ordei et .XX. denarios pro alberga et .I. anserem, et per seipsum .I. quarteriam uini et .II. denarios pro pice et .IIII. iouas et .I. caseum ad pascha et .II. traginas quando bestias habeat et .I. opus ad molam et opus ad aream radere et .I. gallinam de trescol et aliam gallinam de estord et .I. ad opus uindemiare.
In baxaina Iohannes de ipsa Sama .IIII. iouas quando bestias habeat et opus ad molam et .I. opus ad uindemiare et .I. opus ad aream radere et .I. gallinam de trescol et .I. denarium pro pisce et .IIII. oua.
Guilielmus de Podio .IIII. iouas et .I. gallinam de trescol et .IIII. oua et .I. denarium pro pice et .I. opus ad molam et aliam ad uindemiare et aliam ad aream radere.
Laurentius de Domen .I. migeram frumenti et aliam ordei et .XX. denarios pro alberga et .II. denarios pro pisce et .I. quarteram uini et .I. gallinam de trescol et aliam de oztor et .II. oua ad pascha et .I. ioua ad sementem et aliam in iunio et .II. traginas
Dalmatius Munerius .I. migeriam frumenti et aliam ordei et .XX. denarios pro alberga et .II. denarios pro pice et .I. quarteriam uini et .IIII. iouas et .VII. oua et ad molam opus et ad aream radere et .I. anserem.
Borna Estraderii de Camons, .IIII. iouas et .I. gallinam de trescol et .I. denarium pro pisce et ad opus et ad molam (sic) et opus ad aream radere et opus ad uindemiare. [p. 375a]
Gerunda Munera .I. migeram ordei et aliam frumenti et .XX. denarios pro alberga et .I. denarium pro pice et .I. anserem et quarteram uini et .I. gallinam de trescol et .XX. iouas et opus ad molam et opus ad uindemiare et opus ad aream radere et .VII. oua.
Raimundus de Rupe similiter idem quod Gerunda Munera.

341

(ca. 1180)

Arxiu Diocesà de Girona ©

Capbreu de censos i usatges que rep el bisbe de Girona a Domeny.

Cart., pp. 375a-376a. Reg.: B 388.

Hoc est caput breue de censibus et usaticis quos dominus Gerundensis episcopus habet in uilla de Pariete Ruffini et in Domen.
Mansus Guilielmi de Gardia dono (sic) episcopo .I. porcum de duobus solidis et .I. multonem et .I. agnum et unum anserem et .I. eminam de ciuada in iunio.
Mansus Raimundi de Gardia, similiter
Mansus Petri Martini de Pariete Ruffini, similiter.
Mansus Raimundi Uitalis, similiter.
Mansus Guilielmi Lunelli donat .I. moltonum et .I. agnum ad Pascha.
Mansus Guilielmi Raimundi de Fabrica donat .I. porcum de duobus solidis et .I. moltonem et .I. agnum ad Pascha et .I. anserem et .I. eminam de ciuada in iunio.
Mansus Petri de Carreria, similiter.
Mansus Berengarii Petri .I. porcum de .II.solidis et .I. mol[p. 375b]tonem et .I. eminam de ciuada de quatuor bordariis .IIII. paria gallinarum. De bordaria quam tenet Raimundus de Belloc, que est ad Felguer, .XII. denarios annuatim.
Mansus Petri Iohannis de Domen .I. porcum et .I. moltonem et .I. agnum et .I. anserem et tres migeras de ciuada.
Mansus Iohannis Oliba .I. porcum et unum moltonem et .I. agnum et .I. anserem et .V. migeras de ciuada.
Mansus Arbonelli, similiter.
Mansus Petri Nouelli .I. porcum et .I. moltonem et .I. agnum et .I. anserem et .III. migerias de ciuada.
Mansus Raimundi Comitis, similiter.
Mansus Arnalli Sema, similiter.
Hec est summa: arietes .XIIII., et porci .XIII., et anseres .XX., et ciuada sextaria .VIIII., gallinarum quatuor parilia et .II. paria caponum et .XII. agni, et ratione baiulii .XVIII. pulli et .VII. agni et .XIII. migerie frumenti et .XIIII. de ordeo et .XVII. solidos denariorum et .III. denarii.
Martinus de Frexeneto donat episcopo de suo manso annuatim tria paria caponum et unam pernam et .VI. migeras et .I. quarteram de ciuada in iunio et .II.solidos pro alberga.
Mansus Lobeti .I. pernam et duo paria caponum et .XVI. denarios pro alberga et .V. migerias de ciuada.
Mansus Arnalli Cornil, similiter.
Mansus Guilielmi de Oliuaria, similiter.
Martinus cum totis [p. 376a] suis uicinis, .XVIII. denarios pro moltone et .I. quarteriam frumenti de pestier (sic) pro fogachas de pignore de Carreliano, .V. paria gallinarum et .X. migeras de ciuada et .XII. oua ad pascha.

342

(ca. 1180)

Arxiu Diocesà de Girona ©

Capbreu de censos i tasques que el bisbe rep a Domeny i Paret Rufí.

Cart., pp. 376a-377b. O. ADG, *Mitra*, C. 13, núm. 28. Reg.: B 389; MARQUÈS, *Pergamins*, núm. 70.

Hoc est caput breue de censibus et de quartibus et de thaschis que episcopus habet in Pariete Ruffino et in Domen.
Mansus de Laurentio de Guardia donat episcopo .I. porcum de .II.solidis et .I. multonem et .I. agnum et .VIIII. oua et unum anserem et .I. eminam de ciuada, et donat de campo de Merdanchan .II.taschas, et de campo de Falguers .I. thasca, et de serra (sic) in circuitu mansi .I. thasca et de aliis terris, quartum.
Mansus de Guilielmi Oliuarii similiter, excepto de costa qui est iuxta mansum, qui donat .I. thasca de uineis et de modegariis, .I. tascha de borda Arnalli de Belloloco, .XII. denarios et de uno quadro qui est subtus domum quartum, et de aliis terris .II. thascas, et de campo Spinalbo quartum et .VI. oua ad pascha et .I. anserem, et de campo quod emit de [p. 376b] Arnallo de Pariete Rufino unum par caponum.
Mansus Iohannis Martini donat .I. porcum de duobus solidis et .I. arietem et .I. agnum et .I. anserem et .I. eminam de ciuada et .IIII. oua ad pascha. In iunio, et de terris de Merdanchan, .II. anseres et quartum et de aliis terris, quartum, excepto de terris qui sunt super ripam, que donant duas thascas.
Mansus Raimundi Vitalis similiter et .VIII. oua.
Mansus Petri Ferrarii similiter et .VII. oua ad Pascha.
Mansus Petri Oliuarii donat .I. arietem et .I. agnum ad Pascha.
Mansus Petri de Carraria, sicut primum.
Mansus quem tenet Petrus Oliuarii qui fuit Berengarii Petri, .I. porcum de .II. solidis et .I. arietem et .I. emina de ciuada, et de borda Petri de Turre .I. par gallinarum et .III. oua, et de terris, quartum.
De borda Toschana, .III. oua et .I. par gallinarum, et de terris que sunt super ripam et subtus ripam donat .II. thascas, excepto .II. quadruns (sic) de terra qui donant quartum, et de borda Adalaidis Oliba .I. par gallinarum, et de campo qui est subtus Ripam donat medietas quartum et alia medietas .II. thascas, et de campo super ripas .II. thaschas, et de aliis terris, quartum.
Et de borda Marchoni .I. par gallinarum et .III. oua, et de terris duas thaschas, excepto .I. quadrum [p. 377a] qui donat quartum, et est ad Petronem.
Arnallus de Pariete Ruffini donat de manso Belsolan duo paria caponum, et de campo de Falgariis .II. solidos in tercio anno et .I. tascha, et de aliis terris .I. thascha, excepto campo de Merdanchan qui donat quartum, et exceptas .II. fexias de alodio.
Petrus Arnalli donat de sala que est iusta ecclesiam .II. solidos.
Mansus Raimundi Iacobi .I. porcum donat de Domen, et .I. multonem et .I. agnum et .I. anserem et .III. migerias de ciuada de campo qui est super molendinum de Portel donat quartum et .I. par gallinarum, et de aliis terris tascham., et de borda que fuit Guilielmi Mercatarii quam tenet Raimundus Iacobi donat .II. paria gallinarum, et de campo de Spinalb quartum et .I. anserem in unoquoque anno; de aliis terris, quartum.
Stephanus de Domen de campo de Spinalb donat quartum et .I. anserem, et in unoquoque anno .II. ioas, et de aliis terris tascham.
Mansus Berengarii Stephani donat de uno campo qui est subtus Ripam quartum, et .II. anseres in tempore quod habebit expletum, .II. ioas.
Mansus de Raimundi Iohannis qui fuit donat .I. porcum et .I. arietem et .I. agnum et .I.

Arxiu Diocesà de Girona ©

anserem et .v. migerias de ciuada et de [p. 377b] terris thasca.
Mansus Laurentii de Domen, similiter.
Mansus Dalmatii .I. porcum et .I. moltonem et .I. agnum et .I. anserem et .III. migeras de ciuada, et de terris, thasca.
Mansus de Gerunda Munera similiter, excepto .i. campum qui donat quartum.
Mansus de Arnallo de Boscan, similiter.
Mansus qui fuit de Segun .II. campos de Spinalb et anserem et quartum(sic).
Mansus de Raimund Iacobi habet medium iornal de alodio, et mansus de Laurentio .VI. iornals, et mansus de Dalmatio .VI. iornals et mansus de Raimunda Munera medium iornal.

343

(1180), 1181, març, 12

Procés de la causa entre el bisbe Ramon de Girona i Gilabert de Cruïlles sobre la castellania de la Bisbal.

Cart., pp. 128b-130b. O.: ADG, *Mitra*, c 15, núm. 13. Reg.: B 317: MARQUÈS, *Pergamins*, núm. 58.

Ne cause que inter homines aguntur propter tenuitatem memorie de facili obliuioni tradantur, negotium in presentia nostra actitatum scripture duximus commendandum. Noscant itaque uniuersi ad quorum noticiam hoc scriptum deuenerit quoniam negotium in presentia Berengarii de Colonico iudicis et Gaufredi precentoris Gerunde inter Raimundum Gerundensem episcopum et Guilabertum de Crudiliis tale est agitatum. In primis Guilabertus de Crudiliis petebat castellaniam in castro Episcopali a prefato episcopo, quam asserebat antecessores suos tenuisse et habuisse, et dicebat se eam debere habere per uicecomitem de Capraria, et preterea allegabat quod auus eius dimisit predictam castellaniam in testamento patri suo. Pars uero episcopi penitus negabat et inficiabatur hoc esse uerum. Super hiis uero que [p. 129a] dicta sunt nos predicti iudices interrogauimus Gillabertum an posset probare quod dixerat. Tandem ad hoc probandum produxit in medium testamentum aui sui in quo continebatur quod auus eius dimiserat castellaniam patri suo. Preterea produxit duos testes ita loquentes: Uiader iuratus dixit se uidisse quando Gadaldus de Crudiliis et uxor eius Guilla tempore Bernardi tenebant castrum de Episcopali in garda et potestate contra cunctos homines et accipiebant ibi paleas et pullos et oua et caseos, et tempore mortis iam dicti episcopi asportauerunt supellectilem ipsius castri, et dixit quod Gadallus dicebat quod per uicecomitem de Capraria tenebat illud castrum. Interrogatus a quo tempore desierit habere predicta omnia, dixit ex quo Berengarius Dalmatius fuit episcopus, et sunt transacti bene .L. anni. Martinus Lumbart iurato (sic) dixit idem quod Uiader, excepto quod noluit dicere quominus sciret quod a uicecomite haberet, sed dixit se audisse a multis. Interrogatus de tempore dixit quod centum anni erant elapsi. Pars uero episcopi supradictis omnibus ita res[p. 129b]pondit quod testamentum aui sui non preiudicat in aliquo, cum antecessores sui non interfuerunt neque subscripserunt in testamento illo, et quoniam si testator in ultima uoluntate sua certam pecunie quantitatem aut res certas deberi sibi significauerit alii non preiudicat, sic testamentum illud non preiudicat. Depositionibus uero testium hoc modo respondit dicens quod in aliquo non preiudicant, nam discordant prorsus in tempore, nil probant de acquisitione castellanie

Arxiu Diocesà de Girona ©

qualiter acquisierit uel qualiter exiuit de posessione, nec probant legitimam possessionem que aliquo iuris articulo sit ei restituenda. Quod allegatum est de uicecomite prorsus ignorat. Item allegat pars episcopi quod si supradicta omnia uera essent nullum facerent periuditium, et hoc propter legitimam prescriptionem et longeuam posessionem. Ad hec Gillabertus dicens quoniam pars episcopi non potest opponere prescriptionem nam multotiens fuit interrupta. Nam conuenit Berengarium de Lerz Gerundensem episcopum ita quod de hac causa cepit baiulum suum de Episcopali, sed et per transactionem, nam consilio proborum uirorum uenit ad transactionem cum Guilielmo de Petra Incissa et remansit quia fuit exemptus a rebus humanis. Mortuo uero eo conuenit Guilielmum de Monellis, successorem ipsius, ita quod cum [p. 130a] eo intrauit in causam et etiam produxit testes in causa illa quos iudices noluerunt. admittere, et hoc modo asserit prescriptionem interrumpisse. Pars episcopi respondit dicens quod propter captionem baiuli non fuit interrupta prescriptio, nam simplices querimonie extra iuditium facte non proficiunt ad hoc ut interrumpatur prescriptio; oportet ut uel naturaliter uel ciuiliter interrumpatur. De transaccione que facta fuit cum Guilielmo de Petra Inscisa dicit quod non preiudicat quia non fuit facta in iure. Guilabertus credidit esse factam in iure, quia cum episcopo facta fuit et in presentia multorum canonicorum. De litis contestatione que facta fuit cum Guilielmo de Monellis dicit quod non obuiat quia iam res prescripta erat et quia testes non fuerunt admissi, non stetit per episcopum, sed iudices noluerunt eos admittere quia non omnes ibi aderant et dicebant talem esse consuetudinem huius terre, ut omnes insimul admitterentur, et ex quo Guillabertus redit ad omnia iura sua ratione peticionis, ita et pars episcopi ratione defensionis. Iis itaque rationibus et allegationibus pleniter auditis et perfecte intellectis, nos prefati iudices, habito consilio dompni Henrici Alba[p. 130b]niensi gratia Dei episcopi et apostolice sedis legati, prefatum episcopum et ecclesiam Gerundensem a supradicta peticione absoluimus.

Lata est hec sententia .IIII. idus marcii anno ab Incarnatione Domini .CLXXX. post millesimum.

Ego Gaufredus Gerundensis ecclesie precentor subscribo. Berengarius de Colonico iudex. Sig+num Guillaberti de Crudiliis. Sig+num Berengarii de Petra Inscisa. Sig+num Guilielmi de Petra Inscisa. Sig+num Guilielmi de Torrocella.

(s. man.) Arnallus leuita qui hoc rogatus scripsi die annoque prefixo.

344

1181, desembre, 2

Guillem de Frigola fa homenatge al bisbe Ramon pel batlliu del castell de la Bisbal.

Cart., p. 131b. Reg.: B 320.

Iuro ego Guilielmus de Farigola quod de ista hora in antea fidelis sim tibi dompno Raimundo Gerundensi episcope et successoribus tuis in perpetuum de omni uita tua et de tuo corpore et de tuis membris et de ipso castro Sancte Marie Episcopalis et de eius terminis et de eis omnibus que infra terminos eius sunt uel fuerint, scilicet de omnibus expletis que ibi sunt uel fuerint et de omnibus rebus que ibi quoquo modo fuerint allate et de omnibus placitis et iustitiis, et de omnibus hominibus et mulieribus et uniuersis omnibus

Arxiu Diocesà de Girona ©

ad utilitatem uestram pertinentibus sicut melius et utilius ad uestram utilitatem plenius suscipere uel intelligere potestis. Sicut superius scriptum est, sic faciam et adtendam uobis per fidem sine engan per Deum et hec sancta.
Actum est hoc .Ini. nonas decembris anno ab Incarnatione Domini . MCXXXI. regnante Philippo rege in Francia.
Sig+num Guilielmi de Firigola, qui hoc firmaui firmarique rogaui. Sig+num Guilielmi de Turricella. Sig+num Petri Mansueti. Sig+num Guilielmi de Crosa. Sig+num Petri de Lapart. (s. man.) Guilielmus presbiter et episcopalis capellanus.
Guilielmus de Lauro ipodiaconus, scriptor huius (s. man.).

345

(1181) 1182, gener 25

Bernat, clergue ven a Pere, capellà de Viladesens, una vinya que té pel paborde de Gener de la seu, pel preu de 80 sous de diners de Barcelona.

Cart, pp 278b-279a. Reg.: B 319.

Sit notum cunctis quod ego Bernardus clericus uindo tibi Petro capellano de Uilla Asinorum et cui dare uel dimittere uolueris in perpetuum illam meam uineam quam habeo et teneo in parrochia Sancti Uincentii de Uilla Asinorum, in alodio canonice Sancte Marie sedis, in prepositura mensis ianuarii, que affrontat ab oriente in tuo alodio, a meridie in alodio Sancti Petri de Rotis, ab occidente in uia publica, a circio in alodio Raimundi Adroerii seu in uinea ipsius. Sicut de hiis .IIII. affrontationibus predicta uinea includitur, cum exitibus et ingressibus et cum terra in qua sedet et cum omnibus in se habentibus sibique qualicumque modo pertinentibus et sicut melius dici uel intelligi potest ad tuam utilitatem, sic eam tibi in perpetuum uendo pro .LXXX. solidos denariorum barchinonensium, quos omnes recognosco me a te iam recepisse, et ideo de meo iure ac potestate predictam uineam cum omni sua integritate in tuum trado dominium et potestatem, ad faciendum ibi et inde in perpetuum tuam uoluntatem, saluo iure canonice Sancte Marie in omnibus. Et ego Arnallus de Darnicibus, Gerundensis sacrista et prepositus prepositure Ianuarii, laudo et concedo tibi Petro capellano uel quibus dare uolueris in perpetuum hanc uenditionem, et ideo accipio a te de tuo pro tercio .XL. solidos denariorum barchinonensium. [p. 279a] Si quis hoc rumpere uoluerit, non ualeat, sed in duplo componat.
Hactum est hoc .VIIII. kalendas februarii anno Dominice Incarnationis .MCXXXI.
Sig+num Iohannis de Podio. Signum Arnalli Bernardi. Sig+num Bernardi presbiteri. Sig+num Bernardi Engilberti. Sig+num Babaui (sic). Sig+num Guilielmi presbiteri de Lampadiis. Ego Arnallus de Adarniciis Gerundensis sacrista, subscribo. Ego Guifredus Gerundensis ecclesie precentor subscribo.
Sig+num Berengarii subdiaconi qui hoc scripsit die et anno prefixo. (s. man.) Emengaudus leuita et publicus scriptor Gerunde subscribo.

346

(1182), 1183, febrer, 7

Arxiu Diocesà de Girona ©

Testament de Pere Mestre, que disposa de béns situats prop de Girona, a Vall Pregona i a Palol d'Onyar.

Cart., pp. 346b-346bis. Reg.: B 321.

Quia nullus in carne positus mortem euadere potest, idcirco ego Petrus Magister graui detentus egritudine facio meum testamentum, in quo eligo manumissores meos, uidelicet dominum meum episcopum et Arnallum de Uilla Fedant et uxorem meam Adalaidem, quod si forte de hac infirmitate mori contigerit, ipsi distribuant omnes res meas sicut hic illis iniungo. Primum dimitto Sancte Marie, in cuius cimiterio corpus meum iubeo sepeliri, .vii. solidos, de quibus habeat canonica .II. et clauiger .II., ceteri sint sacriste minoris. Dimitto Sancto Felici solidos .Ii., Sancto Petro solidos .II., Sancto Martino .XII. denarios, pro missis canendis .vii. solidos; Petro nepoti meo, illas duas uineas quas habeo in ualle Profunda, in senioratico Arnalli de Palaciolo, et ipsium maiol quod ego et ipse simul plantauimus in dominio prepositure Decembris cum boscho qui ibi est nondum plantato ad omnes eius uoluntates faciendas, saluo seniorum dominio, et dimitto ei meum [p. 347] tinar et unum uexellum. Dimitto domino meo episcopo ipsas duas meas uineas quas habeo apud Fontem Rubeum in honore Sancte Marie, ut ipse eas habeat solide libereque possideat dum uixerit, saluo iure canonico, et post mortem eius sint proprie palatii. Hec omnia que superius dimisi uxor mea Adalaidis habeat et teneat omnibus diebus uite sue et post mortem eius reuertatur illis quibus dimitto superius de illis pignoribus Cellarano medietatem pecunie illis a quibus ea habeo, alia uero medietas sit coniugis mee Adalaidis. Dimitto Adalaidi uxori mee res meas et omnia mea iura ubicumque sint, et dimitto eam sub potestate et dominio domini mei episcopi ut ipse teneat eam et gubernet dum uixerit.
Actum est hoc .VII. idus februarii anno dominice Incarnationis .MCXXXII.
Signum Petri Magistri, qui hoc testamentum fieri feci, firmaui firmarique rogaui. Sig+num Adalaidis uxoris eius. Sig+num Petri nepotis eius. Arnallus de Uillafedant. +Berengarius presbiter. Egidius leuita, (s. man.) qui hoc rogatus scripsit die et anno quo supra.

347

(1182), 1183, març, 3

Ramon d'Aulina, amb consentiment de la seva mare Pereta ven a Arnau de Galídia, clergue, una casa situada a la sagrera de Sant Feliu de Celrà pel preu de 10 sous, i amb reserva de cens per a la seu de Girona.

Cart., pp. 207a-208a. Reg.: B 306, que data de 1172.

Notum sit omnibus quoniam ego Raimundus de Ullina, cum consilio et uoluntate Perete matris mee uendo [p. 207b] tibi Arnallo clerico de Galidia et tuis ipsum meum casal quem habeo et teneo in sacraria Sancti Felicis de Celrano super Sanctam Mariam sedis Gerunde infra tuum cortilium et fratrum meorum. Sicut ego melius habeo uel habere debeo iam dictum sacrarium, sic uendo tibi cum exitibus et regressibus et affrontationibus suis et adempramentis et cum sua parte cortilii et stillicidiis et aquariis a celo usque ad abissum propter precium .x. solidos quos donas inde mihi excepto domino et baiulo, sic uendo tibi supradictum sacrarium siue casal quem pater meus et mater mea emerunt a Petro Nin siue

Arxiu Diocesà de Girona ©

quibuscumque uocibus mihi adueniat, ita ut ego nec aliquis per me nec per meas meorumque uoces nichil in iam dictum sacrarium amodo requiram nec requirere faciam, sed ut semper eum habeas et possideas tu et tui libere et solide sine aliquo retentu et sine uinculo ullius uiuentis sicut melius dici et intelligi potest ad tuam tuorumque uoluntatem, et de meo iure in tuo trado dominium et potestatem ad faciendum ibi et inde omnes tuas uoluntates, saluo iure Sancte Marie in omnibus, et dones inde annuatim beate Marie pro censu .I. caponum. Si quis hoc disrumpere temptauerit, non ualeat, sed in duplo componat.
Actum est hoc .V. nonas marcii anno Dominice Incar[p. 208a] nationis . MCXXXII.
Sig+num Raimundi, qui hanc uenditionem facio, firmo firmarique rogo. Sig+num Perete. Sig+num Petri de Ollina. Sig+num Iohannis, signum Arnalli, fratrum Raimundi uenditoris. Signum Gaufridi de Galidia, baiuli. Sig+num Guilielmi Coc. Sig+num Andree. Sig+num Homini Dei Guilielmi. (s. man.) Berengarius Arnalli prepositus.
(s. man.) Arnallus presbiter qui hoc rogatus scripsit.

348

1183, abril, 1

Arnau de Catllar defineix a la seu de Girona la vicaria de l'església de Vilallonga.

Cart., pp. 161b-162a. Reg.: B 322; CDB II, pp. 23-24.

Notum sit omnibus presentibus et futuris quod ego Arnallus de Caslar in manu domini Bernardi abbatis Campi Rotundi diffinio atque euacuo ecclesie Sancte Marie Gerunde et domno Raimundo episcopo uigeriam ecclesie Sancti Martini Uille Longe in perpetuum per me et per omnes successores meos, ita quod nec [p. 162a] ego nec ulli mei subcessores deinceps ualeamus requirere in supradicta uigueria. Simili modo ego Guilielmus de Castlar et ego Gerallus fratres predicti Arnalli diffinimus predictam uigeriam in perpetuum in propriis manibus iuramus super sancta .IIII. euangelia quod neque nos neque aliquis nostra uoluntate in supradicta uigeria ammodo requiramus. Si quis contra hanc diffinitionem uenerit ad irrumpendum, non ualeat facere, set iram simul et ultionem Dei uiuentis incurrat et insuper in triplo componat.
Acta carta kalendis aprilis anno Dominice Incarnationis .MCXXXIII.
Sig+num Arnalli de Castlar. Sig+num Guilielmi, sig+num Giralli fratres eiusdem Arnalli, qui hanc diffinitionem unanimes fecerunt et propriis manibus firmauerunt et testibus firmare rogaueruint. Sig+num Raimundi de Castlar. Sig+num Bernardi de Cursaui. Sig+num Raimundi capellani de Uilla Longa. Sig+num Bernardi abbatis.
Willelmus sacerdos et monacus qui hoc rogatus scripsit die et anno quo (s. man.) supra.

349

1183, setembre, 21

Guillem de Garriga, la seva esposa Maria, la seva mare Guillema, Bernat de Garriga i la seva esposa Martina defineixen a Gaufred de Medinyà, cabiscol de la seu, una casa situada a la parròquia de Sant Esteve de Riudellots de la Selva, per tres squillatas *d'ordi i*

Arxiu Diocesà de Girona ©

de mill.

Cart., p. 208ab. Reg.: B 323.

Notum sit cunctis quoniam nos Guilielmus de Garriga et uxor mea Maria et mater mea Guilielma et Bernardus de Garriga et uxor mea Martina diffinimus, deliberamus et guirpimus Gaufrido de Midiniano Gerundensis ecclesie precentori et illis qui post uos locum uestrum tenuerint, illam domum quam habemus et tenemus in ipso cortilio quod dicitur capellani, ut melius dici et intelligi potest ad uestram uestrorumque successorum utilitatem et eam in uestram mittimus potestatem et dominium ad faciendum ibi et inde [p. 208b] quidquid uolueritis. Accipimus autem de uestro schillatas .III. ordei et milii. Est autem dicta domus iuxta ecclesiam Sancti Stephani de Riuolutorum, infra cortilium capellani.
Actum est hoc .XI. kalendas octobris anno Dominice Incarnationis . MCXXXIII.
Sig+num Guilielmi de Garriga, sig+num Marie, uxoris eius, sig+num Guille matris eius, sig+num Bernardi de Garriga, sig+num Martine uxoris eius, qui hanc diffinitionem siue deliberationem facimus, firmamus firmarique rogamus. Sig+num Iohannis Eimeric. Sig+num Bernardi Gomballi. Sig+num Arnalli de Unar.
(s. man.) Arnallus leuita qui hoc rogatus scripsit die et anno quo supra.

350

1183, desembre, 8

Ramon de Xungla dóna a la seva germana Adelaida, i al marit d'aquesta, Ramon de Ginesta, una coromina situada al pla de Domeny, per 10 sous bar.

Cart., pp. 364b-365a. Reg.: B 324.

Sit notum cunctis quod ego Raimundus de Exunculo dono tibi Adalaidi sorori mee et marito tuo Raimundo de Genesta et infantibus uestris perpetuo ex uobis ambobus illam condaminam que est in plano de Domen, in parrochia Sancti Felicis de Pariete Ruffini. Sicut melius predictam condaminam habeo et habere debeo aliquo modo, siue per qualescumque uoces et dici uel intelligi potest ad utilitatem uestram, sic illam uobis et infantibus uestris ex uobis ambobus procreatis perpetuo dono ad omnem uestram uoluntatem et uestrorum omni temporç faciendam, sicuti de uestro alodio franco, et propter hoc accipio a uobis .X. solidos barchinonenses. Insuper etiam ut firmius maneat, iuro in Deum et super sancta .IIII. Dei euangelia meis manibus tacta quod ego uel aliquis per me contra hoc totum nullo modo ueniamus uel uenire ualeamus.
Actum est hoc .VI. idus decembris anno Dominice Incarnationis [p. 365a] millesimo centesimo .LXXXIII.
Sig+num Raimundi de Exunculo, qui hoc feci firmarique rogaui. Sig+num Martini de Uico. Sig+num Raimundi de Tallada. Sig+num Rainalli Cellerii.
Sig+num (s. man.) Berengarii Sicfredi diachoni, qui hoc scripsit. (s. man.) Ermengaudus leuita et publicus scriptor Gerunde subscribo, die etanno prefixo.

Arxiu Diocesà de Girona ©

351

1186, abril, 25

El bisbe Ramon estableix a Berenguer Ventre la batllia i saionia d'Ullà, amb drets que es descriuen, per 300 sous bar. d'entrada.

Cart., pp. 179a-180b. O.: ACG, Roura, núm. 466. Ed.: VL 13, ap. 45, pp. 296-298. Reg.: B 325.

Sit notum cunctis quod ego Raimundus Dei gratia Gerundensis episcopus dono tibi Berengario Uentri et uestris perpetuo, uni uidelicet post alterum, omnem baiuliam tocius mei honoris culti et heremi quem habeo aliquo, modo in terminis Sancte Marie de Uliano, et omnem saioniam, per quam baiuliam accipias in toto prefato honore canabas et linos et legumina ortorum et porros et caules et omnes milcas et omnes squinas porcorum et ipsam uinogoliam et ipsos calamos et gallinas de trescol et ipsos omnes quartos de Torrocella, et mansum quem inhabitat Poncius Reuengud et mansum quem inhabitat Guilielmus Ysarn, [p. 179b] sicut melius pater tuus eos habuit et tenuit quondam, et etiam omnia alia quecumque ad baiuliam siue ad saioniam pertinent in omnibus predictis locis, et dono eciam similiter uobis et uestris perpetuo illum mansum qui fuit Berengarii Icardi cum omne honore culto et heremo qui ad illum mansum pertinet ubique, et illum mansum et mansatam qui fuit Gaufridi Bernard cum omni honore culto et heremo qui ad illum mansum pertinent ubique et quem tu ibi modo tenes et adhuc aliquo modo ibi assecutus es. Tali quidem condicione predicta omnia uobis et uestris perpetuo dono uni post alterum sicut dictum est, ut ea omnia habeatis et teneatis et de predicta baiulia donetis mihi et successoribus meis semper annuatim .I. albergam per quam dabitis unum porcum canonicalem et .I. eminam farine ad mensuram de Monellis et .I. sextarium uini sani et duo paria caponum et .II. sextaria cibarie, et dabitis etiam pro eadem baiulia similiter annuatim .Ii. saccos tortuosos et semper in tercio anno .I. toallas que habeant .V. alnas in longitudine et .VI. palmos in latitudine, et insuper dabitis singulis annis .I. porcum uel .XII. solidos barchinonenses, et pro illo manso et honore qui fuit Berengarii Icardi dabitis singulis annis .V. migerias frumenti pro maneda, et de illo manso et honore [p. 180a] qui fuit Gaufridi Bernardi dabitis annuatim ad festum Sancti Felicis .Ii. solidos pro porco, et de omnibus expletis omnium illarum terrarum quartum fideliter, et preterea habeatis hec omnia uos et uestri perpetuo sicut prefatum est, saluo meo iure et meorum successorum in omnibus, et propter hoc recognosco me a uobis iam recepisse .CCC. solidos barchinonenses. Et est certum quod in iam dicto manso Poncii Reuengud accipitis annuatim .II. solidos et .I. squina porci et .I. gallinam pro trescol, et in alio manso iam dicti Guilielmi Isarni similiter annuatim .XII. denarios et quartum et braciaticum et mediam calcaturam ex omnibus terris quas per uos tenet.

Actum est hoc .VII. idus kalendas (sic) madii anno Dominice Incarnationis .MCLXXXVI.

Sig+num Raimundi, per Dei gratiam Gerundensis episcopi. Ego Gaufredus Gerundensis ecclesie precentor, subscribo. Arnallus de Uillafedant. Arnallus de Far (s. man.). Guilielmus Raimundi, presbiter (s. man.). Berengarius Arnalli de Campo Maiori. Ego Guilielmus de Ficulneis subscribo. Arnallus Bisullunensis archileuita. Berengarius de Monteacuto. Ego Alamannus concedo. Bernardus de Montepalacio+. Deusdedit leuita. Berengarius de Colonico iudex. Ego Arnallus de Adarniciis Gerundensis sacrista subscribo.

Arxiu Diocesà de Girona ©

(s. man.) Berengarius presbiter et ecclesie Uliani canonicus.
Signum (s. man.) Berengarius Sicfredi subdiachoni [p. 180b] qui hoc scripsit.
Ermengaudus publicus scriptor Gerunde subscribo. (s. man.)

352

(ca. 1186)

Capbreu, fet per ordre del bisbe Ramon, de prestacions reals i personals que reben a Ullà el bisbe, el batlle, el saig i el comte d'Empúries.

Cart., pp. 181b-185b. Reg.: H 376-377.

Hec est commemoratio quam fecit Raimundus Gerundensis episcopus de censibus Oliani. In primis Bernardus de Puteo dat pro censu .XIII. denarios pro porco, .VI. pro ariete, .III. quarterias de ciuada in iunio. Bernardus Isarni similiter, et dant ambo .I. gallinam, et dat unusquisque baiulo .I. esquina et saioni unusquisque .I. migeriam inter ordeum et milium et .I. eminam uini et .I. par gallinarum et .III. obolos pro porris et candel et .III. migerias de ciuada et unusquisque .I. sexter de botaie, et in Pascha unusquisque episcopo .II.oua.
Iohannes de Puteo .II. solidos pro porco et .I. migeria de ciuada et .I. gallina in augusto et .II. oua in pascha, baiulo .I. esquina, saioni .I., migeriam ordei et aliam uini.
Petrus de Puteo [p. 182a] .II. solidos de porco, .XII. denarios pro ariete, .I. sestarium de ciuada et .II. oua.
Martinus de Puteo .II. solidos de porco, .XII. denarios pro ariete, sextarium de ciuada et .II. oua, et dat in adiutorium huius census Gotmar .XII. denarios, Maria de Fonte .XII. denarios, Petrus Gauberti .II. denarios, Guilielmus clericus .VII. denarios, et donat iamdictus pro baiulo eschenam, saioni .I. quartera ordei et aliam quarteram milii et .III. quarteras uini, comiti pro alberga, .I. pernam et .III. migerias ordei que dat ei in adiutorium N. de Puteo .I. migeram et .II.gallinas et .II. fogachas, adhuc donat dictus N. .IIII. fogachas pro alberga comiti et .I. eminam uini et .III. obolos pro candel et porris et de botaie .I. solidum.
Iacobus de Cigar .II. solidos pro porco et .I. gallina et .II. migeras de ciuada et .II.oua, et baiulo eschenam et saioni quarteram ordei et aliam uini et .I. migeriam uini. Comiti pro alberga integra cum Lamberto et Petro Alordit .I. sexter de botage.
P. Geral pro manso Petri Berengarii .II.solidos pro porco et migeram de ciuada, par .I. gallinarum, par .I. ouorum, baiulo eschenam, saioni migeram .I. de blat et aliam uini, pro alberga pernam .I. et eminam .I. uini et migeram .I. de blad et .III. fogachas et .IIII. obolos pro candel et porris et sextarium .I. de botage. Petrus Gaucberti facit adiutorium huius alberge [p. 182b] .I. eminam ordei et .III. fogachas.
Lambertus .I. arietem et decem denarios pro ipso honore de masata Guilielmi de Ual Bruguera, quarteram .I. de ciuada, et pro suo manso migeriam .I. et .II. gallinas in augusto .II. oua et baiulo squenam, saioni migeriam .I. de blat et aliam de uino, et facit terciam partem de alberga comitis, et dat de botage .I. sestarium.
Guilielmus Geralli, .XII. denarios pro porco, pro ariete .VI., de ciuada eminam .I. et .II. oua, baiulo eschena, saioni migera .I. de blat et aliam uini, comiti mediam albergam, de botaie .I. sexter.
Petrus Uincentii pro porco .XII. denarios, pro ariete .VI. et .III. quarteras de ciuada, gallinam

Arxiu Diocesà de Girona ©

.I., .II.oua, baiulo eschenam, saioni migeriam .I. de blad et aliam uini et mediam albergam comiti cuim adiutorio Uliani de Gatilepa, de botage .I. sexter.
Petrus Uliani similiter.
Mansus .qui fuit Guilielmi Dalmatii qui est iuxta mansum Petri Uiani, migeram .I. de ciuada et par .I. gallinarum, et comiti terciam partem alberge.
Maria Ferrera gallinam .I. pro domibus suis.
Iohannes Buet pro porco .II. solidos cum adiutorio .VI. denariorum quos dat Petrus de Fuxano, pro ariete .XII. denarios, migeram .I. de ciuada, .II. oua, saioni migeriam .I. de blat et aliam uini, baiulo eschenam, comiti mediam albergam de botaie .I. sexter.
Maria Regina .II.gallinas.
Petrus Vitalis migeriam .I. de ciuada, .II.gallinas, baiulo eschinam, saioni [p. 183a] migeram .I. de blat et aliam uini et .II.oua.
Dominicus de Puteo .VI. denarios pro ariete et baiulo .I. quarter de ariete, gallinam .I. oua duo.
Petrus Mir .VI. denarios pro ariete, gallina .I., saioni migeram .I. de blat et aliam uini, baiulo eschinam et .II.oua.
Raimundus Gauberti et Petrus Burdi .XII. denarios pro porco, pro ariete .VI. denarios et eminam .I. de ciuada, baiulo uterque esquinam, .II.oua uterque, ambo saioni migeriam .I. de blad et aliam uini et ipse Raimundus .II.gallinas, ambo mediam albergam, de butaie .I. sexter.
Guilielmus de Ualle Lubrica pro porco .II.solidos et .II.oua, .III. quarteras de ciuada, baiulo eschinam, saioni migeriam .I. de blat et aliam uini et .VI. denarios pro ariete, pro porco .XII., baiulo esquinam, quartam partem alberge, de botaie .I. eminam uini.
Mansus Petri Geralli migeriam .I. de ciuada, gallinam .I. cum heredibus suis, saioni migeriam .I. de blat et aliam uini, .II. oua.
Petrus Dominici inter porcum et arietem .III. solidos et eminam .I. de ciuada, baiulo esquinam, saioni quarteriam .I. de blat et eminam uini, .II. oua, totam albergam, de botaie .I. sextarium et facit adiutorium Petrus Mir .III. quarteras de ordeo, gallinam .I. et mediam fogacham, et Petrus Vitalis similiter.
Raimundus Buet .XII. denarios pro porco, pro ariete .VI., eminam .I. de ciuada saioni .III. quarterias de blat et eminam .I. uini, baiulo esquinam [p. 183b] comiti mediam albergam, de botage .I. sextarium, .II.oua.
Dominicus de Cigar dat similiter, preter .I. migeram uini.
Guilielmus Seger pro ariete .XII. denarios, et facit in adiutorium Bernardus de Frexe .II.denarios, migeram .I. uini, de ciuada, .II.oua, saioni migeriam .I. de blat et aliam uini.
Petrus Iohannes de Gatileppa .III. solidos inter porcum et arietem, et eminam .I. de ciuada, baiulo esquinam, saioni migeriam .I. de blad et eminam uini.
Mansus Thome de Gatileppa .III. solidos inter porcum et arietem, huic facit adiutorium G. Martini .XVI. denarios.
Mansus Pe. Mathei .X. denarios, eminam .I. de ciuada, .II.oua, baiulo eschinam, saioni migeriam .I. de blat, de botage .I. sexter.
Bernardus de Manso .III. denarios.
Guilielmus Geralli .II.oua, gallinam .I.
N. Arnalli pro porco .XII. denarios et gallinas .II., oua .II.
Petrus de Fuxano .II.solidos pro ariete, eminam .I. de ciuada .II. gallinas .II. oua, baiulo esquinam, saioni migeriam .I. de blad et .III. quarteras de uino, de botaie .I. sexter, comiti mediam albergam.

Arxiu Diocesà de Girona ©

Dominicus Gauzberti .I. gallinam .II. oua .III. anno .I. esquinam baiulo., saioni .I. quarteriam uini.
B. de Oliuaria .XII. denarios pro ariete et eminam de ciuada, .II. oua.
Guilielmus Chabater .IIII. solidos inter porcum et arietem et eminam .I. de ciuada, .II. oua, saioni migeriam .I. de blad, baiulo esquinam, comiti mediam albergam.
Petrus Martini .I. gallinam.II. oua tercio anno, .I. esquinam baiulo.
Iohannes de Fonte .XVIII. denarios inter porcum et arietem et migeriam .I. de ciuada, .II. oua [p. 184a] baiulo esquinam, saioni migeriam .I. de plat et quarteriam .I. uini, comiti quartam partem alberge, de botage .III. migeras.
Raimundus Stephani migeriam .I. de ciuada, .II.gallinas .II.fogachas, quarteram uini .III. oua.
Dominicus de Fonte et Raimundus nepos eius .XVIII. denarios inter porcum et arietem et migeram .I. de ciuada, baiulo eschinam, saioni migeram .I. de blat et aliam uini, quartam partem alberge, de botage .I. sextarium.
Adalaidis Ferriol eminam .I. de ciuada, .I. gallinam .II.oua, baiulo esquinam, saioni quarteram uini
Iohannes Roba .XVIII. denarios inter porcum et arietem, migeram .I. de ciuada, .II.oua, gallinam .I., baiulo esquinam, saioni migeriam .I. de blat aliam uini, quartam partem alberge, de botage .I. sextarium.
Raimundus de Campo .I. migeriam de ciuada, aucam .I., fogachas .II., gallinam .ïr.
Petrus Oler pro porco et ariete .XVIII. denarios et eminam .I. de ciuada, .II. oua, baiulo esquinam et saioni migeriam .I. de blat et quarteriam .I. de uino, de botage .I. sextarium, terciam partem alberge.
Dominicus Gauberti .II.gallinas .II. oua.
Busom tantum quantum Petrus Oler.
Albergas quas accipit comes Impuritanensis in Uliano sunt .XII. perne et .XII. paria gallinarum et .XII. denarios pro porris et .VI. denarios pro candela et .VII. sextarios de uino <et> .XVIII. solidos de ciuada, .LXXII. fogachas. Hec omnia sunt pro alberga, et .VI. quarteras de uino pro buttage [p. 184b].
Breue de manedes de Uliano. De honore Berengarii Eccardi et fratrum suorum exeunt migeres .V. Petrus Guilielmi Bueth similiter. Guilielmus Iohannis eminam .I. Dominicus Iohannis eminam .I. Dominicus Stephani eminam .I. et mediam migeriam. Arnallus Iuschafredi migeriam .I. Stephanus Iohannis .I. eminam. Stephanus Andree migeram .I. cum suos heredes et rasam. Petrus Stephani migeram .I. et rasa. Bernardus Laurentii similiter. Petrus Ferriol migeriam .I. et mediam. Petrus Guilielmi migeriam .I. De manso Geralli Iohannis eminam .I. Raimundus Guilielmi et migeriam .I. Poncius Guilielmi et aliam. Inter Guilielmum Poncii et Petrum Poncii eminam .I. Gerallus Guilielmi eminam .I. Guilielmus Adroarii migeram .I. Ioannes Sutor aliam. Adroarius migeriam .I. Iohannes Sutor aliam. Arnallus Iohannis migeriam .I. et mediam inter Uiuanum et Petrum Uincentii [p. 185a]. Petrus Ferrer mediam migeriam. Petrrus Gros migeriam .I. Iohannes Andreu aliam, Adalbertus Parts, .III. migeras, Adalbertus prescriptus eminam .I. Guilielmus Tos pars .II.de migera Bernardus Guiralli aliam cum suis heredibus. Berengarii Bernardi migeriam .I., Berengarius Geralli aliam. Mironus aliam. Guilielmus Dalmatii migeram .I. et rasa cum Petro Matheo. Adalbertus iam dictus migeram .I. de sarrella. Arnallus Sat dat de manso qui fuit Genesii migeram .I. Inter Arnallum Saig et Bernardum Gauberti mediam migeriam. Poncius Sperandeo migera rasa. Berengarius Rodballi mediam migeram.
De hominibus de Torucella, Stephanus de Camps eminam .I., Arnallus de Riera quarteras .V., Stephanus Landic quarteras .III., Stephanus Petit migeras .III. mater Petri Magistri

Arxiu Diocesà de Girona ©

migeram .I., Berenguer Adalbert quarteras .III., Poncius Tenrera quarteras .III., Granuia quartera .I., Guilielmus Stater migeram .I., Guilielmus de Raimundo Guirali mediam, Iohannes de Puig quarteram .I. Raimundus Petri mediam quarteram, Guilielmus Petri quarteram .I. et mensuram .I., Seger mensuram .I., Raimundus Guilielmi de Caps migera rasa. Raimundus de Uilla secca quartera .I. Terra de Bugatel eminam .ïr. Guilielmus Pauc, migeram .I. Guilielmus Guifre migera rasa. Calauca quartera .I. Raimundus [p. 185b] Magister migeram .I. Guilielmus Bernat Compte quartera .I.

353

1186, maig, 7

Ponç de Vall, clergue d'Empúries, ven a Arnau, canonge de la seu, una vinya situada a Viladesens, indret de Puig de Sant Pere, pel preu de 100 sous bar.

Cart., pp. 279b-280a. Reg.: B 326.

Sit notum cunctis quod ego Poncius de Ualle, clericus Impuriarum uendo tibi Arnallo de Uillafedant clerico et canonico Sancte Marie perpetuo illam uineam quam habeo in parrochia Sancti Uincentii de Uilla Asinorum in alodio canonice Sancte Marie in locum quod dicunt Podium Sancti Petri, et unam tinam, quam quidem uineam et tinam Petrus capellanus de Uilla Asinorum cum aliis rebus mihi dimisit in suo testamento, hac scilicet de causa ut facerem cantare .M. missas pro anima eius. Que uinea affrontat ab oriente in alodio capellani eiusdern, de meridie in alodio Sancti Petri de Rotis, de occidente in strada publica, de circio in alodio Raimundi Adroerii, scilicet in uinea ipsius. Sicut de hiis quatuor affrontationibus predicta uinea includitur, cum exitibus et regressibus et cum terra in qua sedet et cum om ibus in se habentibus sibique qualicumque modo pertinentibus, sic illam tibi et tuis perpetuo uendo pro .C. solidos denariorum barchinonensium, quos recognosco me a te iam recepisse, et ideo de meo iure ac potestate in tuum trado dominium et potestatem ad faciendam ibi et inde omni tempore tuam uoluntatem, saluo iure canonice Sancte Marie in omnibus.
Actum est hoc nonas madii anno Dominice Incarnationis .MCLXXXVI.
Sig+num Raimundi, per Dei gratiam Gerundensis episcopi. [p. 280a] +Berengarii de Cistella, prepositi mense ianuarii. +Poncius presbiter. Ermengaudus Gerundensis ecclesie precentor subscribo (s. man.). Guilielmus Raimundi presbiter. Guilielmus de Empuriis Sig+num Arnalli Bernardi. Sig+num Berengarii Isarni. Sig+num Boneti.
Sig+num, (s. man.) Berengarii Sigfredi subdiaconi, qui hoc scripsit die annoque prefixo. (s. man.) Ermengaudus leuita et publicus scriptor Gerunde subscribo.

354

1186, juliol, 7

Berenguer de Cistella, paborde de Gener de la seu, firma a Arnau de Vilafant, clergue, una vinya que aquest ha comprat a Ponç de Vall.

Arxiu Diocesà de Girona ©

Cart., p. 279a. Reg.: B 327.

Sit notum cunctis quod ego Berengarius de Cistella prepositus mense ianuarii, assensu et uoluntate domini Raimundi, Gerundensis episcopi et tocius capituli eiusdem, ecclesie, laudo et concedo tibi Arnallo de Uilla Fedant clerico illam uineam quam emisti a Poncio de Ualle pro .c. solidos et quam redemisti a Raimundo de Rupe. Quam quidem uineam Petrus capellanus de Uilla Asinorum dimisit eidem Poncio; et item laudo tibi illam tinam quam emisti a iam dicto Poncio, tali pacto ut predictam uineam habeas et teneas et expletes sine agrario et censu quem inde non facias omnibus diebus uite tue, et ad obitum tuum reuertatur illa uinea et tina in dominium prefate canonice, scilicet prepositure mensis ianuarii, et est iam dicta uinea in alodio canonice Sancte Marie.
Actum est hoc nonas iulii anno Dominice Incarnationis [p. 279b] .MCLXXXVI.
Sig+num Raimundi per Dei gratiam Gerundensis episcopi. (s. inan.) Guilielmus Raimundi presbiter. Arnallus de Uillafedant. +Berengarius de Cistella, prepositus mense ianuarii.
Signum (s. man.) Berengarii Sigfredi subdiaconi qui hoc scripsit die et anno prefixo.

355

1187, abril. Sant Celoni

El rei Alfons d'Aragó concedeix a la seu de Girona i al bisbe Ramon de celebrar mercat a Bàscara amb exclusió d'altres semblants.

Cart., pp. 74b-75b. O. ADG, *Mitra*, c. 6, núm. 70. Còpies: LVC f. 205b; RC ff. 34v-35r. Reg.: B 328; MARQUÈS, *Pergamins*, núm. 60.

In nomine regis eterni. Ego Ildefonsus Dei gratia rex Aragonum comes Barchinonensis et marchio Prouincie dono et concedo ecclesie beate Marie sedis Gerundensis et Raimundo uenerabili episcopo eiusdern ecclesie et successoribus eius in perpetuum ut faciant de cetero nostra regia auctoritate iam sibi concessa generale mercatum seu forum in singulis semper septimanis in die scilicet mercurii apud Bascharam suum scilicet proprium alodium et dominicaturam. Ipsum siquidem mercatum cum leudis et usaticis omnibusque consuetudinibus bonis ad utilitatem sepedicte ecclesie et episcoporum atque cum om i correptione et plena iuridictione dono et concedo atque in perpetuum auctorizo per me et per successores meos predicte ecclesie et episcopo suisque successoribus sine om i retentu et absque ulla diminutione. Nec amodo aut deinceps erit aut fiet aliquod mercatum in toto terrarum spatio de Bisuldone usque ad Torrozellam de Montegrino neque a ciuitate Gerunda usque ad Petram Latam, quoniam hoc inuiolabiliter constituo [p. 75a] duraturum per me et per omnes successores meos in eternum, sicut melius dici et intelligi potest ad bonum eiusdem ecclesie et episcoporum. Ad hec etiam recipio per me et per successores meos sub mea speciali tuitione et guidatico cum hominibus et feminis et cum omnibus rebus eorum que uel duxerint uel portauerint ad idem mercatum in eundo scilicet et redeundo ubique. Unde siquidem quicumque ausus esset inuadere uel inquietare quicquam ex hiis que superius sunt adnotata, iram et indignationem nostram successorumque nostrorum se nouerit incursurum ac pro sola presumptione quingentos aureos nobis paccaret.
Facta carta apud Sanctum Celidonium mense aprilis anno .MCLXXXVII.

Arxiu Diocesà de Girona ©

Signum + Ildefonsi regis Aragonum, comitis Barchinonensis et marchio Prouintie. +Berengarius Terragonensis ecclesie archiepiscopus. Raimundus de Calidis, Barchinonensis decanus atque leuita. Sig+num Artalli de Alaone, regii alferiz. Sig+num Enechonis de Aueo. Sig+num Othonis uice senescalchi. Sig+num Bertrandi de Sangateno, regis uicarii [p. 75b].
Ego Guilielmus de Bassia, regius notarius scripsi mandato domini regis hanc cartam et feci hoc sig(s. man.)num.

356

1187, agost

Ramon, ardiaca de Girona, cedeix l'església de Sant Vicenç de Roca, situada a Sant Julià de Ramis per a la instal.lació d'una canònica agustiniana.

Cart., p. 41b ab. Altra còpia: LVC, f. 205b. Ed.: VL 13 ap. 46, pp. 298-300. Reg.: B 515.

Ad honorem eterne Deitatis Patris et Filii et Spiritus Sancti unius Dei uiui et ueri, cui soli seruire regnare est et quem laudare uiuere est, et beatissime Dei genitricis Marie et omnium sanctorum Ihesu Christi, ego Raimundus, Gerundensis archileuita, consilio et uoluntate domini mei Raimundi per Dei gratiam Gerundensis episcopi et canonicorum Gerundensis ecclesie, oratorium Sancti Uincentii de Rocha quod est situm iuxta fluuium Ticeris in honore mei archidiaconatus, in loco qui dicitur podium siue mons Sancti Iuliani, in remissionem peccatorum meorum et salutern anime mee et episcoporum Gerundensium et sociorum eiusdem ecclesie, ab omni mea iuridictione mea eximo et subtraho, tali modo quod incolentes locum illum et qui coluerint terras cultas quas modo ibi habent uel habebunt Deo dante, consilio meo meorumque successorum et Gerundensis episcopi, libere, quiete et in pace sicut melius potest dici uel intelligi ad eorum utilitatem et libertatem habeant et possideant, ita quod ego iure dominii archidiaconatus uel alio quolibet modo aliquid in omni loco dominationis illius loci non exhigam nec exhigere possim, nec aliquis per me aliqua ratione, nec aliquis successorum meorum perpetuo. Clerici autem qui inhabitant locum illum et qui inhabitaturi sunt diuinitate propitiante, sint sine proprio et uiuant secundum regulam beati Augustini et sint eis om ia communia, et distribuant unicuique prout quidquid opus fuerit iuxta facultatem et possibilitatem illius loci. In loco autem isto uenerabili Gerundensis ecclesia, preter reuerenciam et obedienciam et quod ad statutam sinodum fratres ueniant uel unus de collegio, nichil exigat, nisi illud quod exigeret in aliis monasteriis sue dioecesis, et hoc secundum illius loci facultatem et qualitatem, adhibita omnimoda prouidentia et cautela propter timorem et amorem domini nostri Ihesu Christi. Si quis autem contra huiusmodi statutum uenire attemptauerit, anathematis uinculo percelatur et portio eius sit cum Iuda Scarioth qui Dominum prodidit et duplici contritione conterat eum dominus Deus noster. Commorantes autem in loco predicto ad seruitium Altissimi et defendentes locum, benefatientes illi loco predicto uisitet oriens ex alto et in pressenti reddat eis centuplum et in futuro det seipsum in premium qui est benedictus in secula seculorum. Pro illis autem qui huiusmodi statutum fecerunt et libertatern huic loco dederunt et consenserunt uel consencierint, [p. 41b] et benefactoribus illius loci usque in finem mundi fundantur orationes apud Altissimum a fratribus existentibus et manentibus in ecclesia Sancti Vincentii de Rocha.

Arxiu Diocesà de Girona ©

Actum est hoc .VI. kalendas septembris anno dominice Incarnationis millesimo .MCLXXXVII. Sig+num Raimundi, per Dei gratiam Gerundensis episcopi. +Guilielmus de Impuriis. Ego Gaufredus, Gerundensis ecclesie precentor subscribo. Raimundus Gerundensis archileuita. Arnallus Bisuldunensis archileuita. Berengarius de Monte Accuto+. (s. man.) Guilielmus Raimundi presbiter. (s. man.) Aruasus presbiter. Ego Gaufredus de Sancta Leocadia subscribo. Deusdedit leuita. Ego Alamandus concedo. B. de Monte Palatio. Arnallus de Caciano presbiter subscribo. (s. man.) Bernardi de Scala. Sig+num Bonardelli. Ego Ceruianus de Monte Accuto. Arnallus de Constantinis, sacrista secundus. +Berengarius de Monte Acuto. Bernardus de Monte Acuto. (s. man.) Berengarius Arnalli, qui hoc laudo. +Berengarius Dei gratia Terraconensis archiepiscopus.
Sig+num (s. man.) Berengarii Siffredi, qui hoc scripsit die annoque prefixo. Ermengaudus presbiter et publicus scriptor Gerunde, subscribo.

357

1187, setembre, 7

El bisbe Ramon de Girona i Bernat d'Escala, pabordes de Juny a la seu, estableixen a certs homes de Celrà el camp de Planiol, d'aquest lloc, a cens de 3 sous i mig cada feixa, per 50 sous d'acapte.

Cart., pp. 200b-201b. Reg.: B 329.

Ad cunctorum perueniat notitiam quoniam nos Raimundus Dei gratia Gerundensis episcopus et Bernardus de Scala, prepositi prepositure iunii, corn consilio canonicorum Gerundensis ecclesie damus uobis Arnallo clerico de Galidia et Marcho, et Petro de Mieres et Bernardo Mercer et Arnallo Cugula et Gauciberto Salomoni et Iohanni de Falgariis et Petro Sabet et Guilielmo Episcopo iuniori et Raimundo de Campis omnique uestre posteritati et cui uolueritis illum campum nostrum de Planiol cum omnibus suis pertinentiis. Afrontat ab oriente in campo Gaufridi de Galicia (sic) a meridie in sacraria Sancti Felicis de Celrano, ab occidente in torrente uel in uia que intrat in uiam Celrani, a parte circi in strata publica que uadit Gerundam. Sicut ab hiis .un. affrontationibus includitur, sic damus uobis taliter ut habeatis et teneatis illum uos et uestri post uos in perpetuum sicut est terminatum et pro .X. fexias et donet unusquisque ex sua fexia .III. solidos et dimidium singulis annis pro censui in kalendis madii preposito illis prepositure. Quod si facere nolueritis uos uel uestri post uos, habeat licentiam prepositus iam dicte prepositure emparare sua auctoritate tenere uel dare cui uoluerit sine contradictione [p. 201a] alicuius partem illius qui censum persoluere noluerit ut superius dictum est cum omnibus melioramentis, sed predicta conuenientia uos et uestri ad fidelitatem Gerundensis ecclesie fideliter obseruantes habeatis iam dictum campum, uidelicet unusquisque porcionem suam perpetuo cum omnibus affrontationibus suis ad omnem uoluntatem uestram ibi et inde faciendam saluo iure Gerundensis ecclesie in omnibus. Tamen, si aliquis uestrum uel successorum uestrorum suam partem uendere uel impignorare uoluerit, prius denuntiet preposito iam dicte prepositure, et si prepositus noluerit eam retinere infra .XXX. dies et precium persoluere quod alius ibi dare uoluerit ex quo ei denuntiatum fuerit, liceat deinceps possessori impignorare uel uendere suo consimili, saluo iure canonice in omnibus et decimas uel agrarias non exigat de expletis supradicti campi et accepimus a uobis .L. solidos

Arxiu Diocesà de Girona ©

Gerundenses pro acapte.
Actum est hoc .VII. idus septembris anno Dominice Incarnationis . MCLXXXVII.
Sig+num Raimundi, per Dei gratiam Gerundensis episcopi et prepositi. (s. man.) Bernardi de Scala, prepositi. +Arnallus Bisullunensis archileuita. (s. man.) Guilielmus Raimundi presbiter. +Raimundus Gerundensis archileuita. Bernardus de Monteacuto, leuita. Ego Guilielmus de Ficulneis subscribo. Ego magister [p. 201b] Bertrandus subscribo. (s. man.) Petrus de Locustaria, presbiter. Bernardus de Montepalacio. Ego Gaufredus de Sancta Leocadia subscribo. Arnallus de Far. (s. man.) Arnallus presbiter.
Arnallus presbiter qui hoc rogatus scripsi.

358

1188, juny, 27

Berenguer de Salt i la seva esposa venen a Bernat de Locata, a Pere Ermengol i als gerrnans d'aquest, Martí i Joan, tota la possessió que tenen per la seu a la parròquia de Sant Cugat de Salt, pel preu global de 1.592 sous i 80 morabatins, amb els que es satisfan empenyoraments i terços, i amb reserva de cens per a la seu.

Cart., p. 314. Reg.: B 516.

Ad cunctorum hominum perueniat noticiam quod ego Berengarius de Saltu et uxor mea Beatrix, bono animo et spontanea uoluntate et nullo cogente, sed per nos et per nostros uendimus uobis Bernardo de Locata et Petro Ermengaudi et fratribus tuis Martino et Iohanni et cui dare uel dimittere uolueritis perpetuo totum nostrum honorem cultum et heremum quem habemus et tenemus et habere debemus aliquo modo pro canonica Sancte Marie in parrochia Sancti Cucuphatis de Saltu ubique, mansos et domos et terras et uineas et molendina et monaria et heremos et bordas et homines et feminas et census et agraria et seruicia et adempramenta et omnia alia quecumque dici uel nominari possunt cum omnibus arboribus cuiuscumque generis ibi sint, sicut melius predicta omnia habemus et habere debemus et sicut melius pater et auus et genus meum de me Berengario hec omnia habuerunt et tenuerunt, et sicut melius dici uel intelligi potest ad uestram utilitatem, sic ea omnia uobis et uestris perpetuo uendimus pro .DCCCXL. solidos barchinonenses, de quibus recognoscimus nos a te bene esse paccatos a uobis (sic) et pro .LXXX. morabetinos pro quibus hoc redimitis a Petro Poncii et pro .CLII. solidos pro quibus redimitis a iamdicto Bernardo de Locata, et de nostro iure ac potestate in uestrum tradimus dominium et potestatem ad faciendum omni tempore ibi et inde uestram uoluntatem, saluo iure canonice Sancte Marie in omnibus, cui dabitis inde annuatim pro censu ad festum Natalis Domini .VI. porcos canonicales ad laudamentum coqui et nullum alium censum neque seruicium et agrarium inde donetis nisi predictos .VI. porcos. De predicta autem uenditione retinemus illas domos in quibus inhabitamus cum ortalibus et cum quitanalibus qui in circuitu sunt, que omnia teneamus nos et nostri per uos et donemus inde uobis annuatim pro censu .II. solidos ad festum Natalis Domini, sed non possimus hoc uendere et impignorare siue alienare absque uestro consilio, et uos non habeatis ibi neque in corporibus nostris aliam dominationem, sed corpora nostra sint canonice Sancte Marie. Et hoc totum ego Beatrix predicta iuro in Deum et super sacrosancta .IIII. Dei euangelia meis manibus propriis tacta quod ego uel aliquis per me contra hanc uendicionem nullo modo ueniamus nec uenire

Arxiu Diocesà de Girona ©

possimus, sed firma et irreuocabilis maneat oni tempore, et est certum quod in predicta empcione habes tu Beatrix de Locata medietatem et Petrus Ermengaudi et fratres tui aliam. Et ego Raimundus, Dei gratia Gerundensis episcopus et prepositus prepositure Decembris laudo et concedo uobis emptoribus predictam empcionem et inde accipio a uobis pro tercio .D. solidos. Si quis hoc rumpere uoluerit, in duplo componat.
Actum est hoc .V. kalendas iulii anno dominice Incarnacionis .MCLXXXVII.
Sig+num Berengarii de Saltu, sig+num Beatricis uxoris eius, sig+num matris eius Saurine, sig+num Berengarie sororis eius, qui hoc firmamus firmarique rogamus. Sig+num Arnaldi de Sancto Stephano. Sig+num Berengarii de Sancto Stephano. Sig+num Petrus Engilberti. Sig+num Raimundi per Dei gratiam Gerundensis episcopi et prepositi prepositure Decembris. +Gaufridus de Paleria, Impuritanensis archidiaconus. +Raimundus Gerundensis archileuita. +Deusdedit leuita. +Deodati de Terradis.
Sig(s. man.)num Berengarii Sifredi, qui hoc scripsit die et anno quo supra. (s. man.) Ermengaudus presbiter et publicus scriptor Gerunde, subscribo.

359

1188, desembre, 4

Guillem Coc i Guillema, esposos, venen a Arnau de Galídia un casal enrunat situat a la sagrera de Sant Feliu de Celrà, sense indicació de preu.

Cart., pp. 208b-209b. Reg.: B 330.

Sit notum cunctis quod ego Guilielmus Cogc et uxor mea Guilielma uendimus tibi Arnallo de Galidia et tuis in perpetuum illum casal distructum quem habemus et tenemus in sacraria Sancti Felicis Cilrani super Sanctam Mariam sedis. Affrontat autem ab oriente in cortilio, a meridie in cellarium de Petro Aurig, ab occidente in cellario Berengarii Traginer, a parte circii in uia et in cellario Bernardi Martini. Sicut in hiis .IIII. affrontationibus includitur et circumcingitur [p. 209a] et sicut melius nos habemus uel habere debemus iam dictum casal cum sua parte cortilii et cum exitibus et ingressibus suis et affrontationibus et adempramentis et pertinentiis et stillicidiis et aquariis per comparationem siue quibuscumque uocibus, sic uendimus tibi ut nos nec aliquis per nos nec per uoces nostras nichil amplius in iamdictum casal requiramus nec requirere faciamus, sed semper eum habeas et possideas sine uinculo ullius uiuentis sicut melius dici uel intelligi potest ad tuam tuorumque utilitatem, et de nostro iure in tuum tradimus dominium et potestatem ad faciendum ibi et inde quidquid uolueris, saluo iure Sancte Marie, et dones annuatim inde pro censu .I. caponem prelibate Sancte Marie. Si quis hoc fregerit, in duplo componat.
Actum est hoc .II. nonas decembris annno Dominice Incarnationis . MCLXXXVII.
Sig+num Guilielmi Coc, sig+num Marie uxoris mee, qui hanc uenditionem fecimus, firmauimus firmarique rogauimus. Sig+num Raimundi de Lunel. Sig+num Dominici Rustici. Sig+num Gofredi de Galidia. (s. man.) Guilielmus presbiter. Sig+num Raimundi, per Dei gratiam Gerundensis episcopi et prepositi prepositure Iunii. (s. man.) Bernardi de Ascla (sic) prepositi[p. 209b].
Guilielmus presbiter, qui hoc rogatus scripsi die annoque prefixo.

Arxiu Diocesà de Girona ©

360

1189, juny, 4
Arnau de Sales firma de dret en mà del bisbe Ramon de Girona després d'haver estat excomunicat a causa de retenir vegueries d'esglésies.

Cart., pp. 157ab. Reg.: B 331.

Iuro ego Arnallus de Salis tibi Raimunde per Dei gratiam Gerundensis episcope me stare tuo mandato super uicariis [p. 157b] omnium ecclesiarum mei tocius honoris, et aliis omnibus causis pro quibus excommunicatus sum, per Deum et hec sancta
.IIII. Euangelia.
Actum est hoc .II. nonas iulii anno Dominice Incarnationis . MCLXXXVIIII.
Sig+num Arnalli de Salis qui hoc me obseruaturum sub uirtute sacramenti promitto. Sig+num Guilielmi de Parietibus. Sig+num Tremolete. Sig+num Arnallini. Berengarius de Colonico, iudex. (s. man.) Gerallus Arnalli. Arnallus de Constantinis, sacrista sedis.
Arnallus subdiachonus qui hoc scripsi die et anno quo su(s. man.)pra.

361

1190, setembre, 10

Guillem de Santmartí, la seva esposa Elicsenda, la seva mare Beatriu i la seva germana Elicsenda enfranqueixen Guillem de Torre, home propi seu, per 33 sous bar.

Cart., pp. 218ab. Reg.: B 332.

Sit notum cunctis quoniam ego Guilielmus Sancti Martini et uxor mea Elixenda et mater mea Beatrix et soror mea Elixenda insimul diffinimus omnibus modis te Guilielmum de Torre, scilicet corpus tuum et omnes tuas res quas modo habes et inantea habueris et omnem tuam progeniem que de te exierit, Deo et tibi ipsi et omni homini de quo dominum tuum facere uolueris, ita quod nos uel aliquis per nos nec per nostras uoces in te uel in tuis rebus aliquid exigamus neque exigere possimus sed sis semper solutus ex parte nostra et nostrorum. Accipimus autem a te propter hanc diffinitionem .XXXIII. solidos barchinonenses et iterum concedimus tibi ipsas uineas et terras quas tenes per nos, ita ut habeas et teneas saluo nostro iure, scilicet de duabus tascham et braciaticum et .Iii. tascham. Nullus hoc rumpat.
Actum [p. 218b] est hoc .IIII. idus septembris anno Dominice Incarnationis . MCXC.
Sig+num Guilielmi Sancti Martini. Sig+num Elixendis uxoris eius. Sig+num Beatricis, matris eius. Sig+num Arnali de Ualle Damisa. Sig+num Raimundi de Palazol. Sig+num Berengarii
Riboth. Sig+num Berengarii de Girundella, medici. Sign+num Berengarii baiuli.
(s. man.) Bernardus presbiter qui hoc rogatus scripsi die et anno quo supra.

Arxiu Diocesà de Girona ©

362

1190, novembre, 19

Conveni entre el bisbe Ramon de Girona i Pere de Torroella, pel qual aquest renuncia a certes prestacions que rebia a Ullà, a canvi de rebre del bisbe un cens de sis monedes d'or.

Cart., p. 152 marg. O.: ADG, *Mitra*, c. 20, núm. 43. Còpia: RC ff. 150r-151r. Ed.: P. NEGRE, a AIEG, 4 (1949), pp. 113-115. Reg.: B 517: MARQUÈS, *Pergamins*, núm. 62.

Ad cunctorum hominum, presencium ac futurorum perueniat noticiam quod post multas contenciones que diu fuerunt inter dominum Raimundum, Gerundensis ecclesie episcopum et Petrum de Turrucella, tandem consilio et laudamento quorundam nobilium uirorum scilicet donpni Berengarii Terrachonensis archiepiscopi et Arnalli de Oliuis, Bisuldunensis archidiachoni, atque Berengarii de Colonico iudicis et Arnalli de Constantinis, ad bonum finem et amicabilem transactionem siue compositionem deuenerunt de omnibus iniuriis et malefactis in uilla et hominibus et terminio de Uliano ab eodem Petro aliquo modo illatis. Quorum quidem nobilium consilio et laudamento ego Petrus de Turrucella iam dictus per me et per omnes meos diffinio et omnibus modis relinquo Deo et ecclesie Gerundensi et tibi Raimunde episcope iam dicte et omnibus tuis successoribus perpetuo omnes illos uiginti quinque anseres quos in ipsa uilla de Uliano accipiebam et omnes racemos acidos et maturos et ligna et paleas et canabuxas et pasci et erbari et homicidia et cugucias atque seruicia et omnes exactiones et perprisiones et spolia que acclamare solebam in morte episcoporum et omnia alia quecumque dici uel nominari siue intelligi possunt, que ego in iamdicta uilla et hominibus et terminio de Uliano, ui uel gratis, iuste uel iniuste siue alio aliquo modo accipiebam uel accipere solebam, ita quod ego uel aliquis per me siue uoce et auctoritate mea ibi aliquid de cetero non tangamus nec aliquo modo accipiamus, sed semper Gerundensis episcopus habeat predictam uillam de Uliano cum omnibus hominibus et terminis siue adiacentiis suis, et teneat ac per alodium franchum possideat, omnibus meis uocibus et meorum perpetuo inde extinctis, ut melius dici uel intelligi potest in omnibus et per omnia, ad bonum et utilitatem iam dicti episcopi et ecclesie Gerundensis. Hoc tamen excepto, quod non fiat macellum in ipsa uilla de Uliano in dominicis diebus nec eciam uendantur ibi carnes macelli eisdem dominicis diebus et exceptis illis decimis quas ego in parrochia de Uliano accipio. Concedo eciam et laudo ut omnes homines de Uliano habeant libere et secure omnia adempramenta que eis necessaria fuerint uel habere uoluerint in montaneis et in planis et in aquis dulcis siue salsis, salua tamen consuetudine de glandibus et uermilio et corallio et de leudis marinis. Et si forte ego ponerem interdictum hominibus de Turrucella et aliis hominibus de scorianda garrica, homines Uliani seruent illud sicut ceteri. Et ego Raimundus, Dei gratia episcopus Gerundensis iam dictus, per predictam definitionem siue deliberationem quam sicut superius scriptum est, a te accipio, dono tibi in feudum singulis annis sex aureos, unumquodque de precio septem solidorum, quos baiulus meus de Uliano teneatur tibi persoluere et tuis annuatim in festiuitate Omnium Sanctorum, et sic fiat semper et obseruetur inter Gerundensem episcopum et te et omnes tuos successores qui eandem fidelitatem mihi et meis successoribus faciant quam tu mihi facis pro iamdicto feudo quam pro aliis ubicumque sint, et habeas iamdictos aureos ad computum .vu. solidorum ut dictum est in omnibus meis expletis et censibus Uliani, nisi persoluti fuerint tibi uel tuis in festiuitate Sancti Felicis, quamuis superius scriptum sit in

Arxiu Diocesà de Girona ©

festiuitate Omnium Sanctorum, et eciam illis sex aureis tibi uel tuis persolutis uel acceptis, quidquid residuum fuerit sit domini episcopi, et hoc totum, sicut superius scriptum est, habeas tu Petre de Turrucella et tui per Gerundensem episcopum, et si quos habes homines uel feminas, terras uel uineas tui iuris infra terminos Uliani, omnia in pace habeas. Si quis hoc rumpere uoluerit, non ualeat.
Actum est hoc .XIII. kalendas decembris anno Dominice Incarnationis .MC. nonagesimo.
Arnallus Bisuldunensis archileuita. Sig+num Petri de Turrucella. Sig+num Bernardi, fratris eius. Sig+num Guilielmi de Balanano. Sig+num Guilielmi de Parietibus. +Raimundus Gerundensis archileuita. Sig+num Raimundi, per Dei gratiam Gerundensis episcopi. +Berengarius, Terrachonensis archiepiscopus. Berengarius de Colonico iudex. Ego Gaufridus Gerundensis ecclesie precentor, subscribo. Sig+num Dalmacii de Bierto. Sig+num Raimundi de Arens.
(s. man.) Hermengaudus publicus scriptor Gerunde subscribo.

363

(1192), 1193, març, 13

El comte Ponç Hug d'Empúries firma debitori al bisbe Ramon de Girona de 230 morabatins, part rebuts en préstecs anteriors i part en un mul, pels quals empenyora rendes d'Ullà.

Cart., pp. 177a-178a. Reg.: B 333.

<A>d cunctorum perueniat noticiam quod ego Poncius Ugonis, gratia Dei comes Impuritanensis, consilio matris mee Iusiane eadem gratia comitisse, recognosco me debere ecclesie Gerundensi et tibi Raimunde per Dei gratiam Gerundensi episcope .CLXXXX. marabetinos, de quibus Guilielmus de Petra Inscisa antecessor tuus patri meo Ugoni comiti .CLX. acomodauit, et tu mihi .XXX. super albergas et butages et omnia que aliquo modo accipiebam in uilla de Uliano, unde ego adhuc laudo iam dictos marabetinos et insuper .XL. quos tibi debeo de uno mulo optimo quem de te comparaui, ita quod istos supradictos . CCXXX. marabetinos habeas in iam dicto pignore donec ego uel mei reddamus tibi [p. 177b] et ecclesie Gerundensi supradictos omnes marabetinos auinaiars uel lupinos boni auri et recti pensi; fructus uero predicti pignoris aliquo modo a me uel a meis non possint computari in sortem sed tantum et tamdiu habeas et possideas et modis omnibus expletes iam dictum pignus donec ego uel mei in pace reddamus tibi et ecclesie Gerundensi iam dictos marabetinos, et insuper conuenio tibi in uerbo ueritatis et sub fidelitate hominii quod de iam dicto pignore aliquo modo non decipiam te nec Gerundensem ecclesiam nec aliquis per me. Quod si iam dictum pignus alicui loco religioso pro salute anime tue dimittere uolueris uel si in uita tua alicui dare uel impignorare uolueris, sub eadem fidelitate hominii conuenio tibi quod ei laudabo et ratum habebo nec ibi aliquid tangam nec accipiam.
Actum est hoc .III. idus marcii anno Dominice Incarnationis. MCLXXXXII.
Sig+num Poncii Ugonis comitis qui hoc laudo et confirmo. Sig+num Iusiane comitisse. Sig+num Adalaicis comitisse. Sig+num Ademari de Empuriis. Sig+num Raimundi de Oliuis. Sig+num Guilielmi de Monte Rubeo. Sig+num Raimundi de Midiniano. Sig+num

Arxiu Diocesà de Girona ©

Petri de Garriga [p. 178a]. Sig+num Guilielmi de Uilaric. Sig+num Raimundi de Talteuul, baiuli.
(s. man.) Guilielmus ipodiaconus qui hoc scripsit.

364

1194, octubre, 8

Bernat de Vilarig defineix Joan de Vilarig, home seu, que passa a ser home propi de Guillem de Corçà, paborde de Juny de la seu, per 21 sous bar.

Cart., pp. 210b-211a. Reg.: B 335.

Sit notum cunctis quod ego Bernardus de Uilarico, per me et per omnes meos presentes atque futuros diffinio te Iohannem de Uilarico, scilicet corpus tuum et omnem tuam progeniem que inde exibit et omnes res tuas mobiles et inmobiles quas modo habes [p. 211a] uel deinceps Deo uolente habueris cum toto censu quem mihi facere solebas, Deo et ecclesie Sancte Marie sedis perpetuo in manu et potestate Guilielmi de Quarciano, Gerundensis ecclesie canonici et prepositi in prepositura mensis Iunii, ita quod ego uel aliquis per me in te siue in tuis rebus aliquid de cetero non exigamus nec aliquo modo exigere possimus, sed sis solutus et liber ex parte mea et omnium meorum absque aliqua inpetitione quam inde facere non possimus, et propter hanc diffinicionem recognosco me a te recepisse .XXI. solidos barchinonenses.
Actum est hoc .VIII. idus octobris ano Domini . MCXCIIII.
Sig+num Bernardi de Uilarico, qui hoc firmo firmarique rogo. Sig+num Bernardi de Lemena. Sig+num Guilielmi de Maciana.
(s. man.) Ianuarius qui hoc scripsit.

365

(1194), 1195, febrer, 22

Guillema i el seu marit Guillem Batiu venen a Arnau de Galídia clergue, una vinya i bosc situats al terme de la parròquia de Sant Feliu de Celrà, indret de Corna de Quintana, pel preu de 38 sous bar.

Cart., p. 217a-218a. Les primeres ratlles de l'escriptura es copiaren també a p. 208a, i s'interrompé la transcripció amb la nota: "Inutilis hec carta". Reg.: B 334.

Sit notum cunctis quod ego Guilielma et uir meus Guilielmus Batiu uendimus tibi Arnallo clerico de Galidia et tuis in perpetuum ipsam nostram uineam cum boscho et perprisione quam habemus et tenemus in parrochia Sancti Felicis de Celrano, in locum quem uocant Cumba de Quintana, in alodio Raimundi de Petra Incisa. Affrontat iam dicta uinea et bosc ab oriente in uinea Berengarii Gernais, a meridie in alodio Ermengaudi et Petri Paschal, ab occidente et a circii in uinea Guilielmi Mascun. Sicut ab hiis quatuor affrontationibus

Arxiu Diocesà de Girona ©

includitur et sicut melius habemus uel habere debemus per plantam, sic uendimus eam tibi cum terra in qua sedet et cum omnibus [p. 217b] arboribus que ibidem sunt, cuiuscumque generis sint, et cum omnibus in se habentibus sibique qualicumque modo pertinentibus et cum boscho et perprisione, cum exitibus et ingressibus, pro precio .XXXVIII. solidos barchinonenses quos nobis inde donas et domino .XV. pro tercio, sic uendimus tibi iam dictam uineam et bosc ut nos nec aliquis per nos nec per nostras uoces nostrorumque nichil amplius requiramus nec requirere faciamus, sed semper habeas et possideas iam dictam uineam libere et quiete sicut melius dici et intelligi potest ad tuam torumque utilitatem, et de nostro iure in tuum tradimus dominium et potestatem ad faciendum ibi et inde quicquid uolueris, saluo iure dominorum, dabis inde tascam de racemis. Iuro ego Guilielma super sancta .IIII. Euangelia meis propriis manibus tacta quod contra hanc uenditionem non ueniam nec deinceps uenire faciam. Si quis hoc rumpere uoluerit non ualeat, sed in duplo componat.
Actum est hoc .VIII. kalendas marcii anno Domini .MCXCIIII.
Sig+num Guilielmi filii nostri. Sig+num Guilielmi Batiu, qui hanc cartam uenditionis facimus, firmamus firmarique rogamus. Sig+num Barcherie, sig+num Perpiniane filie nostre [p. 218a]. Sig+num Gaufredi de Galidia. Sig+num Petri Sabet. Sig+num Guilielmi de Mileriis. Sig+num Raimundi Petri de Scisa. Sig+num Gasnedis (sic). Sig+num Raimunde uxoris Raimundi de Petra Inscisa.
Bernardus subdiachonus qui hoc scripsit (s. man.) die et anno quo supra.

366

1195, març, 27

Guillem Traginer i la seva esposa Maria venen a Guillem de Corçà, canonge de la seu, un celler situat a la cellera de Celrà pel preu de vint-i-nou sous.

Cart., pp. 201b-202a. Reg.: B 265, que data de 1145.

Sit notum cunctis quod ego Guilielmus Traginarius et uxor mea Maria uendimus tibi Guilielmo de Carciano Gerundensi canonico et tuis et cui dare uel dimittere perpetuo uolueris totum cellarium quod habemus in cortali episcopali, in cellaria Sancti Felicis de Celrano, cum exitibus et ingressibus et cum omnibus in se habentibus ibique qualicumque modo pertinentibus de abisso usque ad celum, pro .XXVIIII. solidos, de quibus recognoscimus nos a te esse paccatos, et ideo de meo iure ac potestate cum hac presenti scriptura in tuum tradimus dominium et potestatem ad omnem tuam tuorumque uoluntatem faciendam, saluo iure Sancte Marie in omnibus, cui dabis inde annuatim pro censu .VI. denarios, omnibus nostris uocibus et rationibus et nostrorum perpetuo extinctis. Si quis hoc rumpere uoluerit non ualeat.
Actum est hoc .VI. kalendas aprilis anno Domini .MCXCV.
Sig+num Guilielmi Traginarii, sig+num Marie uxoris eius, sig+num Berengarii filii eorum, sig+num Berengarie, sig+num Dominice[p. 202a], sig+num Guillemete sororum, qui hoc firmamus firmarique rogamus. Sig+num Guilielmi Umberti. Sig+num Bernardi de Mora. Bernardus subdiaconus qui hoc uidit firmare.

Arxiu Diocesà de Girona ©

Arnallus subdiaconus qui hoc scripsit die et anno quo supra. (s. man.) Ermengaudus presbiter et publicus scriptor Gerunde subscribo.

367

1195, abril, 18

Arnau de Palol i els seus germans s'exvacuen de certes prestacions que exigien en el terme de la parròquia de Celrà.

Cart., pp. 203b-204b. O. ACG: Roura, núm. 522. Reg.: B 337.

In Dei nomine ego Arnallus de Palaciolo et fratres mei Arnallus Bastonis et Gaufridus Bastonis recognoscimus nos et decessores nostros iniuxtas et illicitas et multas exacciones hactenus fecisse in possessionibus Gerundensis ecclesie que sunt infra parrochiam Sancti Felicis de Celrano. Unde propter Dei amorem et ob remedium animarum nostrarum et decessorum nostrorum, per nos et per omnes successores nostros presentes atque futuros perpetuo diffinimus modisque omnibus euacuamus Deo et gloriose uirgini Marie sedis Gerunde quascumque exacciones licitas uel illicitas siue rapinas et malas presumptiones siue bonas quoquo modo uel qualicumque ratione seu occasione hucusque fecimus uel accepimus in omni honore dicto de Celrano tam [p. 204a] in mansis quam in pascuis segetum uel herbarum uel in lignis, paleis, questiis, toltis, forciis, hominibus et rapinis, seu in omnibus aliis quecumque dici, intelligi uel nominari possunt, excepto hoc quod retinemus consensu et auctoritate dicte ecclesie in mansu Gaufridi de Galicia annuatim et semel in anno unam migeriam ciuade solita mensura et .I. par gallinarum et .I. par fogaciarum in manso etiam Petri Lunelli et in manso Raimundi de Campis .I. fex palearum et aliud lignorum et .I. migeriam cibarie eadem mensura in unoquoque, et .I. par gallinarum et .I. par fogaciarum. In manso uero Celrani Bruma tantummodo .I. fogaciam et .I. gallinam et .I. quarteriam cibarie et .I. fex de paleis et aliud lignorum similiter semel in anno. Cetera omnia ut superius diximus bono animo et spontanea uoluntate diffinimus et etiam corroborando predicta ut firmius et sincerius perpetuo seruetur inconcusse propriis manibus tactis sacrosanctis .IIII. Dei Euangeliis nos dicti Arnallus de Palaciolo et Arnallus Bastonis et Gaufridus Bastonis iuramus perpetuo obseruaturos sicut superius dictum est. Si quis contra hanc diffinitionem aliquo ausu temerario uenire temptauerit, anathemati subiaceat ut cum Iuda proditore dampnatus in infernum cum eo porcionem suam accipiat.
Actum est hoc .XIIII. kalendas madii anno Domini millesimo .CXCV. [p. 204b]
Sig+num Arnalli de Palaciolo, sig+num Arnalli Bastonis, sig+num Gaufridi Bastonis, fratrum eius, sig+num Bernarde uxoris eius, qui hoc firmamus firmarique rogamus. Sig+num Raimundi de Abbacia. Sig+num Raimundi de Campo Durando. Sig+num Petri Hermengaudi. Sig+num Petri de Sancto Laurentio. Sig+num Bernardi de Mora. Sig+num Guilielmi de Caciano, baiuli. Sig+num Bernardi de Barbauetula.
Bernardus Stephani, qui hoc scripsit die et anno quo supra (s. man.). (s. man.) Ermengaudus presbiter et publicus scriptor Gerunde subscribo.

368

1195, setembre, 19

Arxiu Diocesà de Girona ©

Pere de Cervera i la seva mare Marquesa defineixen a la seu de Girona la vicaria de les esglésies de Bolós, Capsec i Montagut.

Cart., pp. 168b-169a. Reg.: B 338; CDB 11, pp. 48-49.

Sit notum cunctis quod ego Petrus de Ceruaria et mater mea Marchesa per nos et per omnes nostros presentes et futuros diffinimus, relinquimus, damus domino Deo et beate Marie sedis Gerunde et omnibus sanctis pro remedio animarum nostrarum et parentum nostrorum quascumque institutiones siue exacciones uel seruitutes qu as Poncius pater meus siue aliquis predecessorum meorum petebat uel nomine uicarie alioue aliquo modo, iuste uel iniuste exigebat in ecclesiis Sancte Marie de Bolos et Sancti Martini de Cuilsech et Sancti Petri de Monteacuto siue in aliis omnibus quecumque sint et ubicumque sint in tota terra nostra ubicumque nos potestatem habemus, ita quod de cetero nos neque quisquam [p. 169a] nostrum uim inferamus alicui clericorum uel commorantium uiuorum siue mortuorum in predictis ecclesiis neque res eorum mobiles siue immobiles auferamus siue aliquo modo auferri faciamus et quod hec omnia sicu iam supradicta sunt, firmiter teneamus tenerique in perpetuum faciamus super sancta .IIII. Euangelia nostris propriis manibus iuramus et iurare facimus Raimundo de Sancto Romano, Guilielmo de Bas, Bernardo de Palaciolo, Bernardo de Beluespre.
Actum est hoc anno Incarnationis Dominice .MCXCV.
Huius rei sunt testes Arnaldus de Salis, Berengarius de Podio Pardinarum Guilielmus de ca Minana, Guilielmus de Spazent, prior de Ridare, Guilielmus prior de Podio Pardinarum, Raimundus abbas +Guilielmus prior, Guilielmus de Crexello.
Magister Iohannes qui hoc scripsit .XIII. kalendas octobris. Lobetus publicus scriptor subscribo.

369

1195, novembre, 25

Pere Joan de Bàscara promet al bisbe Ramon de Girona no perjudicar-lo en revenja d'un empresonament que ha sofert per ordre del prelat, i dóna fidejussors.

Cart., pp. 93a-94b. Reg.: B 340.

<M>anifestum sit cunctis quod ego Petrus Iohannis de Baschara conuenio uobis domino meo Raimundo Gerundensi episcopo bona fide et absque malo ingenio quod ego uel aliquis per me uoce mea uel stabilimento siue consilio meo uobis siue in honore uestro uel etiam uestris hominibus siue [p. 93b] illis qui me ceperunt per uos pro illa captione que michi facta fuit, aliquod malum de cetero non inferam nec aliquo modo inquiram. Si uero aliquo tempore in hoc peccarem quin istud complerem uel etiam propter hoc alicui supradictorum aliquod malum inferrem, conuenio totum illud malefactum redirigere bona fide usque ad .XX. dies, ego uel Brunus de Mercatello et Petrus de ipso Monello et Guilielmus de Firigola consanguinei mei, postquam per uos uel per nuntium uestrum unde amoniti fuerimus. Quod nisi factum habuerimus subiaceam ego inde pene centum aureorum quos tenear uobis

Arxiu Diocesà de Girona ©

persoluere statim uel cui uos uolueritis ad uestram uoluntatem et intellectum et sine omni enganno. Uerumptamen si illi centum aurei non sufficerent ad iam dicta malefacta restituenda, teneantur uobis iam dictus Brunus et Petrus de ipso Monello et Guilielmus de ipsa Farigola de predictis .c. aureis ad uestrum intellectum et statim sint uobis soluta omnia mea iura quecumque habeo at hábere debeo in auere et honore [p. 94a] ubicumque, ita quod ego uel aliquis generis mei ubi non possit aliquo modo de cetero institui, immo ego tenear semper deinceps de periurio et de falsitate et aliquo modo non mihi credatur, saluis tamen predictis centum aureis in meis rebus illis qui superius michi pro eis fideiussores existunt. Et iuro in Deum et super sancta .IIII. Dei euangelia meis propriis manibus tacta quod hoc totum fideliter adtendamus absque omni malo ingenio. Et nos Brunus de Mercatello et Petrus de ipso Monello et Guilielmus de Farigola iam dicti instituimus esse debitores et donatores de omni hoc sicut superius dictum est uobis domino Raimundo Gerundensi episcopo et cui uos uolueritis pro iamdicto Petro Iohanne de Baschara, cum eo et sine eo, quisque nostrum pro toto et nullus ex nobis possit se exinde excusare per alium, sed quisque teneatur uobis in solidum quemcumque inde priorem interrogare uolueritis pro iamdicto Petro Iohanne de Baschara, cum eo et sine eo quisque nostrum pro toto et nullus ex nobis possit se excusare per alium, sed quisque teneatur uobis in solidum quemcumque inde priorem interrogare uolueritis, et hoc totum donamus uobis et assignamus in omnibus nostris rebus mobilibus et immobilibus in auere et honore [p. 94b] ubique sicut melius accipere uolueritis ad uestram uoluntatem.
Actum est hoc .VII. kalendas decembris anno Domini . MCXCV. Sig+num Petri Iohannis, qui hoc firmo firmarique rogo.
Sig+num Petri de ipso Munello, signum Guilielmi de ipsa Farigola, qui hoc firmamus firmarique rogamus. Petrus de Curtsauino (s. man.) Gerundensis sacrista, rogatus testis subscribo. +Guilielmus de Empuriis (s. man.). Ego Egidius presbiter rogatus testis subscribo. Ego Alamannus subscribo (s. man.). Bernardus de Scala.
(s. man.) Bernardus Stephani qui hoc scripsit.

370

(1195), 1196, març, 20

Pere de Mieres i els seus familiars venen a Arnau de Galidia una vinya situada a Celrà, indret d'Olibana, pel preu de 130 sous bar.

Cart., pp. 224a-225a. Reg.: B 336.

Sit notum cunctis quonuam ego Petrus de Mieres et uxor mea Maria et filius meus Berengarius et mater mea Ermengardis, uendimus tibi Arnallo de Galizia et tuis et cui dare uel dimittere uolueris in perpetuum ipsam nostram uineam totam ab integro cum terra in qua est plantata et cum omnibus arboribus qui ibi [p. 224b]dem sunt cuiuslibet generis et cum omnibus in se habentibus sibique qualicumque modo pertinentibus, et cum exitibus et introitibus suis. Affrontat iam dicta uinea ab oriente et a meridie in uinea Bernardi Structionis, ab occiduo in uinea Petri Ferrarii, a parte circi in uinea tua et in alodio Petri Rascuale (sic). Est iamdicta uinea in parrochia Sancti Felicis de Celrano, in locum quem uocant Olibana. Sicut ab his .IIII. affrontationibus includitur et sicut melius eam habemus

Arxiu Diocesà de Girona ©

uel habere debemus iam dictam uineam, sic uendimus tibi propter .CXXX. solidos denariorum barchinonensium quos nobis inde donas excepto domino cui dabis tercium. Sic uendimus tibi ut nos nec aliquis per nos nec per nostras nostrorumque uoces nihil ibi amplius requiramus nec requirere faciamus, sed semper eam habeas et possideas tu et tui post te sicut melius dici uel intelligi potest ad tuam tuorumque uoluntatem ibi et inde faciendam, et de nostro iure cum hac carta in tuum tradimus dominium et potestatem, saluo iure Raimundi de Petra Inscisa, cuius iam dicta uinea est alodium. Si quis contra hoc ad ir[p. 205a]rumpendum uenerit, non ualeat.
Actum est hoc .XIII. kalendas aprilis anno Domini . MCXCV.
Sig+num Petri de Mieres, sig+num Marie uxoris eius, sig+num Berengarii filii eius, sig+num Ermengardis matris eius qui hanc uendicionem facimus, firmamus firmarique rogamus. Sig+num Raimundi de Petrascissa, qui hoc laudo et firmo. Sig+num Petri de Lupariis. Sig+num Guilielmi de Reliquier. Sig+num Guilielmi de Migeres. Sig+num Guilielmi Geralli. Sig+num Bauduini Cerdani. Sig+num Guilielmi filie eius. Sig+num Raimunde, uxoris Raimundi de Petrascisa.
(s. man.) Petrus presbiter qui hoc scripsi die et anno quo supra.

371

(1177-1196)

El bisbe Ramon de Girona estableix a Arnau de Paret Rufí el camp dit de Falguer, situat a la parròquia de Paret Rufí, a tasca i cens, per 600 sous d'entrada.

Cart., p. 372ab. Reg.: B 385.

Sit notum cunctis quod ego Raimundus, Dei gratia Gerundensis episcopus, dono tibi Arnallo de Pariete Ruffino et tuis et cui dare uel dimittere uolueris perpetuo illum meum campum quod dicitur de Falgerio quem habeo in parrochia Sancti Felicis Parietis Ruffini, quem ego traxi et araui. Qui affrontat ab oriente in tuo campo, de meridie in terra Petri Oliuarii et Petri Ferrarii et Petri de Carrera et Cerdani et Petri Oliba et Raimundi Uitalis et Arnalli de Pulcro Loco et Bernardi de Falgerio, de occiduo in alio tuo campo de Pulcro Solano, de circi in terris Guilielmi de Gardia et Guilielmi Oliuerii. Sicut de hiis .IIII. affrontationibus includitur predictus campus, cum exitibus et regressibus suis et cum [p. 372b] omnibus in se habentibus et qualicumque modo pertinentibus, et sicut melius potest dici uel intelligi ad tuam utilitatem, sic illum tibi et tuis perpetuo dono, tali conditione ut tu et tui habeatis iam dictum campum et teneatis perpetuo, et de omnibus expletis que Deus ibi dederit donetis mihi et meis successoribus thascam fideliter, et pro censu in tercio anno ad festum Sancti Felicis .I. porcum duorum solidorum, et preterea habeatis predictum campum ad omnem uestram uestrorumque uoluntatem ibi et inde omni tempore faciendam, saluo iure Sancte Marie in omnibus. Et propter hoc accipio a te .DC. solidos barchinonenses, de quibus recognosco me a te bene esse paccatum. Si quis hoc irrumpere uoluerit, non ualeat, sed in duplo componat.

372

Arxiu Diocesà de Girona ©

1197, setembre, 5

Guillem de Mora i el seu germà Bernat enfranqueixen Guillem Fortó per 35 sous bar.

Cart., p. 280b. Reg.: B 341.

Sit notum cunctis quod ego Guilielmus de Maura et frater meus Bernardus diffinimus te Guilielmum Fortoni Deo et tibi ipsi et omnes res tuas ubique et omnem progeniem tuam que de te exibit et omnes illas uoces et rationes quas super te siue in rebus tuis aliquo modo habebamus, ita quod nos uel aliquis per nos in te siue in rebus tuis aliquid deinceps non exigamus nec exigere possimus aliquo modo, sed sis solutus et quietus ex parte nostra et omnium nostrorum ad faciendum quemcumque uolueris dominum. Et propter hanc definitionem recognoscimus a te recepisse .XXXV. solidos barchinonenses. Si quis hoc rumpere uoluerit, non ualeat.
Actum est hoc nonas septembris anno Domini .MCXCVII.
Sig+num Guilielmi de Maura, sig+num Bernardi fratris eius, qui hoc laudamus et firmamus. Sig+num Petri Burdi de Podio. Sig+num Raimundi Pelliparii. Sig+num Petri de Fonte. Sig+num Petri Uenrelli.
Iohannes presbiter qui hoc scripsit die et anno quo (s. man.) supra. [p. 281a]

373

1197, desembre, 13

Vilà ven a Ramon Mascardell i al seu germà Jaume unes cases situades a Girona, al burg de Sant Feliu, pel preu de 100 sous de diners barcelonesos.

Cart., f. 4lter a. Reg.: B 518.

Hoc est translatum quod sic incipit. Sit notum cunctis quod ego Uilanus bono animo et spontanea uoluntate, nulliusque suadentis ingenio uendo tibi Raimundo Mascardelli et Iacobo fratri tuo et uestris perpetuo illas domos quas condam emi a Boscana in burgo Sancti Felicis in alodio Sancte Marie, et affrontant ab oriente et meridie in meis domibus, ab occidente in illo pariete et ipso uergantizi (sic) que sunt inter me et Poncium Raditorem et uxorem eius Mariam de Urgello, medium per medium, a circio in strata publica. Sicut de hiis .IIIIor affrontationibus predicte domus includuntur, cum exitibus et ingressibus et pertinentiis et tenedonibus et solo et stillicidiis et aquariis et aqueductibus et cum omnibus aliis in eis habentibus eisque qualicumque modo pertinentibus, de abisso usque in celum, hec inquam omnia, sicut melius dici uel intelligi potest ad uestram uestrorumque uoluntatem et comodum sic uobis et uestris perpetuo uendo propter .D. solidos denariorum barchinonenses, de quibus recognosco me a uobis bene et utiliter esse paccatum, sic quod nil remanet penes uos de prephata peccunia. Et ideo de meo iure ac potestate cum hac presenti scriptura in uestrum trado dominium et potestatem ad omnem uestram uestrorumque uoluntatem omni tempore ibi et inde faciendam, saluo iure domini in omnibus, cui dabitis inde annuatim pro censu .I. caponem et .I. obolum in festo Natalis

Arxiu Diocesà de Girona ©

Domini, omnibus meis uocibus et rationibus et meorum inde penitus extinctis penes uos remanentibus, et si aliquo iure in futurum huic contractui obuiam ire possem, illi iuri penitus renuncio. Si quis hoc rumpere uoluerit, non ualeat.
Actum est hoc idus decembris anno Domini . MCXCVII.
Signum Uilani qui hoc laudo et firmo. Signum Guilielmi Arnalli Pilari. Sig+num Bernardi de Mora. Sig+num Arnalli de Letone. (s. man.) Ego Egidius presbiter, subscribo.
(s. man.) Petrus qui hoc scripsit. (s. man.) Ermengaudus presbiter et publicus scriptor Gerunde, subscribo.

374

(ca. 1200)

Capbreu de censos de la Bisbal.

Cart., pp. 133a-135b. Reg.: B 360.

Hoc est breue census Episcopalis.
Poncius de Uentenac, porcum et arietem cum suis heredibus et sextarium .I. de ciuada.
Petrus Poncii cum suis heredibus, similiter.
Bernardus Guifredi cum suis heredibus porcum .I. per ipsum honorem de Abeiars, et per ipsum de Fontadeta alium, et .I. eminam de ciuada per totum honorem.
Goscal Adrier porcum .I. et arietem et emina ciuade.
Petrus Guilielmi, similiter.
Guilielmus Petri cum suis heredibus porcum .I. et eminam ciuade
Bernardus Peccora porcum .I. cum suis heredibus et migera .I.
Arnallus Uberti cum suis heredibus porcum .I.
Adales eminam ciuade.
Petrus de Recils cum suis heredibus, porcos .II. et arietem .I. et sextarios .II. ciuade.
Bonus Filius de Rauaniza porcum .I. et arietem .I. et eminam ciuada.
Guilielmus Caualer cum suis heredibus porcum .I.
Raimundus de Rocha, porcum.
Petrus Ademari porcum et arietem.
Berengarius de Rocha, porcum.
Petrus Od cum suis heredibus, porcum et arietem et eminam.
Petrus Niel, porcum.
Poncius Gilbert cum suis heredibus, porcum et arietem et sextarium .I.
Ullauerga, porcum.
Petrus Guit porcos .II., arietem .I. et eminam .I.
Bernardus de Petrono cum suis heredibus porcum et arietem et .I. eminam ciuade.
Raimundus de Capel, porcum et .III. migerias ciuade [p. 133b]
Petrus de Figeras cum suis heredibus, porcum et arietem et sextarium .I. ciuade.
Raimundus Adruer, porcum.
Raimundus Arnalli de Nega Lupbs, porcum, arietem et eminam ciuade.
Umbertus cum suis heredibus similiter.
Guilielmus Melmonis cum suis heredibus porcum et arietem et .I. migeriam ciuada

Arxiu Diocesà de Girona ©

Poncius de Uinea Uetula porcum et arietem et eminam ciuade.
Petrus, porcum et arietem et migeriam .I. ciuade.
Arnallus de Bruguera porcum .I. et medium et arietem et sextarium .I. ciuade.
Raimundus Guilielmi porcum et arietem et sextarium .I.
Geraldus de Palatio porcum et arietem et eminam .I.
Petrus de Mont, porcum et arietem et eminam.
Mansus de Romeguera porcum et arietem et eminam.
Guilielmus de Palacio, porcum et arietem et .I. sextarium.
Arnallus Esbacha porcos .II.et arietem et .I. sextarium.
Arnallus Murani porcum et arietem et .I. eminam.
Udalguerius Faber, porcum.
Guilielmus Esbalca, porcum et arietem et eminam.
Bernardus Uidal, porcum.
Guilielmus Baiulia, porcum et arietem.
Petrus Siriber, porcum et arietem.
Bernardus Raimundi, porcum et arietem. et sextarium .I.; de Aspras, porcum et arietem.
Petrus Net, porcum et arietem et eminam.
Bernardus Uidal, porcum.
Guilielmus Baiulia, porcum et arietem.
Petrus Siribertus, porcum et arietem; de Maluer, per gardam, arietem.
Arnallus de Uilla Daual, porcum et arietem et eminam.
Arnallus de Bascara per campum Sancti Stephani, porcum et arietem. [p. 134a]
Dalmatius de Trilia, unum arietem.
Petrus de Canonica, porcum .I.
Guilielmus de Uilla Nera porcos .II.et arietem .I.
Guilielmus Aimerici porcos .II. et arietem .I. et eminam .I.
Bernardus Berengarii de Roca, porcum et arietem et emina.
Petrus Liueni porcum et .I. arietem cum suis heredibus et eminam.
Geraldus de Ocha, porcum et arietem.
Guilielmus Gaufridi de Fonte .II. porcos et .I. arietem et eminam
Arnallus de Font cum suis heredibus porcos duos et arietes .II. et eminam.
Raimundus Bonifilii cum suis heredibus arietem .I.
De manso de Farigola porcum et arietem et eminam.
Bernardus de Uilar cum suis heredibus .I. porcum et .I. arietem et eminam.
Arnallus Boni Filii cum suis heredibus, .I. porcum et arietem et eminam.
Arnallus Calabug cum suis heredibus .II.porcos et .I. arietem et eminam.
Gaufredus de Figueras, porcum et arietem et sextarium .I.
Petrus Poc de Macaners .I. porcum et medium arietem et eminam.
Stephanus, porci et medium arietem et eminam. De Exartel, porcum.
Poncius de Rogeta porcum et migeriam.
Petrus Guilielmus Murel, porcum, medietatem arietis et .I. migeriam.
Petrus Bernardi, porcum et arietem et eminam.
Bernardus de Ferigola, porcum.
Poncius de Castlania, porcos .II.et arietem .I. et eminam.
Berengarius de Leuca, suis cum heredibus, porcum .I. et medium arietem et migeriam.
Raimundus Suniarii cum suis heredibus, porcum et arietem [p. 134b] et eminam.
Salonus cum suis heredibus porcum.

Arxiu Diocesà de Girona ©

Guilielmus Andree, porcum et arietem et migeriam.
Arnallus Berengarii, porcum.
Nemes, arietem.
Poncius de Prato cum suis heredibus, porcum et arietem et sextarium.
Bernardus Uiues, porcum et arietem et eminam.
Oliba cuum suis heredibus, porcum; de Uulpiliaco arietem et .II. migerias; de Moretono, porcum.
Raimundus, porcum; de Loreta, arietem.
Guilielmus de Tortes, arietem; de Sala, alium.
Raimundus de Riera per ipsas Costas, arietem.
Raimundus de Puiols arietem.
Bernardus Geralli porcum et arietem et sextarium.
Petrus Mansueti, porcum et arietem; de Planetis, denarios .XVI.
Gauzbertus de Tortes, arietem.
Et sunt supradicti porci .LXXXVIIII. et dimidius, et arietes .LXVI. et cibaria .II.modii et .V. migerias.
Petrus Arnalli de Pont, .I. par caponum, alium de gallinis.
Petrus de Stagneolo, similiter.
Iohannes Baiulia, par caponum.; de Font, alius.
Guilielmus de Uilla Nera, .II. paria gallinarum; de sacrariis Guilielmi Guifredi et Petri Guit et Gauceberti, et de Figeres .II. paria caponum.
Guilielmus de Baiulia, par .I. gallinarum.
Bernardus Uitalis, alium [p 135a].
Gerallus de Roca, alium.
Ramia, alium.
Bernardus de Uilar, alium.
Arnallus Bonifilii, alium; de Machaner, .II. paria; de Exartel, .II.
Raimundus Suniarii .I.
Guilielmus Andree .I.
Petrus Guilielmi de Morel, .I.; de Ferigola, .II., de Cassania, .II.
Pometa, .I.
Poncius de Prato, .I. et ast .I., de Figueres .I.
Arnallus Calaboi similiter.
Guilielmus Mironi .II. paria et ast.
Guilielmus Gaufridi .III. et ast.
Bernardus Berengarii, similiter.
Petrus de Monte, .I.
Gerallus, alium et ast.
Arnallus Esbaza similiter.
Guilielmus Esbaza, .I.
Bernardus Raimundi .I. et ast.
Petrus Net, .I.
Arnallus de Uilla Dal .I.
Raimundus Guilielmi de Palaz Plano, .I. et ast.
Arnallus de Bruguera, similiter.
Guilielmus Maimoni similiter.
Poncius Cunil, similiter.

Arxiu Diocesà de Girona ©

Umbertus similiter.
Raimundus Arnalli, similiter.
Raimundus Adruer, .I.
Petrus de Figueres .I. et ast.
Gaubertus, .I. et ast.
Raimundus Capel, .I.
Bernardus de Petrono, .I.
Petrus Rufus .II.
Pocius Cunil, .I.
Petrus Niel, .I.
Bonus Filius de Rauaniza, .I. et ast.
Petrus de Rial, similiter.
Adales, similiter.
Espana, .I.
Gucal .I.
Petrus Poncii, .I. et ast.
Poncius de Uentenac, similiter.
Petrus de Uinea Uetula, .I.; de Sancti Nazarii, .II. paria caponum.
De canonica, pernis .VI. solidorum uel pernas ex .vi. solidorum.
Petrus de [p. 135b] Erexa, .I. par caponum.
Arnallus Burro, alium.
Bernardus Geralli, par gallinarum et ast.
Petrus Becon, par caponum.
Raimundus Rufac similiter pro orto.
Petrus Burt, similiter pro orto.
Summa caponum sunt .XIII., et gallinarum .LXV. et dimidia.

375

(ca. 1200)

Capbreu de les cases de la vila de Bàscara.

Cart., pp. 377b-378a. Reg.: B 390.

Hoc est caput breue de domibus que sunt in uilla de Baschara.
Primum Petrus Robaudi donat pro domibus suis .I. gallinam.
Petrus de Costis, .XII. denarios.
Domus Furtiani de manso, .XII. denarios.
Domus Pascalis, .XII. denarios.
Domus Petri Arnusti, .XII. denanos.
Domus Ferrandi de Ort, .VIIII. denarios.
Domus Bernardi de Uilar, .VI. denarios.
Domus Rubei et de orto .II.solidos.
Domus Bernardi de Uinea Vetula, .VI. denarios.
Domus Petri de Monels, .XII. denarios.

Arxiu Diocesà de Girona ©

Guilielmus Taxon pro domo et pro orto, .II.solidos.
Raimundus Pelicer, pro domibus et pro orto, .IIII. solidos.
Arnallus Fabri, pro domibus et pro orto, .II.solidos.
Petrus Ferrarii, pro domibus et pro ortis, .II.solidos.
Domus Furtian de Terrans, .XII. denarios.
Balris(sic) pro domibus et pro ortis, .VI. solidos.
Domus Arnalli de Spedulia, .XII. denarios.
Domus Berengarii Isarni, .VIIII. denarios
Domus Marie de Fontibus, .VIIII. denarios. [p. 378a]
Domus Petri Saurini, .XII. denarios et .VIII. pro orto.
Bernardus de Rimanzon, pro domibus .XVI. denarios.
Domus Petri de Podio, .XII. denarios
Domus Petri de Rimanzon, .XII. denarios.
Petrus Martini, pro domibus et pro ortis, .XVIII. denarios.
Domus Guilielmi de Expodilia .XII. denarios.
Domus Iohannis Gili, .VI. denarios.
Domus Guilielmi de Uiolla .11. solidos.
Bernardus Gili pro domibus, .II. solidos.
Petrus Segarii, pro domibus et ortis, .II. solidos
Domus Petri Iohanis, .XII. denarios.
Dulcia Madelera pro domibus et pro ortis, .XVIII. denarios.
Guilielmus de Podals, .XII. denarios.
De domo Robaudur .III. denarios.
Domus Iohannis Elie .III. denarios.
Arnallus Pelliparii, .XVIII. denarios.
Bernardus Cabater, pro domibus et ortis, .VIII.
Domus Straderi .VI. denarios.
Domus Bernardi Pelliparii .VI. denarios.
Domus Guilielmi de Uinea Uetula, .XII. denarios.
Domus Raimundi de Rimanzon, .XIII. denarios.
E. de Monels pro domibus .IIII. denarios.
Raimundus de Monels pro domibus .XII. denarios.
Iohannes de Canals, pro domibus et pro ortis .XX. denarios.
Iohannes Muner pro domibus et ortis, .XV. denarios.
Burdus .VIII. denarios pro domo et orto.
Guilielmus Muner pro domibus .XII. denarios.
Arnallus de Spodilia pro domibus .XII. denarios.
Arnallus de Uinea Uetula, pro orto .II. denarios.
Beguerius pro orto .II. denarios.
Raimundus Clarmei, .II. denarios.
Petrus Cabater .I. gallinam.

376

(ca. 1200)

Capbreu dels masos de Bàscara.

Arxiu Diocesà de Girona ©

Cart., pp. 378a-379b. Reg.: B 391.

Hoc est caput breue de Baschara.
Primum donat Arnallus de Speoilla .X. oua ad pascha et .I. multonem et .II.solidos pro porco et .I. eminam de ciuada et .III. gallinas, et donat baiulo .IIII. oua et unum caseum.
Mansus de Condamina .I. arietem et .II.solidos pro porco et .I. eminam de ciuada, et donat baiulo .IIII. oua et unum caseum.
Mansus ArnalIi Iacobi .I. arietem et .V. oua et .I. par gallinarum et .I. eminam de ciuada et donat baiulo .IIII. oua et unum [p. 378b] caseum et .I. pernam et .I. anserem et .III. carteras de uino et .I. carteram frumenti pro fogachas et .I. migeram de ciuada.
Mansus Iohannis de Colo et Raimundi Ermengol .X. oua et .I. arietem et .I. gallinam et .II.solidos pro porco et .I. eminam de ciuada, et donat baiulo .IIII. oua et .I. caseum, et donat B. Lumbart .I. par gallinarum.
Mansus Petri Bernardi .V. oua, .I. eminam de ciuada et .I. arietem, et donat baiulo .IIII. oua et unum caseum.
Mansus Iohannis de Casa Alta .II. solidos pro porco et .V. oua et .I. eminam de ciuada, et donat baiulo .IIII. oua et unum caseum et .I. anserem et .I. pernam et .III. carteras uini et .I. carteram frumenti pro fogachas et .I. migeram de ciuada.
Mansus de Gazel .II.solidos pro porco et .I. arietem et .I. eminam de ciuada, et baiulo .I. par gallinarum et .I. caseum et per unam fexam terre que affrontat in uia que pergit ad Balneolas, .I. par gallinarum.
Mansus Petri de Monells, .I. eminam de ciuada et .I. arietem, et per honorem qui fuit de Caritate, .XVI. denarios et .I. gallina et mediam quarteram frumenti pro fogachas.
Mansus Berengarii Isarni qui fuit de Caritate .I. gallinam et .XVI. denarios et mediam quarteriam frumenti [p. 379a] pro fogachas.
Mansus Berengarii Marulf qui fuit, .XVI. denarios de Caritate et .I. par gallinarum et mediam quarteram frumenti pro fogachas.
Mansus Petri de Costa .I. par gallinarum, et donat baiulo .I. migera de ciuada et .IIII. oua et unum caseum.
Mansus Arnalli Paschal et mansus de Boni Filii .I. eminam de ciuada, .II.solidos per porcum et .I. arietem et .X. oua, et baiulo .IIII. oua et unum caseum.
Mansus de Campis .II.solidos per porcum et .I. arietem et .X. oua et .I. eminam de ciuada, et baiulo .I. anserem et .I. perna et .I. migera de ciuada et tres quarteras uini et .IIII. oua et unum caseum et .I. quarteram frumenti per fogacas.
Mansus Petri de Rimancon et Raimundi de Rimanzon, .II.solidos per porcum et .I. arietem et .I. emina de ciuada et .X. oua, et baiulo .IIII. oua et .I. caseum et .III. quarteras uini et .I. anserem.
Mansus Bernardi Gilii .II.solidos per porcum et .I. arietem et .X. oua et .I. eminam de ciuada et baiulo .IIII. oua et .I. caseum et .III. quarteras uini.
Mansus Petri de Podio .II. solidos per porcum et .I. arietem et .I. eminam de ciuada et .X. oua, et baiulo .IIII. oua et .I. caseum.
Mansus Raimundi de Ualle .II. solidos [p. 379b] per porcum et .I. arietem et .I. eminam de ciuada et .X. oua, et baiulo .III. oua et .I. caseum et .I. quarteram frumenti per fogacas et .I. quarteram uini.
Mansus Petri Criueler, .I. arietem et .V. oua et .I. caseum.
Mansus de Petro Babilon .I. emina de ciuada et .I. arietem et .X. oua et baiulo .IIII. oua et .I.

Arxiu Diocesà de Girona ©

caseum.
Mansus Petri Bernardi de Uinea Uetula .II.solidos per porcum et .I. arietem et .I. eminam de ciuada et .X. oua, et baiulo .I. perna et .I. anserem et .I. migeriam de ciuada et .IIII. oua et .I. caseum et .III. quarteras uini et .I. quarteram frumenti pro fogachas.
Mansus Petri Arnusti .II.solidos per porcum et .I. eminam de ciuada et .X. oua et baiulo .I. pernam et .I. anserem et .III. quarteras uini et .I. eminam de ciuada et .I. quarteram frumenti pro fogachas et .IIII. oua et .I. caseum.
Mansus Arnalli Febri (sic) .II. solidos per porcum et .I. emina de ciuada et unam migeriam frumenti et .I. eminam uini.
Mansus Petri Iohannis .II.solidos per porcum et .I. eminam de ciuada, et de molendinis, .IIII. sextarios ordei et unum frumenti, ad mensuram censualem.
Furtian de Manso .II.solidos pro porco, .I. arietem et .I. par gallinarum et .X. oua et eminam de ciuada, et baiulo .IIII. oua et .I. caseum [...]. [p. 380]
Suma inter nos et baiulum .XVIII. arietes et .X. paria gallinarum et dimidium, et .V. perne et .V. anseres et .XII. sextarii cibarie minus migeriam et .I. sextarium frumenti et quarteriam et .C. minus .II.solidos de censariis preter oua et casei.

377
(ca. 1200)

Enumeració de les peces de cert alou de Santa Maria de la seu de Girona, que afronten amb possessions de Sant Pere de Galligants i altres de certa església de sant Just [de Crespià].

Cart., pp. 357ab. Reg.: B 384.

Breue rememoracionis de alodio de Sancta Maria, ipsa domus ubi Eldricus habitat, et alia pecia ad Pecias .IIII. ad ipsa Sportella de (sic) alia pecia ad ipsos Closel, et ad ipsa Beceda fexa .I., et alio loca (sic) quarterades .II.optimas, et in alio loco ad Gorgo Nigro pecia .I., et in alio loco quem uocant ad Uiador alia, et ipsa casa de Clos pecia una, et super closo iamdicto pecia alia de uinea, et a Campo Auenoso pecia alia, et ad ipso Aqual pecias alias .II., et ad ipsos Ortos pecia .I., et subtus Sancti Iusti pecia alia cum trillia, et alio loco alia, et in alio loco ad ipsa Torrozella alia, et ante Sancti Iusti sexta (sic) .I. et ipsum campum quem uocant ad Sanctum Iustum et iuxta ipsa uia Forcada pecia .I. et in alio loco ad ipso Stagno pecia alia, et in ipso campo quem uocant Condamina que est iuxta, et in alio loco iuxta pecia alia, et ibi iuxta ipsa strada alia, et ad ipsas Femadas pecia una et per ipsa uia iuxta Sancti Petri Gallicantus pecia .I., et iuxta domo de Ermengardis alia, et ad ipso Puiol supra ipsa Font alia, et ad ipsa carrera iuxta petias duas, et iuxta fexa de Estella alia, et iuxta ipsa Trillia pecia .I. et ipso campo cum iam dicta trillia longa, et ad ipso Prat supra iam dicta domo [p. 357b] de Ermengardis pecia .I. et ibi prope aliam, et iuxta Sancti Petri ad locum quem uocant uinea Guifreda pecia alia et ad ipso Cadal pecia .I. et ad loca que uocant ad ipsa Roda pecia .I. et ad ipsa Cunillera terra magna qui tenet usque ad ipsa Palumera, et ad ipsa Elzina pecia .I. et in alio loco supra Uineolas .I., et a Uineolas pecia .I. qui affrontat in ipsa Trasmara, et in ipsa Costa pecia .I. que Guilielmus tenebat iuxta terra de Oto et in alio loco alia iusta (sic).

Arxiu Diocesà de Girona ©

378

1200, juliol, 4

El comte Hug d'Empúries promet a l'arquebisbe Ramon de Rocabertí de Tarragona estar a la sentència en les qüestions per les quals el seu pare havia estat excomunicat. En nom seu promet el mateix Arnau de Favars.

Cart., pp. 145ab. Reg.: B 342 i 343.

Iuro ego Ugo, filius Poncii Ugonis filii Iusiane comitisse, tibi Raimundo gratia Dei Terrachonensi archiepiscopo, quod de omnibus querimoniis quas Gerundensis ecclesia habebat contra patrem meum pro quibus excomunicauerat eum Gerundensis episcopus et dominicaturas suas stare mandato [p. 145b] tuo uel directum in manu tua facere quandocumque et ubicumque me appellaueris et hoc adimplebo sic Deus me adiuuet et hec .IIII. euangelia.
Actum est hoc .IIII. nonas iulii ab anno Incarnationis Christi .MCC.
Sig+num Ugueti filii Pontii Hugonis, qui hoc laudat et firmat. Sig+num Arnaldus de Fabariis. Sig+num Arnaldi de Lercio. Sig+num Arnaldi de Salis.
Anno .MCC. Incarnacionis Christi .IIII. nonas iulii, iuro ego Arnaldus de Fabariis quod de omnibus querimoniis quas aduersus Pontium Hugonem habebat ecclesia Gerundensis usque ad diem obitus sui per omnia stabo mandato domini Raimundi Terrachonensis archiepiscopi uel inde directum plenum faciam et secundum posse meum a filiis suis faciam firmiter obseruari sic Deus me adiuuet et hec .IIII. euangelia et hoc promitto tibi prestito sacramento Ugonis in scala Sancte Marie Gerundensis, presente Ugone et Arnallo de Lertio et Arnallo de Salis et presente Arnallo Gerundensi episcopo et sacrista et archidiacono de Terradis hoc totum complere per bonam fidem et sine engan.

379

1201, agost, 5

El bisbe Arnau de Girona ven a Arnau de Paret Ruft els ingressos que rep de certs molins de Taialà, per tres anys, pel preu de 70 sesters de blat anuals.

Cart., pp. 370b-372a. Reg.: B 344.

Sit notum cunctis quod ego Arnallus, Dei gratia Gerundensis episcopus, uendo tibi Arnallo de Pariete Ruffino totum illud emolumentum quod ego accipio in illo molendino Raimundi de Toilano et in illo molendino Laurentii et Gerunde, et in illo tuo molendino qui dicitur de Passu et totum illud emolumentum tocius mei molendini noui, scilicet meam partem integre et dicti Laurentii, de hoc primo festo Assumptionis beate Marie augusti quod uenit usque ad .III. annos pro .LXX. sextariis bladi recipientis ad mensuram fori Gerunde quod mihi dabis per unum[p. 370a]quemque annum, ita scilicet .XXXV. in festo Sancti Felicis et .XXXV. in

Arxiu Diocesà de Girona ©

festo Carnium Ablatarum annuatim, et uos laborabitis ipsum molendinum nouum bene et mittatis ibi ea omnia que ibi erunt necessaria, excepta rota et rodeden et arbore, ita ut hiis tribus annis comple<tis> secundum modum et mensuram in quo hodie sunt instrumenta illius molendini in ea restituas. Si forte per habundantiam aquarum ipsa molendina molere non poterint a .xv. diebus supra, tenear tibi restituere, ita tamen si per negligentiam ea restituere nolueris, infra uero ad restitutionem tibi non tenear. Et conuenio tibi ut meam moluam (sic), more solito et melius si potuero, faciam tibi uenire. Molendinum autem nouum preceteris ut fieri solet de moliia (sic) honoretur. Predicta autem tria molendina pre aliis primitus accipiant, et postea communiter diuidatur ipsa moleia. Et ego Arnallus de Pariete Ruffino predictus conuenio uobis domino meo Arnallo Dei gratia Gerundensi episcopo ut de predictis molendinis hos .LXX. sextarios blati in prelibatis terminis donem, ut superius [p. 370b] dictum est, pro quibus obligo uobis omnes res meas mobiles et immobiles ubicumque sint. Insuper dono inde uobis debitores et donatores mecum et sine me in morte et in uita Petrum de Abbatia nepotem meum et Guilielmum Garnalgot, quemque pro toto, et nos Petrus de Abbatia et Guilielmus Garnagol predicti instituimus nos esse debitores et donatores uobis predicto domino nostro Arnallo Dei gratia Gerundensi episcopo de predictis .LXX. sextariis blati in unoquoque anno in defectu eius, et unusquisque nostrum teneatur in solidum, nec aliquis nostrum possit se excusare, sed quemcum que prius conuenire uolueritis, ille uobis teneatur, et insuper obligamus uobis omnes res nostras mobiles et inmobiles ubicumque sunt. Hanc autem uenditionem uobis facio sicul melius uel utilius intelligi potest ad uestrum commodum el intellectum.
Actum est hoc nonas augusti anno Domini .MCCI.
Sig+num Arnalli de Pariete Ruffino, sig+num Petri de Abbatia, nepotis eius, sig+num Guilielmi Garnagol, qui hoc [p. 372a] firmamus firmarique rogamus. Sig+num Raimundi Iacobi. Sig+num Laurentii de Domeng. Sig+num Raimundi de Pariete Alta. Arnallus, Dei gratia Gerundensis episcopus.
Arnallus clericus, qui hoc scripsit die (s. man.) et anno quo supra. (s. man.) Ermengaudus presbiter et publicus scriptor Gerunde subscribo.

380

1202, juliol, 25

El bisbe Arnau de Girona firma a Bernat de Bellmirall una casa situada al burg de Sant Feliu de Girona, a cens d'un diner, per 190 sous bar.

Cart., pp. 338ab. Reg.: B 345.

Sit notum cunctis quod ego Arnallus, Dei gratia Gerundensis episcopus, laudo et concedo tibi Bernardo de Pulcro Miral et tuis imperpetuo omnes illas domos integre quas emisti a Raimunda, filia Raimundi de Sancto Laurentio quos a uiro suo Arnallo Iohanne de Scala et ab eodem Raimundo de Sancto Laurentio in burgo Sancti Felicis, in alodio Sancte Marie, cum exitibus et ingressibus et pertinentiis et tenedonibus et cum omnibus in eis habentibus eisque aliquo modo pertinentibus, de abisso usque ad celum, sicut melius dici uel intelligi potest ad tuam utilitatem et commodum, sic illas tibi et tuis perpetuo laudo et concedo, ita ut tu et tui habeatis illas et teneatis perpetuo, et donetis inde mihi et meis successoribus

Arxiu Diocesà de Girona ©

annuatim pro censu in festo Natalis Domini .I. denarium; preterea (sic) habeas illas ad omnem tuam tuorumque uoluntatem omni tempore ibi et inde faciendam, saluo iure mei et meorum successorum in omnibus. Et propter hoc laudamentum recognosco me a te recepisse precio .cxc. solidos barchinonenses. Si quis hoc rumpere uoluerit, non ualeat.
Actum est hoc .VIII. kalendas augusti anno Domini . MCCII.
Arnallus, Dei gratia Gerundensis episcopus. Sig+num [p. 338b] Raimundi Mascardelli. Sig+num Iacobi, fratris eius. Sig+num Bernardi de Deo. +Ego Raimundus baiulus subscribo.
(s. man.) Ianuarius, qui hoc scripsit die annoque quo supra. (s. man.) Ermengaudus presbiter et publicus scriptor Gerunde subscribo.

381

(1203), 1204, gener, 1

Deodat de Terrades, ardiaca de Besalú i prepòsit de Gener a la seu, firma a Bernat de Canelles la batllia de Corts, Mata, Borgonyà, Sords i Pujals.

Cart., p. 254b. Reg.: B 519.

Sit notum cunctis quod ego Deodatus de Terradis, Bisullunensis archidiaconus et prepositus mensis ianuarii, dono, laudo atque concedo per me et per omnes successores meos tibi Berengario de Canellis et matri tue Berengarie et tuis in perpetuum totam baiuliam integre omnium rerum quam tu et pater tuus et gener habuistis et tenuistis per me et per antecessores meos in tota parrochia Sancti Iuliani de Curtibus et Sancti Andree de Mata et Sancti Iohannis de Berguniano et Sancti Stephani de Surdibus et Sancte Eulalie de Podialibus et in cunctis aliis locis, ita quod habeas inde tuum retrodecimum et baiulium in omnibus et per omnia et dones inde annuatim duos porchos canonicales in festo anni noui. Preterea habeas illam baiuliam prout melius dici uel intelligi potest ad tuum tuorumque commodum omni tempore ad nostram fidelitatem et seruicium et meorum successorum per omnia et in omnibus. Et propter hoc confiteor a uobis numerando recepisse .CL. solidos denariorum barchinonensium. Si quis hoc rumpere uoluerit non ualeat.
Actum est hoc kalendis ianuarii anno Domini . MCCIII.
+Deodatus de Terradis Bisullunensis archileuita et prepositus mensis ianuarii. (s. man.) Berengarius presbiter et canonicus subscribo. Arnallus de Fonte Cooperto (s. man.) presbiter. (s. man.) Arnallus presbiter. (s. man.) Petri de Pineto. +Arnallus Dei gratia Gerundensis episcopus. +Ego Raimundus de Palafols subscribo.
Bernardus Stephani qui hoc scripsi die et anno quo su(s. man.)pra. Bernardus Stephani leuita et publicus scriptor Gerunde subscribo. [p. 259a]

382

1204, agost, 27

El bisbe Arnau de Girona estableix a Guillem de Vinyavella la batllia i saionia de les seves

Arxiu Diocesà de Girona ©

posessions d'Ullà, i n 'especifica els drets i les prestacions a fer a l'atorgant.

Cart., pp. 180b-181b. Reg.: B 347.

Sit notum cunctis quod ego Arnallus, Dei gratia Gerundensis episcopus, dono tibi Guilielmo de Uinea Ueteri et tuis perpetuo, uni scilicet post alterum, omnem baiuliam tocius honoris mei culti et heremi quem habeo aliquo modo in omnibus terminis Sancte Marie de Uliano et omnem saioniam, per quam baiuliam accipias in toto prefato honore canabas et linos et legumina ortorum, porros et caules et omnes milcas et omnes squinas porcorum et ipsam uinogoliam et ipsos calamos et gallinas de trescols et ipsos omnes quartos de Torrocella et mansum quem inhabitat Poncius Reuengud et mansum quem inhabitat Guilielmus Isarn, sicut melius Berengarius Uenter socer tuus eos habuit et tenuit quondam, et etiam omnia alia quecumque ad baiuliam siue ad saioniam pertinent in omnibus predictis locis, et dono etiam similiter uobis et uestris perpetuo illum mansum qui fuit Berengarii Icardi cum omni honore culto et heremo qui ad illum mansum [p. 181a] pertinet et quem tu ibi modo tenes et adhuc aliquo modo assecutus es ibi. Tali quidem conditione predicta omnia uobis et uestris perpetuo dono uni post alterum sicut dictum est, ut ea omnia habeatis et teneatis, et de predicta baiulia donetis mihi et successoribus meis semper annuatim .I. albergam, per quam dabitis .I. porcum canonicalem et .I. eminam farine ad mensuram de Monellis et .I. sextarium uini sani et .II. paria caponum et .II. sextarios cibarie, et dabitis etiam pro eadem baiulia similiter annuatim .Ii. saccos tortuosos et semper tercio anno .I. toallas que habeant .V. alnas in longitudine et .VI. palmos in latitudine, et insuper etiam dabitis inde singulis annis .I. porcum uel .XII. solidos barchinonenses; pro illo manso et honore qui fuit Gaufredi Bernardi dabitis annuatim ad festum Sancti Felicis .Ii. solidos pro porco, et de omnibus expletis omnium illarum terrarum quartum fideliter et preterea habeatis hec omnia uos et uestri perpetuo sicut prephatum est, saluo meo iure et meorum successorum in omnibus. Et est certum quod in iam dicto manso Poncii Reuengut accipitis annuatim .II. solidos et .I. scinam porci et .I. gallinam pro trescol et in alio manso iam dicti Guilielmi Isarni similiter [p. 181b] annuatim .XII. denarios et quartum et brachiaticum et mediam calcaturam ex omnibus terris quas per uos tenentur.
Actum est hoc .VI. kalendas septembris anno Dominice Incarnationis .MCCIIII.
+Arnallus Dei gratia Gerundensis episcopus.
(s. man.) Gerallus de Brugariis, qui hoc scripsit die et anno prefixo.

383

(1204), 1205, març, 22. Girona

El rei Pere declara que les esglésies de Catalunya i els seus homes són exempts de les noves exaccions que ha imposat, promet instituir veguers nobles i no canviar la moneda.

Cart., pp. 65ab. Reg.: B 346.

In Christi nomine. Sit notum cunctis quod ego Petrus Dei gratia rex Aragonum comes Barchinonensis et dominus Montispessulani, confitens me instituisse et accepisse in Cathalonia leudas nouas siue forcias et salinas, exactiones, albergas et questias bladi uel

Arxiu Diocesà de Girona ©

peccunie uel aliarum rerum, omnia supradicta penitus absoluo, diffinio et omnibus euacuo Deo et ecclesiis, episcopis et religionibus, clericis et eorum omnium hominibus et proceribus et aliis militibus et aliis probis hominibus tocius Cathalonie, ut numquam de cetero hoc faciam in terra predicta neque ab aliquo fieri permittam. Retineo autem leudas nouas si uoluero in mercatoribus et hominibus extra terram meam illuc uenientibus et retineo questias et albergas in propriis dominicaturis meis et in locis quibus mihi debentur ex debito. Promitto etiam quod non instituam in ipsa terra aliquos uicarios nisi milites et de ipsa terra et cum consilio magnatum et sapientium illius terre, qui uicarii iurent uel legaliter tractent terram et comunem iusticiam et ius et consuetudinem terre bene seruient, et quod non faciant ibi amodo aliquas nouas exacciones uel questias secundum quod suprascriptum est. [p. 65b] Mando etiam quod in causis de debitis tercium de cetero a militibus (sic). Promitto similiter quod moneta Barchinonensium in tota uita mea non mutem nec deteriorari permittam nec faciam ipsum uel bouaticum deinde redimi. Uolo etiam et instituo quod post obitum meum hec moneta duret et perseueret in eodem statu et ualore et non mutetur per unum annum. Sciendum tamen est quod hoc instrumentum facio iurare Gaufridum de Rochabertino, Raimundum Gaucerandi super animam meam in salmis tantummodo et in moneta et in bouatico. Et ego Gaufridus de Rocabertino et Raimundus Gaucerandi in animam domini regis iuramus quod sicut scriptum est dominus rex obseruabit et faciet obseruari.
Datum apud Gerundam .XI. kalendas aprilis per manum Iohannis de Berix domini regis notarii et mandato ipsius scripta sub anno Domini . MCCIIII.
Testes huius rei sunt Arnallus de Castrobono, Petrus de Torrozella, Hugo de Mathaplana maior, Guilielmus de Caneto, Bernardus de Portella.

384

1205, novembre, 22

Berenguer de Sitjar enfranqueix Arnau, fill de Cervià de Raset, per 20 sous bar.

Cart., p. 280a. Reg.: B 348.

Sit notum cunctis quod ego Berengarius de Ciiario diffinio te Arnaldum filium Ceruiliani de Rareto qui fuit, scilicet corpus tuum et omnem progeniem que de te exibit et omnes res tuas mobiles et immobiles quas modo habes et de cetero habueris ubique Deo et tibi ipsi et illi domino quem tu facere uolueris, ita quod ego uel aliquis per me in te siue in tuis rebus aliquid de cetero non exigam sed sis solutus et liber ex parte mea et omnium eorum in perpetuum, et propter hanc definitionem confiteor a te accepisse .XX. solidos Barchononenses. Si quis hoc rumpere uoluerit, non ualeat.
Actum est hoc .X. kalendas decembris anno Domini .MCCV.
Sig+num Berengarii de Ciiario. (s. man.) Bernardus de Ciiario. Sig+num Burde, uxoris eius, que hoc laudo. Sig+num Berengarii de Ciiario.
(s. man.) Ianuarius qui hoc scripsit die et anno quo supra. Bernardus Stephani, et publicus scriptor Gerunde subscribo. [p. 280b]

Arxiu Diocesà de Girona ©

385

1206, juny, 13

Berenguera, vídua de Guillem Ricard, ven a Ramon Mascardell i Jaume Mascardell, germans, una casa situada al burg de Sant Feliu de Girona, pel preu de 210 sous bar.

Cart., p. 41 ter a. Reg.: B 520.

Hoc est translatum quod ita incipit: Sit notum cunctis quod ego Berengaria uxor Guilielmi Ricardi qui fuit, non seducta, non ui, dolo metuue inducta, sed bono animo et spontanea uoluntate per me et per omnes meos presentes et futuros, uendo et cum hac presenti scriptura liberando trado tibi Raimundo Mascardello et Iacobo Mascardello fratri tuo et uestris et quibus dare uel dimittere in perpetuum uolueritis, omnes illas domos integre quas teneo per dominum Gerundensem episcopum in burgo Sancti Felicis, que affrontant ab oriente et meridie in uestris domibus, ab occidente in carraria, a circio in aliis uestris domibus quas emistis a Petro Arnalli Rosselli consanguinei mei. Sicut de hiis .IIII.or affrontationibus iam dicte domus includuntur, cum exitibus et ingressibus, et solo et superpositis et parietibus et sufferimentis et adempramentis, cum cloacis et stillicidiis et cum omnibus aliis in eis habentibus de abisso usque in celum, et ut melius illas domos habeo et habere debeo uice uel auctoritate patris mei Petri Arnalli olim defuncti uel aliquo iure siue racione et dici uel intelligi potest ad uestrum commodum, sic uobis in perpetuum uendo et libero precio .CCX. solidorum barchinonensium, quos confiteor a uobis sic recepisse; redimitis domos a pignore a potestate Petri de Uicco de .LXXXVII. solidos, et modo numerando mihi .CXXIII., et sic sunt .CCX. solidos bar., de quibus recognosco me a uobis bene esse paccatam, renunciando exceptioni non numerate pecunie. Et ideo de meo iure et potestate in uestrum mitto dominium ad omnem uestram uestrorumque uoluntatem omni tempore ibi et inde faciendam, saluo iure et reuerencia domini episcopi per omnia et in omnibus, cui dabitis inde annuatim pro censu unum par caponum in festo Natalis Domini sine aliquo retentu quod inde non facio. Et ut hec uendicio maius robur obtineat et omnis dubitatio remoueatur, proprio motu et absque aliquo imperio ego Berengaria iam dicta iuro super sancta Dei Euangelia meis propriis manibus tacta hec omnia per me et per meos fideliter obseruare et non in aliquo contrauenire. Et si aliquo iure scripto uel non scripto, legali uel diuino, publico uel priuato siue humano seu exceptione aliqua in futurum huic contractui obuiam ire posset, illi iuri in perpetuum omnino renuncio. Si quis hoc rumpere uoluerit, non ualeat.

Actum est hoc idus iunii anno Domini . MCCVI.

Sig+num Berengarie que hoc firmo firmarique rogo. Sig+num Petri de Uicco. Sig+num Raimundi de Portu.

+Arnallus Dei gratia Gerundensis episcopus. (s. man.) Ego Egidius presbiter et canonicus, subscribo. +Ego Raimundus baiulus subscribo.

Bernardus Stephani, leuita et publicus scriptor Gerunde scripsit hoc sub die et anno quo supra (s. man.).

386

1206, octubre, 15

Arxiu Diocesà de Girona ©

El bisbe Arnau de Girona firma a Ramon Mascardell i al seu germà Jaume la casa que aquests tenen, empenyorada per 200 sous per Raimunda, filla de Pere Ferrer, per 40 sous.

Cart., f. 4lter b. Reg.: B 521.

Hoc est translatum quod sic incipit: Sit notum omnibus quod ego Arnallus, Dei gratia Gerundensis episcopus, laudo et concedo tibi Raimundo Maschardello et Iacobo fratri tuo et uestris et cui uos uolueritis, totam illam domum quam tenetis in pignore a Raimunda, filia Petri Ferrarii qui fuit et a marito suo Alegreto per .cc. solidos barchinonenses que se tenet cum uestris domibus in burgo Sancti Felicis ad uestram uoluntatem faciendam, saluo iure nostro in omnibus, cui dabitis inde annuatim pro censu unum caponum in festo Natalis omini. Et propter hoc confiteor a uobis numerando recepisse .XL. solidos barchinonenses. Ita tamen quod si aliquo tempore illam domum emeretis non sit mihi licitum nec aliqua alia persona nichil aliud exigere pro tercio nisi tantummodo dictos .XL. solidos quos receptos habeo. Uerumtamen si aliquo tempore ipsam domum redemerit a potestate uestra, statim tenear uobis reddere iamdictos .XL. solidos ad uestram uoluntatem et sine uestro enganno, quod si non fecero, dono uos ibidem et assigno in omni dominio illius domus.

Actum est hoc idus octobris anno Domini .MCCVI.

+Arnallus Dei gratia Gerundensis episcopus. (s. man.) Ego Egidius presbiter et canonicus, subscribo. Sig+num Iacobi Benedicti. Sig+num Petri de Lezanam. +Ego Raimundus baiulus, subscribo.

Bernardus Stephani, leuita et publicus scriptor Gerunde, qui hoc mandato dicti domini episcopi scribi feci cum litteris suprascriptis in .III. linea, subscribo (s. man.).

387

1206, desembre, 23

Pere Berenguer de Camós i la seva mare Guillema defineixen Ramon Martí de Candells, que passa a ser home propi de Deudonat, ardiaca i paborde de Gener de la seu, per 30 sous bar.

Cart., p. 258ab. Reg.: B 349.

Sit notum cunctis quod ego Petrus Berengarius de Camons et Guiliema matris mee nos omnes insimul diligenter et consulte atque spontanea uoluntate diffinimus et euacuamos per nos et per omnes nostros presentes atque futuros cum hac presenti carta in eternum ualitura soluimus et diffinimus et desemparamus tibi Raimundo Martino de Candels et omnes [p. 258b] res tuas ubicumque sunt, auere et honore perpetuo, ita ut numquam nos nec aliquis per nos aliqua ratione non clamemus in te nec tuis aliquid, sed modo et omni tempore sis diffinitus sine omni retentu tuo et tuorum sine omni ingenio. Et sic tradimus te de nostra potestate et diffinimus te in manu Deusde, archidiaconum Sancte Marie sedis Gerunde et prepositus prepositure mensis ianuarii, quod sis suus et de predictum locum Sancte Marie ad uoluntates suas faciendas, et propter hac diffinitione accipimus a te .XXX. solidos barchinonenses quos confitemur a te numerando habere receptos et bene esse paccatos ut

Arxiu Diocesà de Girona ©

diffinitio firma et compositio permaneat in perpetuum. Et super hoc renuntiamus omni iuri diuino et humano, scripto et non scripto, generali et speciali, scolastico et legali, quod uel quid a nostris uel pro nobis uel pro nostris contra hunc contractum dici uel allegari possit. Si quis hoc rumpere uoluerit, non ualeat.

Actum est hoc .X. kalendas ianuarii anno Domini .MCCVI.

Sig+num Petri Berengarii de Camons, signum Guilielme matris eius, nos qui hoc diffinimus, firmauimus firmarique rogauimus. Sig+num Raimundi de ipsa Turre, baiuli. Sig+num Raimundi, miles de Fellinis. Sig+num Bernardi de Milicia. Sig+num Raimundi presbiteri de Locata. Sig+num Petri presbiteri qui hanc cartam uidi firmare.

Sig+num Berengarii presbiteri qui hoc scripsit die et anno quo supra.

388

1207, juny, 11

Arnau Gregori, clergue de Santa Susanna del Mercadal, ven a Martí de Vic una verneda i un camp, situats a Santa Eugènia, per dues-centes maimundines d'or i una tela de seda.

Cart., p. 172ab. Reg.: B 522.

Manifestum sit omnibus presentibus et futuris quod ego Arnallus Gregorius, clericus ecclesie sancte Susanne de Marcatali, uendo tibi Martino de Vico et tuis et cui tu uolueris in perpetuum totam meam uernetam integre cum terra in qua sedet et totum campum qui ibi est, que omnia habeo apud Sanctam Eugeniam super catherectam superiorem, in alodio Sancte Marie sedis. Que affrontat ab oriente in tenedone Arnalli Estraderii, a meridie in orto ipsius Arnalli Estraderii et Poncii de Miliariis, ab occidente in meo honore et in honore Poncii et Iohannis de Monte Acuto, quem tenemus per ecclesiam sancte Marie sicut ipsa regueria diuidit, a circio in alueo Ticiris. Sicut de hiis .IIII.or affrontationibus predicta omnia includuntur, cum exitibus et ingressibus et arboribus diuersorum generum et cum omnibus aliis in eis habentibus eisque qualicumque modo pertinentibus et eciam cum sua proprietate et integritate, prout melius dici uel intelligi potest ad tuam tuorumque utilitatem et commoduim, sic tibi et tuis et cui dare uel dimittere uolueris in perpetuum uendo pro ducentis mazmutinis iuceffis boni et fini auri rectique pensi et pro uno panno serico, de quibus recognosco me a te bene esse paccatum, renunciando exceptioni non numerate peccunie. Et ideo de meo iure ac potestate predicta omnia in tuum trado dominium et potestatem ad omnem tuam tuorumque uoluntatem omni tempore ibi et inde faciendam. Saluo iure et reuerencia Sancte Marie sedis, cui dabis inde annuatim pro censu .IIII. solidos in festo Natalis Domini et nichil aliud pro agrario neque pro censu, sine omni retentu, quem inde non facio. Et si aliquo iure scripto uel non scripto, siue exceptione aliqua in futurum huic contractui obuiam ire possem, illi iuri omnino in perpetuum sponte renuncio.

Actum est hoc .III. idus iunii anno Domini . MCCVII.

+Arnallus Dei gratia Gerundensis episcopus et prepositus mensis decembris, qui inde habui pro tercio .ccc. solidos. +Raimundus Gerundensis archileuita. Berengarius de Montepalacio, Impuritanensis archileuita. Arnallus presbiter. Sig+num Raimundi de [p. *172b]* Mercatali. Sig+num Petri de Ospitali. Sig+num Geraldi Draperii. Sig+num Benedicti de Mercatali. Sig+num Bernardi de Gurgite. Sig+num Peiroti. Sig+num Bernardi de Deo, baiuli, qui supradicta concedo.

Arxiu Diocesà de Girona ©

Petrus Raimundi, qui hoc scripsi cum litteris suprascriptis in .VI. et in .XIIII. linea, die et anno quo supra. Bernardus Stephani, leuita et publicus scriptor Gerunde, subscribo (s. man.).

389

1207, octubre, 26. Barcelona

El rei Pere I d'Aragó reconeix al bisbe de Girona que el servei de deu sous per mas que n'ha rebut és voluntari i promet no convertir aquesta prestació en cens.

Cart., pp. 51b-52a. Reg.: B 350.

Pateat omnibus quod nos Petrus Dei gratia rex Aragonum et comes Barchinonensis profitemur et recognoscimus uobis Arnaldo per eandem Gerunde episcopo et uniuerso eiusdem conuentui quod propter maximam necessitatem nobis incumbentem et ad persoluenda debita nostra gratis et spontanea uoluntate, non ex censu debito uel usatico concessistis nobis quod per singulos mansos hominum uestrorum detis nobis .X. solidos, et quia hoc fecistis nobis habita plena deliberatione, non coacti nec per uiolentiam, promittimus uobis et successoribus uestris per nos et omnes successores nostros quod istud seruicium quod nobis facitis gratis et sine debito, nec trahatur unquam uobis nec successoribus uestris neque hominibus uestris aut posteris eorum in consuetudinem neque usaticum siue censum nec unquam alicuius arte uel ingenio ex presenti seruitio nobis ex sola gratia et liberalitate collato uobis uel subcessoribus *(sic)* uestris nec hominibus uestris aut posteris eorum possit aliquid preiuditii generari. Promittimus etiam bona fide consilio uenerabilis Raimundi Terrachonensis archiepiscopi, Guilielmi Ausonensis episcopi, Gaufridi de Rocabertino, Guilielmi de Ceruaria, Guilielmi de Crexello et aliorum procerum curie nostre quod unquam de cetero hoc pretextu uel aliqua ratione non exigamus uel exigi faciamus aliquid in mansis uestris uel hominibus aud honoribus uestris, et conseruabimus uobis libertatem antiquam quam cum nostris antecessoribus habuistis, et defendemus uos et iura uestra et homines uestros et omnes possessiones uestras, et conseruabimus iura uestra et priuilegia et consuetudines. Pro collatò autem nobis in hac necessitate seruicio red[p. 52a]dimus uobis grates uberrimas et coplosas.
Datum Barchinone .VII. kalendas nouembris anno Domini .MCC. septimo per manum Ferrarii, notarii nostri.

Sig+num Petri, Dei gratia regis Aragonum et comitis Barchinonensis. Sig+num Gaufridi de Rocabertino. Sig+num Guilielmi de Ceruaria. Sig+num Guilielmi de Crexello.

Ego Ferrarius notarius domini regis, qui hoc scribi feci mandato ipsius loco, die et anno prefixis.

390

1208, novembre, 15

Arxiu Diocesà de Girona ©

Pere de Torroella firma de dret percausa d'excomunió al bisbe Arnau de Girona.

Cart., p. 151b. Reg.: B 351.

Iuro ego Petrus de Turricella super .nii. Dei euangelia uobis Arnaldo Dei gratia Gerundensi episcope stare mandato uestro uel mandatis que mihi facietis uel fieri facietis per sententiam excomunicationis quam in me tulistis temporibus et diebus ad hoc faciendum assignatis secundum quod uoluntas uestra fuerit, anno .MCCVIII., .XVII. kalendas decembris.

391

(abans de 1209)

Marc i Adelaida, esposos, amb el seu fill Marc, empenyoren a Ramon Ruric i a la seva esposa un camp.

Cart., pp. 202b-203a. Reg.: B 379.

Sit notum cunctis quoniam ego Marchus et uxor mea Adalaidis et filius noster Berengarius inpignoramus tibi Raimundo Rurich et uxori tue Perete unum campum [p. 203a] terre cum ipso frumento. Inutilis hec carta.

392

1209, setembre, 1

L'arquebisbe de Tarragona, Ramon de Rocabertí i el rei Pere d'Aragó es prometen mútuament d'executar les disposicions de la potestat reial i eclesiàstica sobre les esglésies i monestirs de la província eclesiàstica de Tarragona, i de sotmetre, en cas de discrepància, les diferéncies als arbitratges que s'assenyalen.

Cart., pp. 75b-77a. Reg.: B 356.

<I>n ecclesia Christi, disponente Domino duo sunt gladii constituti, spiritualis uidelicet et temporalis, ut alter alteri cum necesse fuerit subsidium prebeant ad inuicem et iuuamen, quorum quidem gladiorum offitium christianus orbis principibus et ecclesiarum pastoribus per Dei gratiam est commissum. Idcirco ego Raimundus Dei dignatione Terragonensis archiepiscopus, intendens et cupiens omnium ecclesiarum prouintie Terragonensis in regno uidelicet Aragonensis et Cathalonia honori et profectui iuxta comissi mihi gladii offitium prouidere, in nomine sancte et indiuidue Trinitatis, ad honorem eiusdem omnipotentis Dei et gloriose uirginis matris eius et omnium sanctorum et sacrosancte Ecclesie catholice incrementum et tocius terre comodum et honorem, promitto uobis domino Petro, Dei gratia illustri regi Aragonum et comes Barchinonensis bona fide quod iuxta citacionem et amonitionem nostram ecclesiarum tocius terre nostre infra Terragonensem prouinciam

Arxiu Diocesà de Girona ©

constitute, uidelicet tam maiorum quam mediocrum quam minorum et omnium monasteriorum [p. 76a] et domorum seu aliorum locorum religiosorum cuiuscumque regule uel hordinis sint uel fuerint et etiam omnium iurium ad eas pertinentium, tali uidelicet modo quod in faciendis sententiis, dandis consiliis et auxiliis super facto predicto non flectar nec auertar in aliquo amore, timore seu odio alicuius neque parentela aut aliquo alio modo quocienscumque a uobis uiua uoce uel litteris aut per certum nuntium uestrum ammonitus uel requisitus extitero, saluo tamen in omnibus supradictis ordine meo et reuerentia et auctoritate domini pape et apostolice sedis. Uerumptamen, si ego et uos super iam dicto negocio aliquando dissentiremus in aliquo, stemus inde omnibus horis cognicioni et arbitrio uenerabilium fratrum Uicenum et Dertusenum episcoporum super facto ecclesiarum tocius Cathalonie et Oscenum et Tyrasonum episcoporum super negocio ecclesiarum uel domorum predictarum tocius Aragonis. Ut autem supradicta omnia uobis domine rex bona fide, sana intentione et pro posse meo sicut predictum est compleam et obseruem, facio istud uobis iurari in anima mea a Berengario de Albuciano iudice Gerundense et archidiacono Silue. Iuro hec omnia [p. 76b] supradicta in anima domini Terragonensis archiepiscopi e mandato ipsius per Deum et hec sancta .IIII. Dei Euangelia coram posita. Et ego Dei gratia Petrus rex Aragonum et comes Barchinone eadem intentione inductus, uersa uice promitto uobis prenominato Raimundo uenerabili Terragonum archiepiscopo bona fide quod iuxta consilium et amonitionem uestram pro posse et uiribus meis uerbo et facto manuteneam de cetero et deffendam atque restaurem et in bono statu semper teneam et conseruem bona fide et pura intentione omnes ecclesias et monasteria et alia omnia loca religiosa predicta tocius terre mee ubicumque sint uel fuerint infra prouinciam uestram et omnia iura earundem ecclesiarum et monasteriorum et locorum omnium predictorum. Promitto etiam uobis sub eadem fide quod quandocumque et quocienscumque a uobis uiua uoce uel litteris aut per certum nuntium uestrum amonitus fuero uel citatus in his adimplendis et exequendis iuxta consilium uestrum non flectar neque auertar nec declinem in aliuqo amore, tomore uel odio alicuius uel parentela seu aliquo alio modo qui dici uel excogitari possunt. Si autem super hiis aliquando dissentiremus [p. 77a] in aliquo, stemus et pareamus inde cognicioni et arbitrio predictorum episcoporum sicut predictum est, et ut premissa omnia uobis Raimundo Terragonensi archiepiscopo ego rex bona fide, sana intentione et pro posse meo, sicut predixi compleam, faciam et obseruem, facio istud uobis iurari in anima mea a Raimundo de Girundella uiccario Gerunde. Ego ita Raimundus de Gerundella, uicarius Gerunde, iuro supradicta omnia in anima domini regis et mandato ipsius per Deum et sancta .IIII. Euangelia coram posita.

Actum est kalendis septembris anno Domini .MCCVIIII.

Signum + Petri Dei gratia regis Aragonum et comitis Barchinonensis, qui hoc laudamus, concedimus et confirmamus. +Raimundus Dei gratia Terragonensis archiepiscopus confirmo. Guilielmus Aussonensis episcopus+. Sig+num Guilielmi Durfortis. Sig+num Gaufridi de Rochabertino. Sig+num Dalmatii de Crexello. Sig+num Raimundi de Girundella, uicarii Gerunde. Sig+num Arnalli de Lercio.

Ego Guillelmus notarius Terragonensis archiepiscopi hoc scripsi die et anno prefixo. [p. 77b]

393

Arxiu Diocesà de Girona ©

1209, novembre, 25

Ponç Guillem de Torroella, el seu germà Pere de Montgrí i Gaufred Gilabert prometen al bisbe Arnau de Creixell donar satisfacció suficient per les malifetes del seu pare, Pere de Torroella.

Cart., pp. 151b-152a. Reg.: B 357.

Anno Domini .MCCVIIII., .VII. kalendas decembris. Ego Poncius Guilielmus de Torrozella et frater meus Petrus de Montgrin et Gaufredus Guillabertus promittimus et iuramus propriis manibus per Deum et hec sancta .IIII.or euangelia uobis domino Arnaldo, Dei gratia Gerundensi episcopo, quod de omnibus malefactis et querimoniis quas uos et ecclesia Gerundensis et clerici uel homines uestri habebatis et habetis aduersus patrem nostrum Petrum de Torrozella satisfaciemus plenarie in manu uestra secundum quod uos iudicaueritis uel iudicari facietis sine appellatione et qualibet alia coritradictione, non solum super predictis sed super omnibus aliis in quibus tam per se quam per homines suos dictus Petrus de Torrozella tenebatur in aliquo.

Sig+num mei Pontii Guilielmi de Torrozella, sig+num mei Petri de Montgrin, qui hoc iuramus et firmamus et a testibus firmari rogamus. (s. man.) Gaufredi [p. 152a] Guillaberti, qui hoc laudo et firmo. +Ego Raimundus, Dei gratia Terragonensis archiepiscopus confirmo. Bernardus de Montepalacio, Impuritanensis archileuita. Sig+num Guilielmi de Balneolis, cantoris Sancti Felicis Gerundensis. Ego Gaufredus subscribo.

Ego Guilielmus de Castelet, notarius domini Terrachonensis archiepiscopi, hoc scripsi, die et anno prefixo.

394

1209, novembre, 25

Ponç Guillem de Torroella, el seu germà Pere de Montgrí i Gaufred Gilabert prometen al bisbe Arnau de Creixell no perjudicar l'església de Torroella de Montgrí.

Cart., p. 152a. Reg.: B 358.

Anno Domini .MCCVIIII., .VII. kalendas decembris, iuro ego Poncius Guilielmi de Torrozella et fratres mei Petrus de Montgrin et Guilielmus uobis domino nostro Arnaldo Dei gratia Gerundensi episcopo quod in ecclesia de Torrozella uel in fructibus uel in aliquo quod ad ipsam pertinent non apponam manum umquam de cetero nec aliquid inde uiolenter accipiamus aut tangamus seu nos intromittamus in aliquo uel hoc ab aliquo fieri faciamus aut sustineamus absque mandato et uoluntate uestra uel subcessorum uestrorum. Sic nos Deus adiuuet et hec sancta .IIIIor Euangelia coram posita.

Sig+num mei Pontii Guilielmi de Torrozella, sig+num mei Petri de Montegrino, qui hoc iuramus et testibus firmari rogamus. (s. man.) Gaufredi Guillaberti, qui hoc laudo et firmo. Guilielmus de Montegrino. +Ego Raimundus, Dei gratia Terrachonensis archiepiscopus confirmo. Bernardus de Montepalacio Impuritanensis archileuita. Ego Gaufredus subscribo. Sig+num Guilielmi de Balneolis, cantoris Sancti Felicis Gerundensis.

Arxiu Diocesà de Girona ©

Ego Guilielmus de Castelet notarius domini Terrachonensis archiepiscopi hoc scripsi die et anno prefixo. [p. 152b]

395

(1209), 1210, febrer, 4. Girona

El rei Pere I d'Aragó dóna llicència al bisbe Arnau de Girona per construir un molí draper al riu Ter i fer altres millores a la vila de Domeny.

Cart., p. 56ab. Còpia: RC ff. 90v-91r. Reg.: B 352.

In nomine Christi. Sit notum cunctis quod nos Petrus Dei gratia rex Aragonum et comes Barchinonensis, attendentes quod hii qui sua largiuntur ecclesiis non intelliguntur suum patrimonium diminuere sed augere, cum in donationibus ecclesiarum immensitas optima sit mensura, idcirco corde bono et animo uolenti, ob remedium anime nostre et parentum nostrorum damus, concedimus et laudamus domino Deo et eius gloriose genitrici uirgini Marie et uobis Arnallo, per eandem uenerabili Gerundensi episcopo et successoribus uestris et ecclesie Gerundensi plenam licentiam et liberam et perpetuam facultatem hedificandi et construendi et faciendi libere et sine omni contradictione in pace molendinum draperium in flumine de Teher, infra terminos uille uestre de Domeyn et omnia alia melioramenta quecumque in eadem uilla et in eius terminis uobis et ecclesie uestre iuste et utiliter facere potueritis, tali modo quod uos et successores uestri et ecclesia Gerundensis hec omnia habeatis, teneatis et possideatis libere et quiete per secula cuncta ad omnes uoluntates uestras inde perpetuo faciendas tamquam de uestro proprio franco alodio libero, quieto, ingenuo et inmuni.

Date Gerunde pridie nonas februarii anno Dominice Incarnationis millesimo .MCCVIIII. per manum Ferrarii notarii nostri.

Signum + Petri Dei gratia regis Aragonum .et comitis Barchinonensis. +Ego Raimundus, Dei gratia Terragonensis archiepiscopus confirmo. Testes huius rei sunt: Gaufridus de Rocabertino, Guilielmus de Ceruaria, Raimundus Gaucerandi, Guilielmus Ausonensis episcopus+, Azennarius Pardi, Sancius de Orta, Petrus Exemenius de Sposa, Petrus Liuerre, Arnallus de Sales, Guilielmus de Salis, Guilielmus Umberti, Guilielmus de Belloch, Dalmacius de Crexello, Bernardus de Belloc, maiordomus, Guilielmus de Recherendo *(sic)*, Bernardus de Belloc. Sig+num Guilielmi Durfortis. Petrus abbas Sancti Iohannis signum. Sig+num Columbi, domini regis notarii. Petrus Ausonensis sacrista.

Ego Ferrarius notarius domini regis hoc scribi feci mandato ipsius, loco, die et anno prefixis.

396

(1209), 1210, febrer, 15

Testament d'Arnau de Llers, que escull sepultura a Santa Maria de Cervià i institueix hereus els seus fills Bernat de Llers, Bernat de Cervià i Guillem, i el seu nebot Huguet.

Cart., pp. 294b-298b. O.: ADG *Mitra*, c. 23, núm. 154. Reg.: B 353.; MARQUÈS**,** *Pergamins*, núm. 86.

Arxiu Diocesà de Girona ©

Quia nullus in carne positus mortem euadere potest, idcirco ego Arnallus de Lercio iaceo in egritudine, de qua mori timeo et facio meum testamentum et eligo meos manumissores, uidelicet Arnallum de Pubul et Raimundum de Iuiano et Arnallum de Burdils et super omnes Dalmatium de Crexello, ut isti distribuant omnia mea et soluant debita mea et restituant malefactas siue iniurias quas ego feci, sicut inferius inuenerint scriptum.

Imprimis dimitto corpus meum ad sepeliendum in cimiterio sancte Marie de Ceruiano cum omni honore et iure quod habeo in uilla de Raretho, tam in mansis quam in aliis, excepta decima, et dimitto ei illud alodium quod habeo cum monasterio Sancte Marie, medium per medium, quod alodium fuit Guilielmi Gadaulli *(sic)*, et redimatur a pignore Guilielmi de Subiraniges ab heredibus meis; et dimitto dicto monasterio omnia iura siue quodcumque iuste uel iniuste accipebam in honore eiusdem monasterii. Et dimitto sacristie [p. 295] Sancte Marie de Ceruiano totum honorem de Galuciano et quartonum unius molendini in flumine Tiseri in quacumque parte illius fluminis moleat et ego ipsum ibi habeo uel habere debeo, ita ut prior dicti monasterii stabiliat duos presbiteros in dicto monasterio, et teneat ad missas celebrandas pro anima mea et parentorum meorum et fidelium defunctorum, et predictus sacrista teneat duos pauperes ibi et pascat et uestiat pro remedio anime mee. Item dimitto eidem monasterio omnes anulos meos aureos et argenteos cum lapidibus preciosis, que omnia Arnallus de Burdils habet et tradat eos priori, ut faciat inde crucem et ponatur in altari quod ipse faciet, et ego mando fieri, in quo dicti presbiteri celebrent missas.

Dimitto Milicie Templi scutum meum et sellam meam et trepas et ensem et lanceam; Hospitali, sellam palafridi *(sic)* et frenum aureum. Dimitto monasterio Sancti Stephani de Balneolis .L. solidos; unicuique parrochiali ecclesie que est in parochiis de quibus ego maior sum dominus, .I. aureum, et ecclesie Sancte Marie sedis Gerunde .X. aureos; et dimitto Bernardo de Iuiano militi meo mansum Arnalli Lobeti de Burdils pro uiolario, et mando ut reddat Arnallo de Rexago .CL. solidos quos ab eo habui pro querimonia quam ipse mihi facit de mansis de Planils, et respondeant ei in iure illi quibus ego dimitto castrum [p. 295b] de Pubul, scilicet Guilielmus de Ceruiano filius meus et Uguetus nepos meus et mater eius Guilielma.

Item reddo Bernardo de Fornells illum honorem quem permutaueram cum eo et cum Clareto, ut ipse recuperet suum honorem et Claretus suum. Item dimitto Bernardo de Subiraniges et eius uxori unum campum meum in capite prati de Ceruiano, ita quod non petant .DC. solidos et habeant predictum campum ipsi et heredes eorum, si filios legitimos habuerint; si uero dictus Bernardus et uxor eius filios legitimos non habuerint, post mortem eorum reuertatur predictus campus domino castri de Ceruiano, et ipse reddat ei .DC. solidos.

Dimitto Sancto Petro de Rotis .III. aureos et Sancto Felici de Catinis .III. aureos et sancte Marie Uillebertrandi .III. aureos et Sancte Marie de Fenestris .III. aureos et sancto Micaheli de Fluuiano .I. aureum et Sancto Petro de Gallicantu .I. aureum et Sancto Petro de Bisulluno .I. aureum et monasterio de Uallemanna .II. aureos et Sancte Marie de Uliano .II. aureos et Sancte Marie de Rotis .II. aureos, et reddo Sancte Marie de Ceruiano quartum unius fexe que est ex parte torrentis Morto, et sit licitum priori de Ceruiano ut accipiat partem suam decime et diuidat in unaquaque era de Ceruiano. Item dimitto domino Deo et ecclesie Sancte Marie sedis Gerunde totum illud quod accipio in ecclesia de Beieto et in aliis ecclesiis tocius honoris mei, ita quod ego nec aliquis heredum meorum in ipsis uel in clericis eorum iure institutionis uel morte clericorum uel alio modo in ipsis requiramus. Item dimitto Ermengardi de Uilla Noua [p. 296a] ut habeat medietatem castri de Pubul et

Arxiu Diocesà de Girona ©

honoris eius in pignore pro .D. aureis quos ab ea habui, donec dicti aurei reddantur, et hoc dico de illa medietate castri quam dimitto Guilielmo de Ceruiano filio meo, et mando quod si alique res sue inueniuntur in castris meis, reddantur ei, et dimitto ei omnia mea uascula argentea que ipsa habet.

Item dimitto sorori mee Guilielme et filio suo Hugeto nepoti meo omnem honorem quem habeo in Monte Nigro, in parrochia Sancti Mathei et Sancte Marie, et honorem quem habeo in parrochia Sancti Iohannis de Moleto et medietatem castri de Pubul, saluo iure castlani in omnibus, que omnia teneant in feudum pro filio meo Guilielmo de Ceruiano, et si Uguetus decederet sine liberis de legitimo matrimonio procreatis, reuertatur predicta medietas castri et honor Montis Nigri et Moleti post mortem Guilielme sororis mee Guilielmo de Ceruiano et suis heredibus, et si Guilielmus filius meus decederet sine liberis de legitimo matrimonio procreatis, eius porcio castri de Pubul reuertatur Ugueto nepoti meo.

Ite mando ut soluantur Boneto iudeo filio Gause .CCCC. solidos quos ei debeo. Item mando ut Arnallo baiulo meo de Burdils soluantur illa debita de quibus pro me aliis tenetur et que ei debeo. Item iubeo ut manumissores mei et uolo ut teneant castrum de Ceruiano cum honore quem ibi habeo, illo excepto quem dimitto monasterio Sancte Marie eiusdem uille et teneant totum honorem quem habeo in Burdils et totum honorem de Talaisano [p. 296b] et meliores .V. mansos quos habeo ad Rocham Brunam et congregent et percipiant fideliter fructus quos inde exierint et preterea accipiant omnes fructus tocius honoris mei de hoc anno presenti, exceptis fructibus castri de Lercio, quos Guilielmus de Ceruiano habeat; ita ut de fructibus iam dicti honoris et de fructibus istius anni meas laxationes et malefactas et iniurias et debita soluantur et redirigantur, et postea dicti manumissores mei, scilicet Arnallus de Pubul et Raimundus de Iuiano et Arnallus baiulus de Burdils teneant honorem castri de Ceruiano et de Burdils et de Talaxano et meliores .V. mansos de Rochabruna tantum ac tamdiu donec de expletis illius honoris mee laxaciones et debita siue malefacte et iniurie fuerint inde solute et redirecte; et uolo ut hoc iurent, et aliquis filiorum meorum non tangat aliquid nec petat nec habitet in honore de Ceruiano nec in honore de Burdils nec de Talaxano nec in dictos .V. mansos nec in expletis. Et si Guilielmus filius meus de Ceruiano ibi tangeret et infra .X. dies postquam amonitus esset a manumissoribus meis illud eis non restitueret, amittat castrum de Lercio et sit alodium Sancte Marie sedis Gerunde; eodem modo amittat filius meus Bernardus de Lercio si ibi tangeret castrum Sancti Laurentii et honorem, et sit alodium Sancte Marie sedis Gerunde. [p. 297a] Et si Berengarius de Ceruiano filius meus ibi tetigerit aliquid, amittat eodem modo uillam de Burdils cum omni honore, et sit alodium Sancte Marie sedis Gerunde.

Item diffinio omnes malos usaticos siue census et malas exactiones et iniquas peticiones et emendas et malas pressiones quas ego feci et constitui de nouo postquam ego tenui honorem, quam in rusticis tam in militibus, et uolo ut nullus heredum meorum de cetero illas uel illas requirat, et mando et uolo ut baiuli mei iurent et dicant ueritatem de illis ubicumque cognoscant eas me fecisse.

Item instituo Bernardum filium meum de Ceruiano heredem et dimitto ei pro hereditate illam meam forciam de Burdils cum honore quem ibi habeo, et illud quod habeo in uilla de Monariis, et honorem de Lorona et mille marabetinos quos dedi pro eo in honore de Porcariis et medietatem honoris quem habeo in parrochia de Sagarono, et aliam medietatem dimitto Flandine filie mee deuote Sancti Danielis pro hereditate. Item instituc Bernardum de Lercio filium meum heredem et dimitto ei pro hereditate castrum Sancti Laurentii cum honore, et honorem de Talexano et castrum de Ostoles, de Collo Torto et de Roca Curba cum omnibus suis pertinentiis sicut illa castra ego tenui et data sunt mihi a Mirone de

Arxiu Diocesà de Girona ©

Ostoles, prout dicitur in cartis factis inter me et ipsum, sicut mihi a domino rege laudata sunt. Et dimitto ipsum filium meum Bernardum cum omnibus que illi dimitto in potestate Dalmatii de Crexello, ut ipse teneat eum et nutriat et defendat, et preterea dimitto eum in defensione et custo[p. 297b]dia Ugonis comitis Impuriarum et Arnalli de Sales, et super omnibus, in defensione domini regis, ut ipsi defendant et custodiant eum et honorem et castra que ei dimmitto.

Item dimitto filie mee Anglesie pro hereditate totum honorem quem habeo pro alodio uel alio modo in parrochia de Felinis et .VIII. milia solidos quos dedi ei in dote tempore nuptiarum. Item dimitto filium meum Ermengaudum ut sit canonicus Gerundensis ecclesie et canonici et episcopus faciant eum canonicum, et dimitto cum eo pro hereditate sua ecclesie Sancte Marie Gerunde pro franco alodio omnem honorem siue iura quecumque habeo uel habere debeo in parrochia de Uillafreder, et ipse sit in potestate domini Arnalli Gerundensis episcopi et ecclesie Gerundensis et dictus honor et iura sint alodium sedis Gerunde in perpetuum. Omnem alium meum honorem siue iura siue castra, tam alodia tam feudos, hiis ecceptis que superius aliis filiis meis et filiabus et monasteriis et ecclesiis et domibus religiosos testatus sum, dimitto Guilielmo de Ceruiano filio meo pro hereditate, scilicet castrum de Ceruiano cum omnibus suis pertinentiit, et castrum de Pubul et castrum de Lercio cum omnibus suis pertinentiis et rocam de Basaguda cum suis pertinentiis et rocam de Pelencano, ita tamen ut de ea respondat in iure Petro de Malo Anno. Omnia ista dimitto ei pro hereditate et omnia alia mea iura quecumque sint et ubicumque sint, hiis exceptis que superius testatus sum aliis filiis meis et filiabus pro remedio anime mee. Et si Berengarius de Ceruiano decederet sine liberis de legitimo matrimo[p. 298a]nio procreatis eius hereditas integre reuertatur Guilielmo filio meo et eius heredibus et Bernardo filio meo. Et si dictus Bernardus filius meus decederet sine liberis de legitimo matrimonio procreatis, eius hereditas integre reuertatur Guilielmo filio meo et eius heredibus et Berengario de Ceruiano filio meo. Et si Guilielmus de Ceruiano filius meus decederet sine liberis de legitimo matrimonio procreatis, castrum de Lercio et castrum Sancti Laurentii et Roca Bruna cum suis pertinentiis et rocha de Pelencano cum omnnia comtoria de Lerz reuertatur Berengario filio meo et suis heredibus, et comtoria de Ceruiano, preter id quod de ea superius testatus sum, monasterio de Ceruiano, reuertatur Bernardo filio meo. Et si omnes filii mei decederent sine liberis de legitimo matrimonio procreatis, saluis substitutionibus superius inter eos dictis, omnis hereditas eorum reuertatur filie mee Anglese et suis heredibus, et uolo et mando ut filii mei Guilielmus et Berengarius et Bernardus et Uguetus nepos meus iurent seruare et tenere ea que in isto testamento scripta sunt. Et ego Guilielmus de Ceruiano et Berengarius et Uguetus iuramus super .IIII. Dei Euangeliis hoc seruare et tenere sicut hic scriptum est. Item dimitto Guilielmo de Ceruiano mansum de Ceruiano cum suis pertinentiis.

Facto isto testamento .XV. kalendas marcii anno Incarnationis Christi .MCCVIIII.

Sig+num Arnalli de Lercio, qui hoc testamentum facio, firmo et testes firmare rogo. Sig+num Guilielmi de Ceruiano. Sig+num Bernardi de Lercio, filii eius. Sig+num Ugueti nepotis eius. Sig+num Dalmatii de Crexello. Sig+num Arnalli de Sales. Sig+num Arnalli de Bubul *(sic)*. Sig+num Raimundi [p. 298b] Arnalli de Ficulneis. Sig+num Arnalli de Burdils, baiuli. Sig+num Berengarii de Burdils. Sig+num Guilielmi de Bas. Sig+num Amoros. Sig+num Arnalli, baiuli de Lercio. Sig+num Bernardi de Subiranigues. Sig+num Bernardi de Ortale. Alamannus de Aquauiua, Gerundensis sacrista. Ego Guilielmus de Ficulneis subscribo. (s. man.) Ego Egidius presbiter canonicus subscribo. (s. man.) Poncius de Lercio hoc subscribo.

Arxiu Diocesà de Girona ©

397

(1209), 1210, febrer, 16

Arnau de Llers defineix al bisbe Arnau de Creixell diverses esglésies situades dins les seves possessions.

Cart., p. 158ab. Altra còpia, *ibid.*, *pp.* 298b-299b; LVC f. 215v. Ed.: J. MARQUÈS CASANOVAS , AIEG 19 (1969) 229-230), ex LVC; CONSTANS, núm. 212, ex. íd. Reg.: B 354.

In Dei nomine ego Arnallus de Lertio filius Sibilie et Arnalli confiteor me esse culpabilem et reum Deo et omnibus sanctis eius per multas indebitas et iniquas exactiones quas hactenus peccatis meis exigentibus feci in ecclesiis et in clericis in ipsis constitutis quecumque et quicumque sint, in parochiis, unde ego maior dominus sum constitute uel constituti, scilicet in ecclesiis de Burdils et de Ceruiano et de Pera et de Catiano de Pilo Raso, et de Filines et de Uilla Asinorum et de Beieto. Diffinio etiam illum censum quem accipiebam in ecclesia predicta de Beieto et de Lercio et Sancti Laurentii de Rocabruna et de Sancta Pace et de Porcariis et de omnibus aliis et in honore et in omnibus Sancte Marie sedis Gerunde in uilla Ceruiani uel alibi permanentibus. Unde ego penitens et contritus ob remedium anime mee et parentum meorum diffinio modisque omnibus euacuo ac derelinquo in manu domini Arnalli de Crexello, per Dei gratiam Gerundensis episcopi perpetuo, ut de cetero nec ego nec aliquis sucessorum meorum in iam dictis ecclesiis et in clericis ibi constitutis, in honore et in hominibus Gerundensis ecclesie ullas exacciones iniustas uel aliquas malas pressiones, forcias, albergas, questias, uicarias uel institutiones clericorum, caualgatas hospitationes faciamus uel requiramus in uita uel in morte eorum uel in institutione clericorum uel in aliis suprascriptis. Et ut hoc firmius et sincerius a me et a successoribus meis perpetuo retineatur et obseruetur, ego predictus Arnallus de Lertio propriis manibus iuro super .IIII.or Dei Euangelia hec inuiolabiliter perpetuo tenere et successoribus meis perpetuo presentialiter mando obseruari. Et ego Guilielmus de Ceruiano et Berengarius, filii predicti Arnalli de Lertio et Hugo de Ceruiano nepos eius incontinenti propriis manibus sacrosanctis .IIII.or Dei Euangeliis tactis, in Deum iuramus hec supradicta integre perpetuo tenere et obseruare. Mando etiam firmiterque precipio ut cum filius meus Bernardus uenerit de Massilia ubi obses tenetur pro domino rege, idem iuret.

Actum est hoc .XIIII. kalendas martii anno Incarnationis Christi . MCCVIIII.

Sig÷num Arnalli de Lercio qui hoc firmo firmarique rogo. Sig+num Guilielmi de Ceruiano, sig+num Berengarii de Ceruiano, filiorum eius, sig+num Ugueti de Ceruiano nepotis eius qui hoc firmamus firmarique rogamus. Sig+num Bernardi, filii dicti ArnalIi de Lercio. Sig+num Dalmatii de Crexello. Sig+num ArnalIi de Salis. Sig+num Bernardi de Ordal. Signum Raimundi de Iuuiano. Sig+num Arnalli de Burdils baiuli.

Arnallus monachus qui hoc scripsit die et anno (s. man.) quo supra.[p. 159a]

398

(1209), 1210, març, 15

Arxiu Diocesà de Girona ©

Dalmau de Creixell i Anglesa, esposos, venen al bisbe Arnau de Girona, germà de l'atorgant, les albergues que reben a la vila de Bàscara pel castell de Pontós, pel preu de 1.800 sous bar.

Cart., pp. 136a-137a. Reg.: B 355.

Ad cunctorum hominum presentium et futurorum perueniat noticiam quod nos Dalmacius de Crexello et uxor mea Anglesa, non ui compulsi, non dolo uel fraude inducti, sed bono ac libenti animo et uoluntate gratuita, per nos et per omnes nostros presentes atque futuros uendimus uobis Arnallo Dei gratia Gerundensi episcopo fratri meo et successoribus uestris et quibus dare uel dimittere, uendere seu quolibet alio modo alienare uolueritis in perpetuum albergas integre et quicquid habemus et accipimus et habere et accipere debemus et nobis per[p. 136b]tinet aut pertinere debet uoce et racione castri de Pontons in omni uilla et in omnibus mansis de Baschara ubique pro .II. milia et .DCCC. sol. denariorum barchinonensium de quibus omnibus recognoscimus et fatemur nos a uobis bene esse paccati, renunciando exceptioni non numerate pecunie. De nostro igitur iure et potestate cum hac presenti publica scriptura predicta omnia in uestrum tradimus dominium et potestatem ad omnem uestram uestrorumque successorum uoluntatem omni tempore faciendam prout melius dici uel intelligi potest ad uestrum comodum sine omni retentu quem inde non facimus, omnibus nostris uocibus et rationibus et accionibus et omnium nostrorum inde perpetuo in uestrum dominium et proprietatem translatis. Et si forte aliquo iure scripto uel non scripto, legali uel diuino, publico uel priuato siue exceptione uel accione aliqua in futurum obuiam ire possemus, illis omnibus prorsus gratis et ex certa scientia renuntiamus.

Actum est hoc idus marcii anno Domini millesimo .CCVIIII. Sig+num Dalmacii de Crexello, sig+num Englesie uxoris

eius, qui hoc firmamus [p. 137a] firmarique rogamus. Sig+num Bernardi de Rupiano. Sig+num Bernardi de Palaciolo. Sig+num Berengarii de Aqua Uiua. Sig+num Petri de Scala. Sig+num Berengarii de Perlis.

Petrus Raimundi, qui hoc scripsit die et anno quo supra. Bernardus Stephani leuita publicus scriptor Gerunde subscribo (s. man.).

399

(1210), 1211, març, 21. Lleida

El rei Pere I d'Aragó reconeix no tenir dret a quésties, exaccions ni forces als masos d'església del bisbat de Girona.

Cart., p. 36b. Còpia del s. XIV; RC f. 9lrv. Reg.: B 523.

In Dei nomine, nos Petrus Dei gratia rex Aragonum, comes Barchinone, nobilium predecessorum nostrorum exempla sequentes et preterita in melius emendare uolentes, fatemur et recognoscimus quod in honoribus, mansis seu hominibus ecclesiarum ac monasteriorum uel locorum religiosorum totius Gerundensis episcopatus nullam questiam, nullam exactionem uel forciam nullamque demandam seu adempramentum habemus uel

Arxiu Diocesà de Girona ©

habere debemus aliquo iure uel aliqua ratione. Ut uero honores, mansi siue homines magis ac securi perpetuo habeantur, uolentes et confirmantes omnia priuilegia et iura a nobis uel antecessoribus nostris uel a quibuscumque aliis ecclesie Gerundensi ac monasteriis et domibus religiosis Gerundensis dioecesis concessa suam habere perpetuo firmitatem, cum hac presenti pagina inuiolabiliter duratura nobis et successoribus nostris legem imponentes ad honorem Dei sancteque matris Ecclesie et ob remedium anime nostre et parentum nostrorum promittimus bona fide et donamus uobis domine Arnallo Gerundensi episcope ceterisque prelatis et personis omnibus ecclesiasticis in episcopatu uestro constitutis quod nos numquam in honoribus, mansis siue hominibus uestris uel ecclesiarum, monasteriorum locorumque religiosorum quibus diuina permittente gratia preestis nullam questiam, nullam forciam seu demandam uel adempramentum aliquatenus faciemus nec aliquid causa instante expugnande uel subiugande uel alia quacumque occasione exigemus siue requiremus. Reddimus etiam et restituimus et in presenti uobis Arnallo, Gerundensi episcopo prenominato illos .VI. milla .D. solidos barchinonenses quos nobis et baiulis nostris ab omnibus monasteriis uestri episcopatus iniuste et uiolenter extorseramus, pro qua uiolencia Gerundensis episcopatus fuerat excomunicatus, et quidquid amplius probare poteritis ab eisdem fuisse extortum promittimus et firma stipulatione uobis restituere totum.

Datum Ilerde .XII. kalendas aprilis anno Domini .MCCX. per manum Ferrarii notarii.

Signum *(signe)* Petri, Dei gratia regis Aragonum, comitis Barchinonensis.

+Ego Raimundus, Dei gratia Terragonensis archiepiscopus, confirmo. Guilielmus, Ausonensis episcopus+. Sig+num Petri Barchinonensis episcopi. Ego Gombaldus Dertusensis episcopus. Petrus, abbas Sancti Iohannis. Sig+num Guilielmus Durfortis.

Testes huius rei sunt: Guilielmus uicecomes Cardone, Gaufridus, uicecomes de Rocabertino, Guilielmus de Ceruaria, Michaelis de Lusia, Guilielmus Raimundi, senescal, Guilielmus de Anglesola, Guilielmus de Petra A1ta, Guilielmus de Podio Viridi, Guilielmus de Ceruiano, Ato de Fuxano, Arnallus de Palacio, Ugo de Ceruiano, Arnallus de Alascuno, Sancius de Antilone, Blascus Romei, Raimundus Fulconis de Cardona, Raimundus de Montecatano, Raimundus de Ceruaria, Raimundus
Gaucerandi de Pinos.

400

(1210), 1211, març, 21. Lleida

El rei Pere I, a instància de l'arquebisbe de Tarragona, Ramon de Rocabertí, estableix disposicions sobre els excomunicats contumaços.

Cart., pp. 37b-38a. Ed.: MH, ap. 497, cols. 1397-1398. Reg.: B 524.

In Christi nomine. Nos Petrus Dei gratia rex Aragonum, comes Barchinone, ad honorem sancte matris Ecclesie et fidei catholice religionis augmentum et ad multorum precum, instancia domini Raimundi Dei gratia Terrachonensis archiepiscopi et omnium episcoporum ceterorumque prelatorum regni nostri, statuimus et legem ponimus in perpetuum quod, si laicus aliquis ab episcopo suo uel archiepiscopo uel ipsorum speciali mandato propria culpa solempniter cum candelis, sicut mos est, excommunicatus et excomunicacione ipsa ex certa scientia contumaciter per .IIII. menses continuos stiterit, penam .C. solidorum prestare cogatur. Id fiat per omnes alios sequentes .IIII. menses usque ad unum annum completum. Post unum uero annum completum penam predictam teneatur

Arxiu Diocesà de Girona ©

soluere duplicatam, scilicet .CCC. solidos preter illos .C. solidos singulorum .IIII. mensium, cuius pecunie tocius medietatem accipiat episcopus de cuius iurisdiccione fuerit excommunicatus, nisi forte dominum habuerit ipse excomunicatus canonicum catedralis ecclesie uel uirum religiosum alicuius monasterii, quibus ipsa medietas detur et alia medietas nobis et erario nostro applicetur, sitque preterea post annum ipsum quamdiu steterit in excommunicatione ipso iure factus infamis et a pace et treuga et ducatu nostro eiectus nec ad legitimorum et catholicorum nostrorum officia uel consilia uel ad aliquos alios actus legitimos admittatur, sit etiam intestabilis nec ad hereditatem, successionem accedat. Nullus preterea in iudicio uel extra super quocumque negotio ipsi respondeat, nec possit esse iudex uel arbiter neque testis nec aduocatus nec tabellio, nec uicariam nec saioniam tenere in ciuitate uel extra in aliqua parte regni nostri nec fidelitatem uel hominaticum, si sit talis persona qui uassallos debeat habere et possit aliquo modo requirere, nec aliquis ipsi teneatur ea prestare uel iam prestita seruare et quamdiu fuerit excomunicatus et quousque beneficium sit absolutionis consecutus. Recipimus quoque et ratum habemus quod ad tanti excessus maiorem exagerationem ab archiepiscopo et episcopis regni nostri es constitutum, scilicet ut post annum non possit absolui nisi summo pontifice uel eius legato uel eius speciali mandato, ue nisi positus in mortis articulo. Addimus preterea quod nullis talibus excommunicatis postquam in ecclesiis denunciati fuerint excommunicati aliquid uendat uel ab eis emat nec cum eis habitet comedat uel bibat, preter personas a canone exceptas, scilicet uxorem et filios et alios quibus per canones conceditur, nec filiam suam eis nuptiis quis tradat uel aliquid commercium uel contractum cum eis celebret uel habeat. Quod si fecerit, penam .D. aureorum nobis prestabit et episcopo ipsius loci de cuius iurisdictione fuerit, uel domino suo si dominum habuerit clericum ut est predictum per medium inter nos et ipsum diuidendam uel accipiendam, sicut de pena excommunicationis superius est premissum, et ultra iram et indignationem senciat nostram et incurrat, assumque et irritum facimus et habere uolumus ipso iure nullo spectato iudicio uel sentencia quicquid de talibus excommunicatis tempore fuerit actum. Statuimus quoque et promittimus domino Deo et uobis Raimundo, De gratia Terrachonensi archiepiscopo et episcopis regni nostri omnibus, quod non sustineamus nec defendamus illos qui clericos uel religiosos uiros manus uiolentas iniecerint uel qui eos captos retinuerint nec ab eis aliquem finem uel compositionem accipiamus uel faciamus quousque de sacrilegio commisso et iniuria uobis et ecclesiis et personis quas leserint sit plenarie satisfactum et ab ecclesia [p. 38a] sint absoluti Romana. Idem damus et eandem penam et pene modum imponimus circa interfectores clericorum et quod grauius peccatum ut satisfaciat prius de sacrilegio ecclesie uel clericis et episcopis secundum compositionem quam inde non accipiamus sicut premissum est penam **.**D**.** aureorum nobis prestare teneatur pena corporali ei a nobis nichilominus infligenda nisi arbitrio episcopi ipsius loci ubi facinus fuerit commissum remissa fuerit et quod feuda et beneficia et alia omnia que modo tenuerit uel habuerit ab ecclesiis libere et absolute episcopis et ecclesiis ad quas spectabunt irreuocabiliter perpetuo et sine aliqua retencione adquirantur et applicentur ipso iure, nullo spectato iudicio uel sententia, mandantes baiulis et uicariis et saionibus nostris quod hoc uobis et ecclesiis uestris in pace tenere et possidere faciant. Hec omnia supradicta ita locum habeant quod priuilegiis clericorum uel ecclesiarum non derogentur, si qua persona ecclesiastica ipsis magis uti uoluerit uel elegerit.

Datum Ilerde .XII. kalendas aprilis anno Domini **.** MCCX**.**

Sig+num Petri, Dei gratia regis Aragonum et comitis Barchinone. Ego Raimundus, Dei gratia Terrachonensis archiepiscopus, confirmo. Guilielmus, Ausonensis episcopus+.

Arxiu Diocesà de Girona ©

Sig+num Petri, Barchinonensis episcopi. Ego Gombaldus, Dertusensis episcopus. Sig+num Petrus, abbas Sancti Iohannis.

Testes huius rei sunt Guilielmus, uicecomes Cardone, Gaufridus, uicecomes de Rocabertino, Guilielmus de Ceruaria, Michael de Lusia, Arnallus de Alascuno, Sancius de Antilone, Blascus Romei, Raimundus Fulconi de Cardona, Raimundus de Montecatano, Raimundus de Ceruaria, Raimundus Gaucerandi de Pinos, Guilielmus Raimundi, senescalcus, Guilielmus de Anglerola, Guilielmus de Podio Uiridi, Guilielmus de Ceruiano, Artallus de Fuxano, Arnallus de Palaciolo, Ugo de Ceruiano.

Ego Ferrarius, notarius domini regis, hec scribi feci mandato ipsius, loco, die et anno prefixo.

400a

1211, setembre, 24

Deodat de Terrades, ardiaca de Besalú, firma a Dalmau de Creixell una casa edificada a Santa Maria Sasserra.

Cart., p. 290 marge.

Sit notum cunctis quod ego Deodatus de Terradis, Besellunensis archileuita et prepositus mensis Ianuarii, dono, laudo et concedo tibi Dalmatio de Crexello et tuis in perpetuum ipsas domos quas edificasti in alodio Sancte Marie de Serra et ipsum campum qui iuxta est, qui campus affrontat uersus circium in margine Guilielmi de Podio, ex alia parte in terra Guilielmi ebdomedarii ecclesie Sancti Martini, ex alia parte in domibus ipsis, ex alia parte in carraria missadera. Predictas domos et campum ita tibi et tuis dono ut facias inde annuatim pro censu preposito mensis Ianuarii unam esminam ordei et aliam de cibaria ad mensuram rectam Petralate. Et ego Dalmatius de Crexello dico et uolo quod antea quam mensuretur pars mea decime Sancte Marie de Serra detur preposito mensis Ianuarii uel baiulo eius predictum blad. Et ego predictus Deodatus prepositus mitto et pono predictas domos et campum in proteccione et defensione ecclesie Gerundensis et canonice eius, promittendo etiam quod ego et successores mei exibeamus et donemus protectionem et deffensionem in predicta donatione talem qualem in propriis rebus Gerundensi ecclesie et canonice eius.

Actum est hoc .VIII. kalendas octobris anno Christi .MCCXI.

Sig+num Dalmacii de Crexello. Sig+num Anglesie, uxoris eius. Sig+num Berengarii de Oliuis. Sig+num Berengarii de Letone. Sig+num Guilielmi Raimundi.

(s. man.) Ego Arnallus acolitus, qui hoc scripsi die et anno quo supra.

401

1218, octubre, 7

Bernat de Montpalau, prepòsit de desembre de la seu, firma a Martí de Vic la possessió que aquest ha comprat a Arnau Gregori, situada al terme de la parròquia de Santa

Arxiu Diocesà de Girona ©

Eugènia, en alou de la seu, amb reserva de tres sous de cens i amb pacte que dels establiments en prengui el prepòsit un terç, i el dit Martí dos terços.

Cart., pp. 172b-173a. Reg.: B 526.

Actum est hoc nonis octobris anno Domini .MCC. octauodecimo.
Bernardus de Montepalacio, Impuritanensis archileuita, prepositus mensis decembris (s. man.). Ego Bernardus Cortes, Gerundensis canonicus, subscribo. Sig+num Bernardi de Deo, baiuli. Sig+num Ferrarii de Brugariis, militis. (s. man.) Ego Berengarius de Montepalacio, Gerundensis canonicus. (s. man.) Ego Egidius, presbiter et canonicus, subscribo.

(s. man.) Bonus Homo, qui hoc scripsit die et anno quo supra.

402

1219, novembre, 28

Bernat de Roca de Mata, la seva esposa Ermesenda i els seus fills Berenguer i Bonet venen a Bernat Gourredo *una casa situada al comtat de Girona, a la parròquia de Sant Vicenç de Viladesens, al vilar de Mata, que es té per la seu i afronta amb el venedor, Joan Llucià, Arnau Jover i Ramon Andreu i fa dues placentas de cens al prepòsit de Gener de la seu, pel preu de 63 sous bar.*

Cart., p. 279b marg. Reg.: B 527.

Actum est hoc .IIII. kalendas decembris anno Domini .MCCXVIIII.

Sig+num Bernardi de Rupe, sig+num Ermesendis uxoris eius, sig+num Berengarii, sig+num Boneti, qui hoc laudamus firmarique rogamus. Sig+num Raimundi Giffredi. Sig+num Iohannis Luciani. Sig+num Raimundi de Mata. Sig+num Poncii Peronii. (s. man.) Berengarius de Albuciano, iudex ordinarius Silueque archidiaconus et mensis Ianuarii prepositus, qui habui pro laudismio .XVII. solidos. (s. man.) Raimundus Guilielmi clericus, qui hoc uidit firmare Boneto de Rupe.

(s. man.) Raimundus, clericus de Areniis, qui hoc scripsit die et anno quo supra.

403

(ca. 1220)

Censos del domini de Llebrers situat a Navata, que rep la seu de Girona.

Cart., p. 378, marge inf. No recollit per Botet.

Census de Leprariis.

Mansus Guilielmi de Iuncherol dat pro censu singulis annis Sancte Marie Gerunde in festo Pentecosten .I. arietern unius anni et .I. porcum .II. solidos monete quaterni in festo Sancti Petri de Iunio et .I. par gallinarum in festo Omnium Sanctorum et .I. canalem arietis in eodem festo et .I. anserem in mense iunii et .V. focacias in festo omnium Sanctorum et .I.

Arxiu Diocesà de Girona ©

esminam uini in mense iulii. Item dat .II. sextaria ordei et .X. migerias cibarie pro censu in festo Sancti Felicis et preter hoc donat agraria panis et uini de omnibus laborationibus suis.

Berengarius de Algeme dat pro censu .I. migeriam cibarie et .I. anserem in mense iunii.

Item Iohannes de Costa dat .I. quartum arietis in festo Omnium Sanctorum et .I. par gallinarum in eodem et .III. fogacias et .I. quarteriam obtimi uini et .I. migeriam cibarie.

Mansus Caluera de Costa dat .III. quarterios arietis et .II. par gallinarum et .I. par anserum et .VIIII. fogacias et .I. migeriam uini et .II. migerias ordei.

Petrus Uitalis de Uillortugan dat singulis annis in festo Omnium Sanctorum unas iunctas de moltone et .I. par gallinarum et .I. esminam boni uini et .I. esminam cibarie et .VI. fogagias et insuper agraria terrarum.

404

1221, juny, 13

Ramon de Gironella rep en feu del bisbe Alemany de Girona tres masos que té a la parròquia de Sant Romà de Sedillà, on habiten Ramon de Puig, Pere Adroher ¡ Guillem Sedillà, i en rep llicència de vendre a Guillem Bru el quart del delme de Caldes i Franciac que el mateix Bru té subinfeudat per l'atorgant, el qual en endavant no haurà de fer sinó hornenatge; els foriscapis del delme els partirà amb el bisbe i els dels masos correspondran totalment a aquest.

Cart., p. 171b. O.: ADG *Mjtra* c. 3, núm. 12. Reg.: B 528; MARQUÈS, *Pergamins* núm. 110.

Actum est hoc idus iunii anno Domini **.** MCCXX**.** primo.

Alamandus, gratia Dei Gerundensis episcopus. Raimundus de Gerundella. Sig+num Raimundi de Rocha. Sig+num Petri Berengarii de Riuopirarum. Sig+num Poncii de Riuopirarum, huius rei testium.

Raimundus de Costa, qui hoc scripsi die et anno quo su(s. man.)pra.

405

1221, juliol, 7

*El bisbe Alemany firma la donació que Arnau de Sales ha fet a la capella de Santa Magdalena de Montpalau, el sínode de Sant Martí de Cabissó, el delme de Sant Miquel de Monteia i Sant Andreu de Gitarriu (*Iecoriu*), i pren la capella sota la seva guarda. I Alarnanda de Sales, vídua de dit Arnau, amb les seves filles Agnès, Ermesenda i Guillema, rep en feu del bisbe, en compte dels esrnentats delmes, dos masos seus, dits de Bosseganys, situats a la parròquia de Sant Esteve de Llanars, prornet fer de cens a la capella una lliura de cera i es cornprornet, cas d'alienar els esmentats masos, a convertir altres alous seus en feu episcopal.*

Cart., p. 171b marge. Còpia; RC ff. 144-145. Reg.: B 529.

Arxiu Diocesà de Girona ©

Actum est hoc nonis iulii anno Domini **.** MCCXX**.** primo.

Sig+num Alamande de Salis, sig+num Agnetis filie eius, qui hoc firmamus et laudamus. Sig+num Ermesendis filie eius, sig+num Guilielme, filie eius qui supradicta firmauerunt de mandato dicti Gerundensis episcopi et Bernardi Stephani notarii, in manu Guilielmi de Cabanellis, Gerundensis canonici. Alamandus, gratia Dei Gerudensis episcopus. Ego Guilielmus de Cabanellis, qui firmamentum predictarum Ermesendis et Guilielme recepi, subscribo (s. man.). Sig+num Bernardi Seguini. Sig+num Guilielmi de Farneriis. Sig+num Petri de Aro.

Ego Bernardus Sancii scripsi hoc mandato Bernardi Stephani, Gerundensis canonici et publici notarii. Bernardus Stephani, Gerundensis canonicus et publicus notarius subscribo (s. man.).

406

(ca. 1222)

Sentència de Ramon de Albuciano, *Ponç de Llers ¡ Marquès, canonges de la seu, en la causa entre el bisbe Alemany ¡ el canonge Bernat Esteve, sobre el cens que aquest darrer havia de fer per un hort situat al Mercadal, a Santa Eugènia Sobrehorta, que havia estat abans establert a Arnau Galceran i que la seu tenia per donació d'Arnau Gregori, clergue del Mercadal, hort que dit Bernat Esteve deia tenir per establiment fet per Ramon de Rocabertí, prepòsit de Desembre de la seu.*

Cart., p. 190a, marge. Reg.: B 635.
La part inferior i l'escatocol del document són pràcticament il.legibles.

407

1222, juliol, 28

Ermessenda de Peratallada reconeix en preséncia de Ramon de Peratallada, Bernat, batlle de Peratallada, Real de Llofriu, Guillem d'Olivella, comanador de Sant Llorenç de les Arenes i Bernat, ardiaca d'Empúries, tenir per l'església de Girona els delmes de Peratallada, Pals, Ernpúries i Vila-sacra.

Cart., p. 157b marg. Reg.: B 359.

Anno Domini millesimo ducentesimo uicesimo secundo, quinto kalendas augusti, ego Ermesendis de Petra Incisa domina, recognosco et fateor in presencia Raimundi de Petra Incisa et Bernardi, baiuli de Petra Incisa, et Regalis de Lofrido et Guilielmi de Oliuela, comendatoris Sancti Laurencii, et Bernardi de Monte Palacio, Impuritanensis archileuite, me tenere pro Gerundensi ecclesia decimam de Petra Incisa et decimam de Pals et decimam de Impuriis et decimam de Vilasacra.

Arxiu Diocesà de Girona ©

Sig+num Ermesendis de Petra Incisa, qui hoc firmo et laudo. Sig+num Regalis de Lofrido. Sig+num Bernardi de Fonte. (s. man.) Bernardi baiuli. Bernardus de Montepalacio, Impuritanensis archileuita.

Raimundus de Costa, qui hoc scripsi et his omnibus interfui, sed quia Raimundus de Petra Incisa et Guilielmus de Oliuela noluerunt firmare in carta ista, signum eorum in carta predicta nolui facere, die et anno quo supra (s. man.). [p. 158]

408

(1222), 1223, març, 13

Provençal Sastre defineix a la seu de Girona i al bisbe Alemany, com a prepòsit de la mateixa, una casa que tenia per la prepositura d'aquest, situada al Mercadal de Girona.

Cart., p. 190b. Reg.: B 530.

Actum est hoc .III**.** idus marcii anno Domini .MCCXX. secundo.

Sig+num Prouincialis Sartoris, qui hoc firmo. Sig+num Bernardi de Deo. Sig+num Raimundi Amblerii. Sig+num Bernardi de Fonte Roserio.

Raimundus de Costa qui hoc scripsi die et anno quo su(s. man.)pra.

409

1222, agost, 25

Arbitratge del canonge Marqués de la seu en causa entre el bisbe Alemany i Guillem Sunyer, sobre drets dominicals d'una casa situada a Girona, al burg de Sant Feliu.

Cart., p. 316ab. Reg.: B 531.

Ad cunctorum noticiam perueniat quod contencione mota inter dominum Alamandum, Dei gratia Gerundensem episcopum ex una parte, et Guilielmum Suniarium ex altera, super domibus quas ipse Guilielmus Suniarius inhabitat et quibusdam aliis domibus in quibus dictus Guilielmus accipit censum, que omnia fuerunt Arnalli Adals, et sunt in burgo Sancti Felicis Gerunde, que dictus eiuscopus dicebat alodium Gerundensis ecclesie esse et iure episcopali dominium in eis habere, quod Guilielmus Suniarius precise negabat, tandem in Marchesium Gerundensem canonicum compromiserunt, et in eius arbitrio sponte se subiecerunt. Instrumentis igitur que pro utraque parte faciebant hinc inde exhibitis et diligenter inspectis, auditis rationibus et allegationibus utriusque partis prenominatus Marchesius, habito prudentum uirorum consilio, composuit inter eos amicabiliter in hunc modum, uidelicet quod dominus episcopus per se et per Gerundensem ecclesiam remittat et diffiniat Guilielmo Suniario et suis totum ius pignoris .ccc. solidorum quod in ipso honore habebat et omnes fructus et pensiones quos uel quas ipse Guilielmus Suniarius ex ipsis domibus hucusque percepit, et quod Guilielmus Suniarius et sui teneant totum predictum

Arxiu Diocesà de Girona©

honorem perpetuo per Gerundensem episcopum et donent ei pro [p. 316b] censu annuatim in festo Natalis Domini duo paria caponum et habeant de cetero comuniter tercia et laudismia et stabilimenta de eo scilicet quod alii tenent per ipsum Guilielmum Suniarium, et de quo accipit censum; de eo uero quod ipse per se tenet et possidet habeat de cetero episcopus integre tercia et laudismia iure dominii. Et nos Arnallus Dei gratia Gerundensis episcopus laudamus et confirmamus atque concedimus tibi dicto Guilielmo Suniario totum predictum honorem sicut superius est dictum. Et ego Guilielmus Suniarius recognosco uobis domino Arnallo Gerundensi episcopo totum ipsum honorem et promitto me attendere et obseruare sicut superius est dictum per me et per omnes successores meos in perpetuum.

Actum est hoc .VIII. kalendas septernbris anno Domini **.** MCCXX**.** secundo.

Alamandus, gratia Dei Gerundensis episcopus. +Guilielmus Suniarii. (s. man.) Ego Marchesius Gerundensis canonicus cognitor huius cause subscribo. Sig+num Berengarii Constantini. Sig+num Arnalli de Lemena. (s. man.) Raimundus Mascardelli. (s. man.) Ego Bernardus Curtesius, Gerundensis canonicus subscribo.

(s. man.) Arnallus leuita qui hoc scripsit cum litteris rasis et emendatis in .III**.** et .VII. linea, die et anno prefixo. [p. 317a]

410

1223, febrer, 3. Laterà

Butlla del papa Honori III, que confirma un document del registre d'Innocenci 111, pel qual el rei Pere el Catòlic, trobant-se a Roma acompanyat del seu oncle Sanç, d'Hug de Baucio, Roscelí de Marsella, Arnau de Foixà i altres, és coronat rei i promet fer de cens a la Santa seu 250 mazmutinas, *document datat a Roma el dia 11 de novembre de 1204.*

Cart., pp. 312a-313a. Ed. D. MANSILLA, *La documentación pontificia de Honorio III (1216-1227),* Roma 1965, núm. 432, pp. 313-314, que pel document del registre d'Innocenci III remet a l'obra del mateix autor *La documentación pontificia hasta Inocencio III (965-1216),* Roma 1955, núm. 307, pp. 339-341. Reg.: B 532.

Datum Laterano, .III. nonas februarii pontificatus nostri anno septimo.

411

1223, febrer, 4. Laterà

Butlla del papa Honori III, que reprodueix una donació, inserida al registre del papa Urbà II per la qual el comte Berenguer Ramon II de Barcelona fa donació a la seu de Roma dels béns que té per successió paterna, que havia dividit amb el seu germà Ramon Berenguer, i especialment de la ciutat de Tarragona, béns pels quals prornet fer de cens vint-i-cinc lliures de plata. La donació havia estat feta per consell de Berenguer, arquebisbe de Tarragona, Berenguer, bisbe de Girona, els vescomtes Deusdedit de Tarragona, Arnau Miró de Barcelona, Guerau Alemany, Gerbert Guitart, Guillem Ramon i Dorca, germà seu, Hug Dalmau, Humbert Gausbert, Auger Gaufred i Arbert Bernat, en mans de Rainer, cardenal llegat, l'any 1090, era de 1128. El papa recorda que, després de la presa de Tarragona, el bisbe de Vic Berenguer rebé la imposició del pal.li i fou designat arquebisbe

Arxiu Diocesà de Girona ©

d'aquella ciutat.

Cart., pp. 311a-312a. Ed.: D. MANSILLA, *La documentación pontificia de Honorio III (1216-1227)* (Monumenta Hispaniae Vaticana, Registros 11), Roma 1965, núm. 433, pp. 314-315. Reg.: B 533.

Datum Laterani .II.nonas februarii pontificatus nostri anno septimo.

412

1223, octubre, 17

El bisbe Alemany de Girona estableix a Pere de Pau, canonge de Sant Feliu, la casa llegada per l'oncle d'aquest, Arnau de Far i altres cases pròximes situades al burg de Sant Feliu fins al mur nou i el riu Onyar, a cens de tres diners i amb reserva de la meitat de terços i lluïsmes.

Cart., p. 327b marge. Reg.: B 534.

Sit notum cunctis quod ego Alamandus, Dei gratia Gerundensis episcopus laudo, dono atque concedo tibi Petre de Pauo, ecclesie Sancti Felicis canonico et cui dare, dimittere siue alienare uolueris, excepto milite et iudeo, omnes illas domos integre in quibus Arnallus de Faro auunculus tuus manebat et in suo testamento tibi dimissit, sicut affrontant a domibus abbatis usque ad carrariam que transit inter ipsas domos et domos Roselli clerici et Berengarii de Orto et domos Petri de Deo et domos Raimundi Berengarii, cum omni integritate et proprietate sua, sicut diuiditur ab illa carraria que transit inter dictas domos in quibus dictus Arnallus de Faro morabatur et domos predictorum possessorum et usque ad murum de nouo constructum et ultra murum usque in alueum Undaris, prout in antiquis instrumentis continetur. Item dono et laudo tibi illas domos que fuerunt Uillani condam mortui, et modo sunt Poncii Rasoris, iuxta domos quas Raimundus Mascardelli et Guilielmus Suniarius tenent per episcopum. Hanc prefatam donacionem et laudamentum tibi et cui uolueris, excepto milite et iudeo, facio sub tali condicione et modo quod de domibus quas inhabitas et de domibus illorum quatuor possessorum tu uel tui detis mihi et meis successoribus singulis annis pro censu duos denarios de quaterno, et de domibus Uillani unum denarium de quaterno, et si aliquo tempore domus quam inhabitas uendite fuerint uel impignorate, episcopus habeat semper totum tercium et laudimium, et si aliqua illarum domorum de illis quatuor predictis possessoribus et eciam ille domus Poncii Rasoris fuerint aliquo tempore uendite uel alienate, episcopus et tu uel tui habeant semper medium per medium tercium et laudimium et hinc inde firmentur instrumenta. Stabilimenta uero et uendiciones que usque ad hunc diem inde facta sunt perpetuam habeant firmitatem, et tu dictus Petrus de Pauo et tui teneatis semper per nos et per nostros successores omnes domos predictas et illam dimidiam tercii et laudimii cum supradicto censu quem inde faciatis. Hec inquam omnia cum omni integritate et proprietate sua, et cum solis et suprapositis, ingressibus et regressibus, cum cloacis et stillicidiis et sicut melius et plenius dici uel intelligi potest ad tuam tuorumque uoluntatem ibi et inde faciendam perpetuo, ut dictum est, concedimus et laudamus tibi uel tuis, saluo iure pontificali et reuerencia in om ibus et per omnia, ut superius est premissum.

Actum est hoc .XVI. kalendas nouembris anno Domini .MCC. uicesimo tercio.

Arxiu Diocesà de Girona ©

Alamandus, Dei gratia Gerundensis episcopus. (s. man.) Ego Raimundus de Albuciano subscribo. (s. man.) Petrus de Pauo, presbiter et canonicus. (s. man.) Ego Bernardus Curtesius, Gerundensis canonicus, subscribo. Ego Bernardus de Uillafredario subscribo. Sig+num Petri de Cumellis iuuenis. Sig+num Raimundi Amblerii. Sig+num Arnalli clauigeri. +Ego Raimundus de Pratis, baiulus.

Raimundus de Costa qui hoc scripsi die et anno quo su(s. man.)pra.

413

(1225), 1226, març, 10

El conite Hug d'Ernpúries firma de dret en mans del bisbe de Girona pels delictes pels quals ha estat excomunicat.

Cart., pp. 173a-174a. Còpia de 1227.: ADG, *Mitra*, c. 3, núm. 238. Reg.: B 535; MARQUÈS, *Pergamins*, núm. 121.

Iuro ego Ugo Dei gratia Impuriarum comes uobis domino Alamando Dei gratia Gerundensi episcopo me stare mandatis Ecclesie et uestris super omnibus pro quibus sum excomunicatus, sic me Deus adiuuet et hec sacrosancta .iiiior Dei euangelia, meis propriis manibus tacta.

Quorum sicilicet mandatorum tenor hic est: Nos A1amandus, Dei gratia Gerundensis episcopus mandamus uobis Ugoni per eandem comiti Impuriarum quod reddatis nobis extimacionem bladi canonice usque ad proximum ueniens festum Sancti Felicis secundum ualorem in quo erat quando ipsum cepistis, ita quod si non sufficerent redditus presentis anni castrorum infra positorum uos supleatis residuum in predicto terminio. Item mandamus uobis quod restituatis nobis malefacta de Episcopali et de Baschera, que uos uel uestri ualitores fecistis, secundum quod homines nostri per suum sacramentum declarauerint, facta taxacione a duobus de capitulo nostro, scilicet ab archidiacono de Rogacionibus et a precentore. Ualitorum autem nomine hic et in sequentibus intelligimus omnes milites et homines de quibus potestis facere pacem et guerram; item extraneos quos in guerra ualitores habuistis; item illos qui in terram uestram predam uel malefacta miserunt; item [p. 173b] mandamus quod componatis amicabiliter cum monasteriis et cum locis religiosos et clericis et ecclesiis nostri episcopatus de malefactis que uos uel ualitores uestri eis fecistis ad arbitrium nostrum et predictorum sociorum nostrorum uidelicet archidiaconi et precentoris, uel si componere non poteritis, manifesta emendetis, de non manifestis in manu nostra et predictorum archidiaconi et precentoris directum faciatis. Item mandamus uobis quod componatis nobiscum amicabiliter et cum ecclesia nostra de malefactis que fecistis uos et ualitores uestri apud Ulianum et apud Fuxanum et alibi in honore ecclesie nostre et clericorum sedis nostre uel directum faciatis in manu trium quorum nos eligemus unum et uos alium, et de comuni consensu nos et uos eligamus tercium. Item mandamus quod restituatis bladum clericis de Castilione uel componatis cum eis amicabiliter et pro his omnibus supradictis obligabitis nobis et ecclesie nostre uillam de Empuriis, castrum de Uirginibus et castrum de Oleastreto, de quorum redditibus omnia predicta soluantur, et facietis inde instrumenta et securitates ad arbitrium nostrum et cognicionem, uidelicet quod mitetis nos in corporalem possessionem predictorum castrorum cum omnibus pertinenciis suis. Itern quod non tangetis aliquid de redditibus

Arxiu Diocesà de Girona ©

predictorum castrorum nec tangi permittetis, imo pro posse uestro bona fide facietis nos tenere et habere in pace, nec facietis inde guerram et nos uersa uice pro posse nostro bona fide castra eadem cum pertinenciis suis saluabimus et deffendemus. Facietis etiam iurare Mariam comitissam uxorem uestram et filium uestrum Poncium Ugonem cum uenerit ad supradicta pro posse seruanda. Item facietis baiulos iurare et facere hominium nobis secundum formam Aragonie et milites stantes in predictis [p. 174a] castris uel eorum terminis facietis similiter iurare quod nichil de predictis impediant, set omnia pro posse bona fide adimpleant et adimpleri faciant et hec omnia firma ut predictum est permaneant quousque omnia predicta malefacta secundum formam predictam fuerint persoluta. Item mandamus quod faciatis instrumentum sacramento uallatum de emunitate et libertate sale nostre de Castilione pro uobis et a successoribus uestris eandem emunitatem firmiter precipiatis seruari.

Actum est hoc in palacio domini Gerundensis episcopi .VI. idus marcii anno Domini .MCCXXV.

Sig+num Ugonis, Dei gratia Impuriarum comitis, qui hec omnia prout supradictum est a prima linea usque ad ultimam firmo, laudo et approbo et firmari rogo. Sig+num Bernardi de Palaciolo. Sig+num Arnalli de Anglesio. Sig+num Bernardi de Laureto. Sig+num Guilielmi de Scala. Sig+num Berengarii de Turrucella. Alamandus, gratia Dei Gerundensis episcopus.

Raimundus de Costa, qui hoc scripsi die et anno quo su(s. man.)pra.

414

1226, març, 25

Arnau de Navata reconeix en presència de Berenguer de Riudeperes, Arnau de Mercadal de Banyoles i Berenguer de Roca, clergue, tenir en feu pel bisbe de Girona Alemany d'Aiguaviva el sínode de l'església de Sant Esteve de Oculo (de Bas) que per ell té Guillem de Vilamarí, les tasques de Bàscara que per ell té Guillem de Galliners, el delme de Navata que per ell tenen Ramon de Galliners, Bernat de Palol i Pere de Vilafreser, el delme d'Avinyonet que per ell tenen Guillem Bernat de Cistella, Bernat d'Escales i Bernat d'Avinyó, el delme de Morasac que per ell té Bernat de Garriga, el delme de Queixàs que per ell tenen Bernat de Queixàs i Arnau de Freixe, i el delme d'Espinavessa que per ell tenen Guillem de Palma i Bernat de Palol, pels que l'atorgant fa homenatge al bisbe.

Cart., p. 239a; altra còpia, *ibid., ff.* 384v-385r. Ed.: CONSTANS, núm. 232; ed. parcial, MARQUÈS- CONSTANS *Navata*, p. 234. Reg.: B 395 i 537.

Actum est hoc in palacio suo de Gerunda .VIII. kalendas aprilis anno Domini .MCCXX. sexto.

Sig+num Arnalli de Nauata qui hoc firmo, laudo et approbo. Sig+num Petri Berengarii de Riuo Pirarum. Sig+num Guilielmus de Basso. Firmat in his scriptis Arnallus Ripariensis. Sig+num Berengarii de Ruppe.

Raimundus de Costa, qui hoc scripsi die et anno quo su(s. man.)pra. Ollerius de Sancto Celedonio, notarius domini episcopi, hoc fideliter translataui.

Arxiu Diocesà de Girona ©

415

1226, juny, 18

Ramon de Palau reconeix tenir en feu pel bisbe Alemany d'Aiguaviva un terç del mercat de Monells i tots els delmes que altres puguin tenir per ell, i en fa homenatge; el bisbe el rep com a vassall.

Cart., p. 240a. Reg.: B 538.

Actum est hoc .XIIII. kalendas iulii anno Domini . MCCXX. sexto.

Sig+num Raimundi de Palacio, qui hoc firmo et laudo. Sig+num Arnalli de Anglesio, filii Raimundi de Anglesio. Sig+num Bernardi de Monellis, fratris Raimundi de Palacio. Sig+num Arnalli de Aquilone. Sig+num Berengarii de Sancto Amancio. Hoc probat Arbertus dictus sacrista secundus (s. man.). Marchesius Gerundensis canonicus tamquam testis subscribo.

Raimundus de Costa, qui hoc scripsit die et anno quo su(s. man)pra. Ollarius, notarius domini Guilielmi, Dei gratia Gerundensis episcopi, hoc in isto libro scripsit et fideliter translatauit die et anno quo supra.

416

1226, juny, 18

Ramon de Palau dóna firma de dret en mà del bisbe de Girona Alemany d'Aiguaviva i reconeix tenir per ell en feu un terç del mercat de Monells i tots els delmes que posseeix; el bisbe li mana fer esmena de les malifetes i no apoderar-se dels béns dels clergues que habiten a les seves terres.

Cart., f. 381r. Còpia de 1334; ADG, *Mitra,* c. 1, núm. 23. Reg.: B 396.

Actum est hoc .XIIII. kalendas iulii anno Domini . MCCXX. sexto.

Sig+num Raimundi de Palacio, qui hoc firmo et laudo. Sig+num Arnalli de Anglesio, filii Raimundi de Anglesio. Sig+num Bernardi de Monellis, fratris Raimundi de Palacio. Sig+num Arnalli de Aquilone. Sig+num Berengarii de Sancto Amancio. Hoc probat Arbertus dictus sacrista secundus (s. man.). Marchesius Gerundensis canonicus tamquam testis subscribo.

Raimundus de Costa, qui hoc scripsit die et anno quo su(s. man.)pra.

417

1226, juny, 27

Bernat de Foixà reconeix tenir pel bisbe de Girona Alemany d'Aiguaviva els delmes que té per raó del castell de Foixà i els monars de Roca, situats al Ter, a Sedillà, i fa homenatge.

Arxiu Diocesà de Girona ©

Cart., f. 387r. Reg.: B 397.

Actum est hoc .V. kalendas iulii anno Domini .MCCXXVI..

Sig+num Bernardi de Fuxano qui hoc firmo et laudo. Sig+num Petri de Fuxano. Sig+num Raimundi de Palacio. Signum Arnalli de Sancto Michaele. Sig+num Berengarii de Sancto Martino. Sig+num Fares de Celrano.

Raimundus de Costa, qui hoc scripsi die et anno quo supra.

418

1226. Corçà

Gilabert de Cruïlles dóna firma de dret en mà del bisbe de Girona Alemany d'Aiguaviva pels delictes pels que ha estat excomunicat. El bisbe li mana fer esmena com a vassall seu, als llocs religiosos i donar penyora. Per això l'esmentat Gilabert reconeix tenir en feu pel bisbe el castell de Cruïlles i promet rebre en feu els delmes i feu de la Bisbal, quan es demostri que els té pel bisbe, ¡ rep en feu els delmes que té pel castell de Peratallada.

Cart., p. 238b; altra còpia, *ibid.*, f. 386rv. Reg.: B 398 i 539.

Actum est hoc in ecclesia Sancti Iuliani de Quartiano, anno Domini .MCCXXVI.

Sig+num Guilaberti de Crudiliis, qui hoc firmo et laudo. Sig+num Poncii Guilielmi de Turrucella. Sig+num Petri de Montegrino. Sig+num Bernardi de Sancta Eugenia. Sig+num Petri de Crudiliis. Sig+num Pontii de Riuopirorum. Sig+num Bemardi de Palaciolo. Sig+num Bernardi de Fuxano. Sig+num Arnalli de Anglesio. Sig+num Guilielmi Monerii de Sancta Leocadia.

Raimundus de Costa qui hoc scripsit die et anno quo su(s. man.)pra. (s. man.) Ollarius de Sancto Celedonio, notarius domini episcopi, hoc fideliter translataui.

419

(1226), 1227, gener, 9

El vescomte Dalmau de Rocabertí, senyor del castell de Vilademuls, reconeix tenir en feu pel bisbe Alemany d'Aiguaviva els delmes de Vilademuls, Galliners, Ollers, Orfes, Esponellà, Vilavenut i Viladamí i tots els delmes que altres puguin tenir al bisbat per raó de l'esmentat castell, i fa homenatge.

Cart., f 384r. O.: ADG, *Mitra*, c. 3, núms. 206 i 213. Reg.: B 393; MARQUÈS, *Pergamins*, núm. 127.

Actum est hoc .V. idus ianuarii anno Domini .MCC. vicesimo sexto.

Sig+num Dalmacii de Rocabertino, qui hoc firmo et laudo firmarique rogo. Sig+num Guilielmus de Sancta Leocadia, qui dicitur Monerius. Sig+num Petri de Urriols. Sig+num Berengarii de Palaciolo. Sig+num Raimundi de Anglesio. Sig+num Arnalli de Sancto Stephano. Sig+num Raimundi de Gallinariis.

Raimundus de Costa, qui hoc scripsit die et anno quo supra.

Arxiu Diocesà de Girona ©

420

(1226), 1227, febrer, 25

Dalmau de Rocabertí, en preséncia de Dalmau de Palol, Ponç de Palol, Guillem de Cassà, Guillem de Vinyavella i altres, reconeix tenir en feu pel bisbe de Girona Alemany d'Aiguaviva els delmes de Cantallops, Agullana, Espolla, Vilartolí i Sant Climent Sasebes, pels que fa homenatge.

Cart., f. 382v. O.: *Mitra*, c. 3, núm. 23. Ed.: CONSTANS, núm. 237. Reg.: B 394; MARQUÈS, *Pergamins*, núm. 129.

Actum est hoc .V. kalendas marcii anno Domini .MCC. sexto.
Sig+num Dalmacii de Rochabertino, qui supradicta omnia iuraui, laudaui, firmaui firmarique rogaui. Sig+num Dalmacii de Pa1aciolo. Sig+num Guilielmi de Caciano. Sig+num Guilielmi de Uinea Ueteri.

Petrus Sendre qui hoc scripsi cum litteris suprascriptis in quinta linea, die et anno quo supra.

421

(1226), 1227, març, 24. Girona

Galceran de Montroig reconeix tenir en feu pel bisbe de Girona, Alemany d'Aiguaviva els delmes d'Agullana, dels quals té per ell Ponç de Capmany un quartó, Guillem de Güell un quartó, Arnau de Solans un octau, Garsenda de Calabuig, vídua d'Arnau de Soler, un octau, Ramon de Canelles un octau i Ramon de Cantallops un octau; el delme de Darnius, del qual tenen per ell Guillem de Darnius un quartó, l'hospicium de Funeiariis *de Darnius, un quartó, Bernat de Garriga un octau, Guillem de Vilarig un octau i Guillem de Güell un quartó; el delme de la Vajol, del que tenen per ell Ramon de Caneres la meitat, i l'altra, Ramon de Cantallops; i el delme dels Torts, que tenen per ell, per meitats, Ramon de Figueres i Bernat de Puig.*

Cart., p. 239a. Reg.: B 536.

Actum est hoc in palatio domini Gerundensis episcopi .VIII. kalendas aprilis anno Domini .MCCXX. sexto.

Sig+num Gaucerandi de Monterubeo, qui hoc firmo, laudo et approbo. Sig+num Guilielmi Raimundi de Pauo. Sig+num Dalmacii de Uillanoua. Sig+num Bernardi de Fonte Roserio. Sig+num Arnaldi de Locustaria. +Arnallus de Locustaria.

Raimundus de Costa, qui hoc scripsi cum litteris suprascriptis in .V. linea et damnatis in .XI. et .XII. et .XIII., die et anno quo su(s. *man.)pra.* Ollerius de Sancto Celedonio, notarius domini episcopi, hoc fideliter translataui.

422

(1227), 1228, febrer, 9

Arxiu Diocesà de Girona ©

El bisbe electe de Girona, Guillem de Cabanelles, prepòsit de la seu, defineix a Gaufred de Galídia dos porcs canonicals que aquest fa a la seva prepositura pel mas Marc, i en rep dos camps situats sota la vila de Celrà, que dit Galídia tenia per la mateixa prepositura, establerts pel bisbe Arnau de Creixell, camps que defineixen dit Gaufred de Galídia, la seva esposa Berenguera i els seus fills, Gaufred i Ramon.

Cart., pp. 225b-226a. Reg.: B 540.

Ego Guilielmus, Dei gratia Gerundensis electus et prepositus mensis iunii (s. man.) subscribo. (s. man.) Ego Guilielmus de Celrano, episcopalis capellanus, subscribo. Sig+num Gaufredi de Galidia, sig+num Berengarie, uxoris eius, sig+num Raimundi filii eorum, qui supradicta firmamus. (s. man.) Berengarii de Riario. (s. man.) Gaufridus de Galidia. Sig+num Berengarii de Baschara. Sig+num Petri de Clota, testium. (s. man.) Ego Egidius presbiter et canonicus, subscribo. (s. man.) Petrus presbiter, in cuius manu firmauerunt hoc Gaufridus de Galidia et Berengaria uxor eius.

(s. man.) Bonus Homo, qui hoc scripsit die et anno quibus supra.

423

1228, maig, 6

Guerau, vescomte de Cabrera, fill de Guerau de Cabrera comte d'Urgell, fa homenatge al bisbe de Girona Guillem de Cabanelles i rep d'ell els feus que havien tingut pel mateix els seus antecessors, en presència de Ramon de Montroig, ardiaca de Girona, Guillem de Montgrí, sagristà, Pere de Cassà, cabiscol, Ramon de Bas, abat de Sant Feliu de Girona, Berenguer de Queralt, Bernat de Balenyà, Bernat de Basella, Guillem Xatmar, Guerau de Montsoriu, Ramon de Gironella, Bernat de Foixà, Berenguer de Torrent, Ponç de Montsoriu i altres.

Cart., ff. 381v-382r. O.: ADG, *Mitra*, c. 4 núm. 7. Reg.: B 399; MARQUÈS, *Pergamins*, núm. 134.

Pridie nonas madii anno Domini . MCCXX. octauo.

Sig+num Geraldi uicecomitis de Capraria qui hoc firmo firmarique rogo. Sig+num Berengarii de Cheralto. Sig+num Bernardi de Balaiano. Sig+num Bernardi de Basilia. Sig+num Guilielmi Xethmar. Sig+num Geraldi de Montesurici. Sig+num Bernardi de Fuxano. Sig+num Berengarii de Torrente. Sig+num Poncii de Montesurici.

(s. man.) Bonus Homo, notarius domini episcopi qui hoc scripsit.

424

1228, maig, 7

Ramon de Gironella reconeix ser vassall de la seu de Girona en mà del bisbe Guillem de Cabanelles i rep d'aquest la firma del feu que havien tingut els seus antecessors.

Cart., p. 239b. Reg.: B 542.

Arxiu Diocesà de Girona©

Actum est hoc nonis madii anno Domini . MCCXX. octauo. Huius rei testes sunt Dalmatius de Ruppebertino, Guilielmus de Montegrino, sacrista, Berengarius de Pineto, canonicus Sancti Felicis Gerunde, Raimundus de Curtils, Raimundus Brunus.

(s. man.) Bonus Homo, notarius domini episcopi Gerundensis, qui hoc fieri iussi et scribi, subscribo.

425

1228, maig, 24

Ferrer de Sant Iscle reconeix tenir pel bisbe de Girona Guillem <de Cabanelles> la meitat del delme de Sant Iscle d'Empordà.

Cart., p. 238b. Reg.: B 543.

Actum est hoc .VIII. kalendas iunii anno Domini . MCCXX. octauo.

Huius rei testes sunt Raimundus de Angles, Ademar Surdi, Arnallus Geralli, Bernardus de Tozilano, Petrus de Cistella, Dalmatius de Uillanova et Bernardus de Palatio.

(s. man.) Bonus Homo, notarius domini episcopi Gerundensis qui hoc fieri iusssi et scribi, subscribo.

426

1228, maig, 26

El bisbe de Girona Guillem de Cabanelles firma a Pere de Foixà la novena part del delme de Noves, i en rep homenatge.

Cart., p. 239a. Reg.: B 544.

Actum est hoc .VII. kalendas iunii anno Domini .MCCXX. octauo.

Sig+num Guilielmi, Dei gratia Gerundensis episcopi. Ego Guilielmus de Montegrino, Gerundensis sacrista, subscribo. (s. man.) Ego Raimundus de A1buciano, Impuritanensis archidiaconus, subscribo.

(s. man.) Bonus Homo, notarius domini episcopi qui hoc scripsit die et anno quibus supra.

427

1228, maig, 27

El bisbe de Girona Guillem firma a Guillem de Reixach els delmes de Llorà i Biert, que aquest ha rebut d'ell en feu.

Cart., f. 405v. O.: ADG, *Mitra,* c. 1, núm. 55. Ed. CONSTANS**,** núm. 239. Reg.: B 400; MARQUÈS, *Pergamins,* núm. 135.

Arxiu Diocesà de Girona ©

Actum est hoc .VI. kalendas iunii anno Domini . MCCXX. octauo.

Sig+num Raimundi de Sancto Michaele, Sig+num Guilielmi de Turrecella, militis. Sig+num Guilielmi, Dei gratia Gerundensis episcopi. Sig+num Guilielmi predicti de Rexaco, qui predictas decimas recognouit tenere pro ecclesia Gerundensi et inde predicto episcopo hominium fecit et fidelitatem et seruicium promisit. Sig+num Raimundi de Turrecella. Sig+num Bernardi de Libiano.

(s. man.) Bonus Homo, notarius domini episcopi qui hoc scripsit die et anno~ quibus supra.

L'acte es reiterà un any més tard (núm. 435).

428

1228, setembre, 12

El bisbe Guillem de Cabanelles estableix a Pere Draper, dos molins, un draper i un blader, que té a Domeny, parròquia de Sant Feliu de Paret Rufí, a cens de 100 sous de quatern pel draper i 6 squillatas *de blat, mesura de Girona, pel blader, per 50 sous d'entrada.*

Cart., p. 367a. Reg.: B 545.

Actum est hoc .II**.** idus septembris anno Domini . MCCXX. octauo.

Sig+num Guilielmi, Dei gratia Gerundensis episcopi. Sig+num Petri Draperii predicti, qui hoc firmo, firmarique rogo. (s. man.) Bernardus Roelli, Gerundensis ecclesie clauiger, subscribo. Sig+num Seluani de Stagneolo. Sig+num Petri Argemir de Mercatallo. Sig+num Berengarii de Caciano, testium.

(s. man.) Bonus Homo, notarius domini episcopi, qui hoc scripsit cum litteris damnatis in octaua linea et suprascriptis in decima linea, ubi dicitur "de manu ad". die et anno quibus supra.

429

1228, setembre, 21

*Alamanda de Sales reconeix tenir pel bisbe Guillem i l'església de Girona, en feu, el delme de Llanars, una vaca sinodal i els delmes de Monars, Taleixà i Pera, el sínode i delme de Bestracà, el delme de les Escales (*ces Escales*), Cerdanes, Tortellà, el sínode i delme d'Escales, el delme de Monteia, el sínode i delme d'Entreperes, i els delmes de Gitariu, Principi, Santa Maria d'Argelaguer i Sant Julià* d'Augustino.

Cart., p. 171b, marge. Còpia del s. xin; ADG, *Mitra* c. 2, núm. 126. Reg.: B 546; MARQUÈS, *Pergamins*, núm. 139.

Actum est hoc .XI. kalendas octobris anno Domini . MCCXX. octauo.

(s. man.) Bonus Homo, notarius domini episcopi Gerundensis, qui hoc fieri iussi et scribi, subscribo.

Arxiu Diocesà de Girona©

430

1228, setembre, 21

El vescomte Dalmau de Rocabertí reconeix tenir en feu pel bisbe de Girona els delmes de Vilademuls, Galliners, Ollers, Orfes, Esponellà, Vilavenut i Viladamí.

Cart., p. 239b. Reg.: B 547.

Actum est hoc .XI. kalendas octobris anno Domini . MCCXX. octauo.

Testes huius rei sunt Bernardus de Chexanis, Petrus de Urriols, Bernardus de Ortal.

(s. man.) Bonus Homo, notarius domini episcopi Gerundensis, qui hoc fieri iussi et scribi, subscribo.

431

1228, octubre, 15

El bisbe Guillem de Cabanelles, a precs d'Alamanda de Sales, consagra l'església de Santa Magdalena de Montpalau, i la rep sota la seva protecció, després d'assegurar-se una recompensa pels delmes de Sant Martí de Cabissó i Sant Miquel de Monteia, donats per a dotar la capella.

Cart., p. 170 marg. Reg.: B 548.

Idus octobris anno Domini millesimo .CC. uicesimo octauo uenit dompnus Guilielmus miseracione diuina Gerundensis episcopus ad consegrandam ecclesiolam siue capellam in honore Sancte Marie Magdalene de Monte Palatio hedifficatam et pie ac deuote a nobilibus et reuerendis Arnaldo condam de Salis et domna Alamanda uxore sua constructam. Cui scilicet consegrationi interfuerunt Raimundus scilicet de A1buciano archidiaconus Impuritanensis, Raimundus de Basso abbas Sancti Felicis Gerunde atque Berengarius de Locustaria thesaurarius ecclesie Gerundensis et prior de Riuodazer et prior Sancti Tome de Caiano et sacrista Sancti Iohannis de Abbatissis et plures alii tam clerici quam milites et uicini illius loci. Quam quidem ecclesiolam siue capellam prephatus episcopus in sua recepit defensione pariter et ecclesie Gerundensis, cum una libra cere quam clerici ipsius capelle teneantur dare et soluere annis singulis sibi et successoribus suis in festo Pasche, sicut continetur in instrumento concessionis facte a predecessore suo predicte capelle. Confirmauit etiam ipsa die prephatus episcopus et concessit predicte capelle in perpetuum omnia alodia posessiones et mansos cum hominibus et feminis et cum omni integritate et proprietate sua que uel quos predicti Arnaldus condam de Salis et domna Alamanda uxor eius dederunt et Concesserunt pro alodio capelle prephate, sicut plenius et melius continetur in instrumentis inde confectis, uel que adhuc erat dante Domino ipsa ecclesiola seu capella adeptura et habitura. Saluis tamen condicionibus seu paccionibus quos predicti Arnaldo de Salis et Alamanda uxor eius antecessori suo fecerant de duobus scilicet mansis qui uocantur de Bosseganys qui sunt in parochia Sancti Stephani de Lanars, quos predicta Alamanda de Salis accepit ab eo in feudum ratione decime que accipiebat ipsa et maritus eius pro sinodo in decima Sancti Martini de Cabissono et in decima Sancti Michaelis de Montilio et in decima Sancti Andree de Iecoriu, que assensu predecessoris sui prephate capelle dederunt et concesserunt, quam sinodum Arnaldus predictus tenebat in feudum, et saluo iure in

Arxiu Diocesà de Girona ©

omnibus ecclesie parochialis cui ius suum plene et integre conseruatur et episcopus Gerundensis habeat potestatem instituendi et destituendi, approbandi et reprobandi in perpetuum clericos capelle a dominis castri de Montepalacio et patronis ipsius capelle electis et sibi representatis.

Sig+num Guilielmi, Dei gratia Gerundensis episcopus. Ego Raimundus de A1buciano, Impuritanensis archidiaconus subscribo.

Berengarius de Locustaria, presbiter et thesaurarius. Ego Raimundus abbas Uillebertrandi subscribo.

(s. man.) Bonus Homo, notarius domini episcopi Gerundensis, qui hoc scripsit cum litteris suprascriptis in prima linea, ubi dicitur "Guilielmus" et rasis et emendatis in octaua linea, ubi dicitur "suo" et suprascriptis in tertia decima linea ubi dicitur "eius" et rasis et emendatis in eadem linea ubi dicitur "sue" et in sextadecima, ubi dicitur "predecessoris" et suprascriptis in nonadecima ubi dicitur "et" et in eadem ubi dicitur "capelle", die et anno quibus supra.

432

1228, desembre, 21. Barcelona

El rei Jaume reconeix als bisbes de Tarragona, Barcelona, Vic, i Girona, i als eclesiàstics de Catalunya, que l'ajut que en rep és gratuït i no obligatori.

Cart., pp. 36b-37a. O.: ADG, *Mitra*, c. 6, núm. 74. Còpies; RC *f.* 92v-93r; LVC f. 221. Ed.: ES 44, pp. 266-267. Reg.: B 541; J. M. MARQUÈS, *Pergamins*, núm. 140.

In Christi nomine. Notum sit cunctis presentibus et futuris quod nos Iacobus Dei gratia rex Aragonum, comes Barchinone et dominus Montispessulani, confitemur et in ueritate recognoscimus uobis uenerabilibus patribus Sparago Dei gratia archiepiscopo Terrachone, Bernardo Barchinonensi, Guilielmo Uicensi, Guilielmo Gerundensi, et aliis episcopis, abbatibus, prioribus, clericis ac uiris religiosis Catalonie uniuersis quod hoc auxilium quod uos modo nobis facitis et fieri facitis a uestris hominibus, non ex debito, sed ex sola gratia et mera liberalitate uestra illud facitis et fieri sustinetis pro expugnandis terra et perfidia paganorum. Et per hoc nullum periudicium generetur modo uel in futurum uobis nec successoribus uestris nec ecclesiis nec monasteriis nec locis religiosis nec priuilegiis [p. 37a] eorundem datis a nostris antecessoribus uel concessis sed in sui roboris permaneant firmitatem, illo spetialiter priuilegio uobis et antecessoribus uestris indulto apud Ilerdam a bone memorie Petro rege Aragonum patre nostro in suo robore duraturo.

Datum apud Barchinonam .XII. kalendas ianuarii anno .MCCXXVIII.

Signum + Iacobi Dei gratia regis Aragonum, comes Barchinone et domini Montispessulani.

Huius rei testes sunt Nuno Sancii, Ugo comes Impuriarum, Guilielmus de Montecateno uicecomes Biarnensis, Guilielmus de Ceruaria, Raimundus de Montecateno, Raimundus Alamandi, Guilielmus de Claromonte, Garcia Romeni, Petrus Cornilii, Garcias Petri de Mercad, Assalit de Gudal.

Sig+num Guilielmi scribe qui mandato domini regis pro Guilielmo Rabacie notario suo hec scribi feci loco die et anno prefixis.

433

Arxiu Diocesà de Girona ©

(1229)

Berenguer de Palol reconeix tenir el feu pel bisbe Guillem el mas de Pera (...) i la possessió de Comai*, i li fa homenatge.*

Cart., p. 239b. Reg.: B 569.

Testes sunt Raimundus de Turricella de Episcopali et (...) Uulpiliacho et Guilielmus de Ferigola de Episcopali.

Bonus Homo, notarius domini episcopi Gerundensis qui hoc fieri iussi et scribi, subscribo.

434

1229, maig, 25

Arbert de Calonge, cavaller, reconeix tenir en feu pel bisbe de Girona Guillem els delmes de Sant Martí de Castellar i de la seva laboratio de Sant Iscle d'Empordà.

Cart., p. 239b. Reg.: B 551.

Actum est hoc .VII. kalendas iunii anno Domini .MCCXX. nono.

Huius rei testes sunt Guilielmus de Palafolls, Raimundus de Gerundella, Berengarius de Palarauan, Raimundus de Sancto Michaele, Gaucerandus de Palatiolo.

(s. man.) Bonus Homo, notarius domini episcopi Gerundensis, qui hoc fieri iussi et scribi, subscribo.

625

435

1229, maig, 27

Guillem de Reixach reconeix tenir en feu pel bisbe Guillem de Girona els delmes de Llorà i Biert, pels que fa homenatge.

Cart., p. 239b. Reg.: B 552.

Actum est hoc .VI. kalendas iunii anno Domini .MCCXX. nono

Huius rei testes sunt Guilielmus de Catiano de Uulpiliacho, Bernardus de Frigola, Guilielmus de Frigola, Guilielmus de Catiano de Episcopali.

(s. man.) Bonus Homo, notarius domini episcopi Gerundensis, qui hoc fieri iussi et scribi, subscribo.

436

Arxiu Diocesà de Girona ©

1229, maig, 27

Bernat de Llabià reconeix tenir en feu pel bisbe de Girona la casa on habita i un clos, situats a la Bisbal, i la meitat del delme de Rupià, pels que fa homenatge.

Cart., p. 233b marge. Reg.: B 565.

Actum est hoc .VI. kalendas iunii anno Domini .MCCXX. nono.
Testes sunt huius rei Guilielmus de Turre, Raimundus de Turre, Raimundus de Monte, Guilielmus de Caciano de Uulpiliacho, Guilielmus de Ferigola baiulus, Redorta.
(s. man.) Bonus Homo, notarius domini episcopi Gerundensis, qui hoc fieri iussi et scribi, subscribo.

437

1229, maig, 31

Ramon d'Olives reconeix tenir pel bisbe de Girona Guillem un terç dels delmes de Sant Pere Pescador i de Cistella i dues parts del de Terrades, i en fa homenatge.

Cart., p. 240a. Reg.: B 550.

Actum est hoc .II. kalendas iunii anno Domini . MCCXXVIIII.
Huius rei testes sunt Sebenc de Uirginibus, Arnallus de Caniano, Arnallus de Palatio, Bernardus de Bancho, sacrista Castilionis, Deusdedit de Terradis archidiaconus.
(s. man.) Bonus Homo, notarius domini episcopi Gerundensis, qui hoc fieri iussi et scribi, subscribo.

438

1229, maig, 31

Sebenc de Verges reconeix tenir en feu pel bisbe Guillem de Girona un terç del delme de Bedenga, (Bellcaire) pel que fa homenatge.

Cart., p. 240b. Reg.: B 553.

Actum est hoc .II. kalendas iunii anno Domini .MCCXX. nono.
Huius rei testes sunt Raimundus de Oliuis, Arnallus de Canan, Arnallus de Palatio, Bernardus de Bancho, sacrista Castilionis.
(s. man.) Bonus Homo, notarius domini episcopi Gerundensis, qui hoc fieri iussi et scribi, subscribo.

439

Arxiu Diocesà de Girona ©

1229, maig, 31

Bernat de Bianya, cavaller, reconeix tenir en feu pel bisbe Guillem de Girona el delme d'Illa.

Cart., p. 240b. Reg.: B 554.

Actum est hoc .II. kalendas iunii anno Domini .MCCXX. nono.
Huius rei testes sunt Sebenc de Uirginibus, Arnallus de Canano, Arnallus de Palatio, Bernardus de Bancho, sacrista Castilionis.
(s. man.) Bonus Homo, notarius domini episcopi Gerundensis, qui hoc fieri iussi et scribi, subscribo.

440

1229, maig, 31

Bernat de Foixà reconeix tenir en feu pel bisbe Guillem de Girona els monars de Roca, situats al riu Ter, a Sedillà, i els delmes que rep al bisbat, pels que havia fet homenatge al bisbe Alemany.

Cart., p. 240b. Reg.: B 555.

Actum est hoc .II. kalendas iunii anno Domini .MCCXX. nono.
Huius rei testes sunt Petrus de Fuxano, Bernardus de Sancto Martino, Guilielmus de Celran, capellanus episcopi.
(s. man.) Bonus Homo, notarius domini episcopi Gerundensis, qui hoc fieri iussi et scribi, subscribo.

441

1229, juny, 1

Gilabert de Cruïlles reconeix al bisbe Guillem de Girona tenir per ell els feus pels que havia fet homenatge al seu predecessor Alemany.

Cart., p. 238b. Reg.: B 568.

Testes huius rei sunt Ferrarius de Crudiliis, Raimundus de Monte, Raimundus de Turrucella de Episcopali.
(s. man.) Bonus Homo, notarius domini episcopi Gerundensis, qui hoc fieri iussi et scribi, subscribo.

442

1229, juny, 1

Arxiu Diocesà de Girona ©

Galceran de Montroig reconeix tenir en feu pel bisbe Guillem de Girona els mateixos delmes que havia reconegut al seu antecessor Alemany d'Aiguaviva.

Cart., p. 239a marge. Reg.: B 557.

Actum est hoc kalendis iunii anno .MCCXX. nono.
Testes huius rei sunt Bernardus de Palacio, Raimundus de Rabonibus, Galardus de Lercio.
(s. man.) Bonus Homo, notarius domini episcopi Gerundensis, qui hoc fieri iussi et scribi, subscribo.

443

1229, juny, 1

Arnau de Navata reconeix tenir en feu pel bisbe Guillem de Girona els feus pels quals havia fet homenatge al seu antecessor Alemany d'Aiguaviva.

Cart., p. 239a. Reg.: B 556.

Actum est hoc kalendis iunii anno .MCCXX. nono.
Huius rei testes sunt Bernardus de Palacio, Raimundus de Rabonibus et Arnallus Raimundi, Deusdedit de Terradis archidiaconus et Galardus de Lercio.
(s. man.) Bonus Homo, notarius domini episcopi Gerundensis, qui hoc fieri iussi et scribi, subscribo.

444

1229, juny, 1

Pere d'Orriols reconeix tenir en feu pel bisbe de Girona tot el delme d'Orriols, pel que fa a la seu una lliura de cera de cens.

Cart., p. 239b. Reg.: B 558.

Actum est hoc kalendis iunii anno Domini .MCCXX. nono.
Testes huius rei sunt Petrus de Cartiliano, Raimundus de Baschara, Guilielmus de Celrano capellanus domini episcopi, Petrus de Cistella.
(s. man.) Bonus Homo, notarius domini episcopi Gerundensis, qui hoc fieri iussi et scribi, subscribo.

445

1229, juny, 1

Ramon de Palau reconeix tenir en feu per Guillem, bisbe de Girona, els mateixos feus que

Arxiu Diocesà de Girona ©

havia reconegut al predecessor d'aquest, Alemany.

Cart., p. 240a. Reg.: B 559.

Actum est hoc kalendis iunii anno Domini .MCCXX. nono.
Testes huius rei sunt Guilielmus de Aquilone, magister Spalei, Raimundus Egidii, Guilielmus de Ferigola, baiulus Episcopalis.
(s. man.) Bonus Homo, notarius domini episcopi Gerundensis, qui hoc fieri iussi et scribi, subscribo.

446

1229, juny, 22

Ramon de Gironella s'obliga sota pena de 50 morabatins, en mà del bisbe Guillem, a procurar que Guillem Bru faci homenatge al mateix bisbe pels delmes de Caldes i Franciac.

Cart., p 171b marge. Reg.: B 561.

Actum est hoc .X. kalendas iulii anno Domini .MCCXX. nono.
Testes huius rei sunt Ferrarius de Ualle et Bernardus de Baschara.
(s. man.) Bonus Homo, notarius domini episcopi Gerundensis, qui hoc fieri iussi et scribi, subscribo.

447

1229, juny, 22

Ramon de Gironella s'obliga davant el bisbe Guillem de Girona a fer per manera que Arnau d'Hostoles rebi en feu del mateix bisbe el delme de Paret Ruff, dues parts del de les Encies i la meitat del de Pallerols.

Cart., p. 171b marge. Reg.: B 560.

Actum est hoc .X. kalendas iulii anno Domini .MCCXX. nono.
Testes huius rei sunt Dalmacius de Domen et Petrus Ginaldi et Bernardus de Baschara et Guilielmus de Curte de Uliano.
(s. man.) Bonus Homo, notarius domini episcopi Gerundensis, qui hoc fieri iussi et scribi, subscribo.

448

1229, juny, 22

Ramon de Fellines, cavaller, reconeix tenir en feu pel bisbe Guillem dues parts del delme

Arxiu Diocesà de Girona ©

de Sant Martí del Far, pel qual fa homenatge.

Cart., p. 174a marge. Reg.: B 562.

Actum est hoc .X. kalendas iulii anno Domini .MCCXX. nono.
Testes huius rei sunt Dalmacius de Domen et Petrus Ginaldi et Bernardus de Baschara et Guilielmus de Curte de Uliano.
(s. man.) Bonus Homo, notarius domini episcopi Gerundensis, qui hoc fieri iussi et scribi, subscribo.

449

1229, juny, 24

Ramon de Rabós reconeix tenir pel bisbe Guillem i la seu de Girona la meitat del delme de Vilajuïga, per la que fa homenatge.

Cart., p. 174a marge. Reg.: B 563.

Actum est hoc .VIII. kalendas iulii anno Domini .MCCXX. nono.
Testes huius rei sunt Guilielmus de Molleto et Guilielmus de Castilione et Arbertus de Colonico et Guilielmus de Celrano, cappellanus episcopi.
(s. man.) Bonus Homo, notarius domini episcopi Gerundensis, qui hoc fieri iussi et scribi, subscribo.

450

1229, juny, 24

Guillem Alió, fill de Pere Corne, de Castelló, reconeix tenir en feu pel bisbe Guillem de Girona una part del delme de Sant Martí del Far, la meitat del de Canelles (de Pontós) i una part del delme de verema de Sant Miquel de Colera.

Cart., p. 240b. Reg.: B 564.

Actum est hoc .VIII. kalendas iulii anno Domini .MCCXX. nono.
Huius rei testes sunt precentor Castilionis, Bernardus Lubeti clericus, Guilielmus Ruffi, Guilielmus Dalmatii, clericus de Castilione.
(s. man.) Bonus Homo, notarius domini episcopi Gerundensis, qui hoc fieri iussi et scribi, subscribo.

451

1229, juliol, 31

Arxiu Diocesà de Girona ©

Guillem de Vilarig reconeix tenir pel bisbe Guillem de Girona en feu el delme de Vilarig.

Cart., p. 239b. Reg.: B 565.

Actum est hoc .II. kalendas augusti anno .MCCXX. nono.
Huius rei testes sunt Berengarius de Uillarico clericus, frater eius, Arbertus de Colonico canonicus Gerundensis, Petrus Alerius, Bernardus Ahsen.
(s. man.) Bonus Homo, notarius domini episcopi Gerundensis, qui hoc fieri iussi et scribi, subscribo.

452

1229, agost, l 8

Guillem de Cervià dóna firma dc dret al bisbe Guillem de Girona, amb penyora de 50 aurei, pels quals obliga la seva possessió de Bevià a Madremanya, a fi d'esrnenar malifetes que perjudicaren la seu i certs monestirs.

Cart., p. 240b. Reg.: B 567.

Actum est hoc .XV. kalendas septembris anno .MCCXX. nono.
Huius rei testes sunt Ferrarius de Sancto Acisclo et Felix de Milicia et Iohannes de Faro et Arnallus de Monteacuto.
(s. man.) Bonus Homo, notarius domini episcopi Gerundensis, qui hoc fieri iussi et scribi, subscribo.

453

(1229), 1230, març, 1

Berenguer de Mazaia *reconeix tenir en feu pel bisbe Guillem de Girona els delmes de Madremanya i Sant Martí Vell.*

Cart., p. 239b. Reg.: B 549, que data de 1229.

Actum est hoc kalendis marcii anno Domini .MCCXX. nono.
Huius rei testes sunt Raimundus de Gerundella precentor ecclesie Gerundensis.
(s. man.) Bonus Homo, notarius domini episcopi Gerundensis, qui hoc fieri iussi et scribi, subscribo.

454

(1232), 1233, gener, 1

Guerau, vescomte de Cabrera, defineix a Pere Mut, de Salt, el domini que té sobre ell per

Arxiu Diocesà de Girona ©

raó de guarda o cens, per 100 sous de plata dels de 88 el marc.

Cart., p. 265b marge. Reg.: B 570.

Actum est hoc kalendis ianuarii anno Domini .MCCXXXII.
Sig+num Geralli, Dei gratia uicecomitis Caprarie, qui hoc firmo et laudo. Sig+num domine Raimunde, uxoris predicti Geralli, qui supradictam diffinicionem laudo et concedo. Sig+num Bernardi de Basilia, uicarii. Sig+num Arnalli Freneri, baiuli. Sig+num Bernardi de Salent. Sig+num Bertrandi de Tornamira. Sig+num Bernardi de Sancto Celedonio.
Raimundus de Catiano, qui hoc scripsit mandato Bernardi de Uico, publici Gerunde notario. Ego Bernardus de Uico, publicus Gerunde notarius (s. man.) subscribo.
(s. man.) Ollarius, notarius domini Guilielmi, Gerundensis episcopi, hoc fideliter .VII. idus augusti anno Domini .MCCXXXVI. translataui.

455

1233, novembre, 22

El bisbe Guillem de Cabanelles firma a Quartó el feu de la venda que Oliver de Llorà ha fet a aquest del mas on habita Mascot de Daró, situat a la parròquia de la Bisbal, i en rep 100 sous bar. i homenatge.

Cart., p. 132a. Reg.: B 572.

Actum est hoc .X. kalendas decembris anno Domini .MCCXXXIII. Sig+num Bernardi de Iafero et Bernardi de Fonte Roserio et Bernardi de Rogacionibus, huius tei testium.
(s. man.) Ollarius, notarius domini Guilielmi, Dei gratia Gerundensis episcopi, hoc scripsit die et anno quibus supra.

456

(1233), 1234, març. Tarragona

El rei Jaume I pren diverses mesures contra certs abusos de veguers, batlles i escrivans del bisbat de Girona.

Cart., p. 37ab. Reg.: B 571.

Iacobus Dei gratia rex Aragonum et regni Maioricarum, comes Barchinone et Urgellensis ac dominus Montispessulani, dilectis suis uicariis, baiulis, tabellionibus per Gerundensem episcopatum Constitutis et uniuersis probis hominibus Gerunde salutem et dilectionem. Ex frequenti relatione audiuimus quod quidam de conuicinibus uestris accipiunt quando nostros quando ahos homlnes sub sua manutenencia atque guarda. Item audiuimus quod tabelliones ponunt et faciunt in suis scribaniis quosdam pueros et homines simplices qui in dampnum plurium falli possunt de facili et corrumpi. Audiuimus etiam quod quidam uestrum de quibusdam iuribus nostris sub pretextu laboris exigunt et accipiunt partem iuris

Arxiu Diocesà de Girona ©

nostri in dampnum nostrum. Item audiuimus quod iudei retinent penes se et se habere negant originalia instrumenta quando eis debita persoluuntur, faciendo quedam alia instrumenta diffinitionis que dicuntur *esguabs*, in dampnum debitoris non modicum siue fraudem. Uerum cum hec omnia supradicta ad diminutionem iuris nostri sint et multorum incommodum, mandamus uobis uniuersis et singulis sub pena corporis et aueri quod huiusmodi manutenentias siue guardas reuocetis penitus et soluatis et nichil abinde exigatis uel exigi faciatis et ipso iure sint irrite et nulle. Et tabelliones tales teneant scriptores qui sapientes sint et ydoneos ad officium scribanie et non faciant instrumenta nec testes ponant improuisos uel incognitos in eisdem nec partes principales et note ab ipsis uel a conuicinis suis et fideiussores et testes presentes fuerint coram ipsis nec predicti consiliarii aliquid accipiant in diminutionem iuris nostri. Iudei quoque qui reddere noluerint, debitis persolutis, originalia instrumenta, iurent super legem suam coram tabellione uel iudice nostro se illa non habere uel scire nec etiam in fraude alicuius retinere, mandantes firmiter prout possumus dictis uica [p. 37b]riis et baiulis statutis uel statuendis quod hec omnia supradicta uniuersa et singula faciant ex parte nostra firmiter obseruari, fractores uel rebelles si quis inuenerit grauiter puniendo in corpore et auere.
Datum Terracone .XV. kalendas aprilis anno Domini .MCCXXXIII.

457

1235, abril, 9

Guillem de Blanes reconeix a Adelaida de Rupià i a Guillema, filla de Bernat de Rupià, tenirper elles un terç del delme de Vulpellac i un quart del delme d'Ullastret, i en fa homenatge.

Cart., f. 410v. O.: ADG, *Mitra*, c. 3, núm. 29. Reg.: B 401; J. M. MARQUÈS, *Pergamins*, núm. 157.

Actum est hoc .V. idus aprilis anno Domini .MCCXXXV.
Sig+num Guilielmi de Blandis, qui hoc laudo. Sig+num Azaladis de Rupiano. Sig+num Guilielme eius filie, qui hoc totum laudamus et firmamus. Sig+num Arnalli de Anglesio. Sig+num Bernardi de Sancto Roman. Sig+num Raimundi de Coto. Sig+num Petri de Riuo.
Raimundus de Medaiola, presbiter qui hoc scripsit tenens locum Guilielmi Capell, Guixalensis et publici notarii.

458

1236, maig, 19

Arbitratge del bisbe Guillem de Girona en la causa entre Guillem de Cornellà, canonge i prepòsit de Gener de la seu, i Ramon Guifred de Mata sobre la batllia de Mata de Viladesens i el cens de les cases de Gultred i Joan Llucià.

Cart., p . 274 marge. Reg.: B 573.

Sit notum cunctis quod post multas contenciones diu habitas inter Guilielmum de

Arxiu Diocesà de Girona ©

Corneliano Gerundensem presbiterum canonicum et prepositum mensis ianuarii ex una parte, et et Raimundum Guifredum de Mata ex altera, super baiulia de Mata de Uilla Asinorum et super censum domorum Gultredi et Iohannis Luciani qui fuit et quibusdam aliis et per sententiam diffinitiuam contra ipsum Raimundum pro dicto Guilielmo preposito a Iohanne de Mercatallo, officiali domini Guilielmi Gerundensis episcopi, super hoc lata, de qua ad ipsum episcopum fuerat appellatum, episcopus ipse dum de ipsa appellatione cognosceret, amicabilem fecit inter eosdem compositionem, talem scilicet quod Raimundus Guifredus et sui heredes in perpetuum dictam baiuliam ad seruicium et fidelitatem Gerundensis ecclesie pro dicto preposito et suis successoribus habeant et teneant, pro qua ratione ipsius baiulie retrodecimum tantum accipiant de omnibus expletis et illam comestionem quam in mansis accipere consueuit et unum anserem et .II. fogacias et .I. quarteriam uini quam accipere consueuit in manso de Rocha. Accipiat etiam in laudismiis et terciis et foriscapiis et redemptionibus hominum illud quod accipere consueuit et non teneatur ex debito albergam facere preposito; in denariis autem censalibus de' gallinis et fogaciis nichil accipiat nec in albergis si prepositus uoluerit id accipere, nichil accipiat. Item dixit dominus episcopus quod dictus Raimundus Guifredus et sui perpetuo habeant illam uineam de Brugera, de cuius agrariis dabit .VII. mensuram et quod habeat et teneat ipsum campum qui est super stratam publicam que solebat esse uinea capellani Ville Asinorum, de qua dabit semper preposito .I. par gallinarum pro censu et unam tascam de expletis, et quod prepositus habeat ro francho alodio illas domos que sunt Gultredi et Iohannis Luciani et accipiat totum censum sine omni impedimento Raimundi Guifredi et suorum.
Actum est hoc .XIII. kalendas iunii anno Domini .MCCXXXVI.
Sig+num Petri de Fuxano, sig+num Petri Moreti, testes. Sig+num Guilielmi, Dei gratia Gerundensis episcopi. Ego Raimundus abbas Sancti Felicis Gerunde subscribo. +Ego Bernardus de Monellis, Silue archidiaconus, subscribo. Sig+num Guilielmi de Corneliano, Gerundensis presbiteri, canonici etprepositi mensis ianuarii.
Guilielmus presbiter, qui hoc scripsit.

459

1236, maig, 30

Bernat de Foixà reconeix tenir pel bisbe Guillem de Girona i per la seu els delmes de Gaüses i Viladesens, i els monars de Roca, situats al riu Ter, a Sedillà, pels que fa hornenatge.

Cart., p. 241a. Reg.: B 574.

Actum est hoc .III. kalendas iunii anno Domini .MCCXXXVI.
Sig+num Bernardi de Fuxano, qui hoc firmo et laudo. Sig+num Arnalli de Mozeto. Sig+num Petri de Fuxano. Sig+num Raimundi de Fuxano, testium.
(s. man.) Ollarius, notarius domini Guilielmi, Gerundensis episcopi, hoc scripsit die et anno quibus supra.

Arxiu Diocesà de Girona ©

460

(1237), 1238, març, 11

Ramon de Rocacorba reconeix tenir pel bisbe Guillem de Girona el delme de Granollers de Rocacorba, pel que fa homenatge.

Cart., p. 174a marge. Reg.: B 575.

Actum est hoc .V. idus marcii anno Domini .MCCXXXVII.
Testes huius rei sunt Raimundus, abbas Uillebertrandi, Petrus Raimundi, prior Uillebertrandi, Guilielmus de Orto, capellanus domini episcopi, Iohannes clericus de Uillamarino, Arnaldus Ribotus, clericus de Fuxano, Bernardus Gaufridus de Bisulduno.
(s. man.) Ollarius, notarius domini episcopi, hoc scripsit die et anno quibus supra.

461

1238, juny, 14

Galceran de Cartellà i la seva esposa Agnès funden un benefici a l'altar de Santa Maria del castell de Cartellà i el doten amb els béns que s'enurneren.

Cart., pp. 193a-194a. Còpia: ADG, Dotalies 1, ff. 298-300. Reg.: B 577.

Quicumque eternum uult uitare incendium celorumque adquirere regnum, necesse est illi ut dum in hac fragili carnis materia deget uiam salutis preparet et opera pietatis iugiter exercendo quam pro Christo dederit illic centupliter remunerari se sciat ubi cum Christo regnare sine fine se sperat. Hec igitur cernentes assidue et cotidie animo reuoluentes ego Gaucerandus de Cartiliano et Agnes uxor mea, ad honorem Dei omnipotentis et sancte matris Ecclesie in qua idem sacerdos est et sacrificium Ihesu Christi, bono animo et gratuita uoluntate, ob remedium animarum nostrarum et omnium antecessorum nostrorum et omnium fidelium defunctorum unum instituimus sacerdotem in capella castri nostri de Cartiliano qui specialiter teneatur in altari Sancte Marie quod situm est in eadem capella siue ecclesia pro nobis et pro omnibus fidelibus defunctis sacrificium Deo offerre et nocturnum pariter et diurnum officium semper in dicta ecclesia celebrare. Ad cuius sacerdotis institucionem et uictualium et uestium necessitatem, nos dicti Gaucerandus et Agnes donamus, offerimus et pro libero et franco alodio perpetuo assignamus mansum de Succimania cum omni laboracione et omni proprietate sua. Item mansum de Hedera cum hominibus et feminis et cum omni integritate et proprietate sua. Item assignamus eidem institucioni quinque squillatas bladi censuales ad mensuram Gerunde in fabrica nostra de Cartiliano in unoquoque anno et alias quinque squillatas bladi in nostra decima de Sancto Gregorio et duas somatas de uino, una scilicet quam Gumbaldus de Riera et aliam quam Guilielmus de Riera nobis quolibet anno censuales faciunt. Item assignamus post obitum nostrum eidem institucioni unam fexiam terre quam habemus in prato, quam per nos solebat laborare Arnallus de Garraueto et aliam fexiam quam Bernardus de Ciiario tenet ibi per nos ad uiolarium et illud ferragenale in presenti quod est iuxta nostram triliam, que

Arxiu Diocesà de Girona ©

omnia sunt in parrochia Sancti Felicis de Cartiliano. Item assignamus institucioni omnes oliuarias quas nos habemus in parrochia Sancte Marie de Ginestar et in parrochia Sancti Vincentii de Caneto, in loco qui dicitur Serra Longa et in parrochia Sancti Felicis de Cartiliano, excepta una oliuaria quam nos emimus iuxta ecclesiam Sancti Felicis, quam nos retinemus. Item donamus et assignamus et statuimus eidem institutioni ut nos de omni uita nostra et successores nostri qui locum nostrum tenuerint in dicto castro de Cartiliano post nos semper teneamur quolibet anno pro media parte anni dicto presbitero cum suo clericulo in comestionibus honorifice prouidere. Item assignamus eidem institucioni unum quartonum olei quod nos recipimus annuatim pro censu in manso Guilielmi de Riera, et ipse presbiter faciat ardere die et nocte omni tempore unam lampadam ante altare Beate Marie quod est in dicta capella. Hec inquam omnia predicta [p. 193b] in presenti cum hac carta perpetuo ualitura pro libero et francho et prorsus immuni ab omni dominio et seruitute dicti castri et eius omnium detentorum Deo et dicto dltari Sancte Marie et presbitero ibidem ipsum officium celebranti, sicut melius dici uel intelligi potest ad comodum et utilitatem ipsius altaris et presbiteri. Sub tali uidelicet forma et modo predictum stabilimentum facimus ut presbiter in eodem altari institutus faciat predictum officium ut predictum est et totum predictum honorem et censum et redditum et uictum libere habeat et quiete possideat, incolet et iuste aucmentet (sic) ad sui commodum et altaris et successorum suorum sine impedimento et contradimento nostri et omnium successorum nostrorum. de cuius honoris fructibus, censibus, redditibus et uictu et prouentibus dictus presbiter sibi et uno clericulo qui semper secum habeat prouideat, tam in uictualibus quam in ceteris aliis necessitatibus eis competentibus. Uendendi autem et obligandi uel alio modo alienandi aliquid de predictis rebus nisi ad bonum et commodum dicti altaris et presbiteratus dictus presbiter nullam prorsus habeat potestatem, ad cuius sacerdotis institucionem et dicte capelle officii et altaris administracionem in presenti eligimus et statuimus Poncium clericum sacerdotem cui predicta omnia uniuersa et singula, cum hominibus et feminis, intratibus et exitibus et honoribus cultis et heremis et arboribus diuersorum generum et omnibus aliis quecumque dici uel excogitari possunt que ad nos in ipsis rebus iure dominii uel aliquo alio modo pertineant, integre assignamus et eum in corporalem posessionem dictorum mittimus atque ponimus rerum, promittendo per nos ipsos et per omnes successores nostros predicta omnia ipsi presbitero et omnibus successoribus eius predictum altare seruientibus facere habere et tenere in pace et esse deffensores et garentes contra cunctam uiuentem personam et omnia predicta in perpetuúm attendere ut predictum est et fideliter obseruare, remittendo, donando et offerendo dicto altari et eius presbitero predicta omnia et quidquid iuris nos in ipsis rebus habemus uel aliquo modo uel ratione uel consuetudine aliqua ibi habere debemus. Ad obitum uero presbiteri ibidem instituti uel eius translationem ad alium locum, nos dicti Gaucerandus et Agnes, unus post alterum, et post nos quilibet de successoribus nostris in dicto castro successiue plenam et liberam habeamus licentiam instituendi ibidem sacerdotem idoneum qui dicte ecclesie et altari cum suo clericulo commode deseruire et in propria persona suum officium ualeat exercere; institutionem tamen dicti presbiteri per nos uel aliquis de successoribus nostris facta representacio ipsius ad dominum Gerundensem episcopum qui plenius de meritis et uita eius cognoscet, fiat. Porro si nos uel successores nostri fuerimus negligentes circa dicti presbiteri institutionem post tres menses a tempore mortis ipsius, statim dominus Gerundensis episcopus liberam habeat facultatem ibidem instituendi dictum presbiterum qui digne dictum ipsum officium possit, uelit et ualeat adimplere, sub cuius episcopi guardia, protectione et defensione dictam capellam cum omnibus rebus suis et dictum presbiterum [p. 194a] semper uolumus permanere. Qui dictus

Arxiu Diocesà de Girona ©

presbiter teneatur prestare annuatim pro dicta guarda in festo Natalis Domini dicto domino episcopo tantum .XII. denarios barchinonensis monete et nichil alium, et sub hoc tenore hanc predictam institucionem inconctissam et illibatam per nos et per omnes nostros successores inuiolabiliter et perpetuo uolumus conseruari. Si quis autem hoc rumpere uoluerit non ualeat, imo iram Dei omnipotentis Patris et Filii et Spiritus Sancti mereatur et cum Iuda proditore penas sustineat sine fine. Et ego Arnallus Guilielmi de Cartiliano antedictus predictum stabilimentum dictorum dominorum et parentum meorum Gaucerandi et Agnetis bonum et utile esse laudo et concedo omnia predicta uniuersa et singula, promittens ea omnia in perpetuum obseruare et non in aliquo contrauenire. Et ut hec predicta maius robur obtineant, iuro per Deum et super sancta .IIIIor Dei Euangelia meis propriis manibus tacta omnia predicta a prima linea usque ad ultimam complere fideliter et attendere.
Actum est hoc pridie idus iunii anno Domini .MCCXXXVIII. Sig+num Gaucerandi de Cartiliano, sig+num Agnetis uxoris eius, qui hoc laudamus et firmamus firmarique rogamus. Sig+num Arnalli Guilielmi, qui hoc iuro, laudo et firmo. Sig+num Guilielmi de Insula. Sig+num Bernardi de Uiridaria, testium.
(s. man.) Petrus Isarni, subdiachonus, qui hoc scripsit die et anno quo supra.

462

1238, desembre, 15

El bisbe i el capítol de la seu concedeixen a Cervià, canonge, i als beneficiats del Sant Sepulcre llicència per cloure un indret dit Volta, situat a l'escala de la seu.

Cart., p. 313a. Reg.: B 576.

Nouerint uniuersi quod nos Guilielmus, Dei gratia Gerundensis episcopus et uniuersum capitulum Gerundensis ecclesie, attendentes indecens et inhonestum esse iuxta locum sacrum sordes negligere, damus et concedimus tibi Ceruiano predicte ecclesie presbitero et canonico et tenentibus locum et domos altaris Sepulcri licentiam et potestatem claudendi locum illum qui Uoltam uulgariter appellant et carrariam que ibi est, ubi diu fuit receptaculum sordium, subtus scalam ecclesie Beate Marie iuxta domos altaris Sepulcri quas nunc tenes; tenearis ibi de licentia nostra facere ex unaquaque parte, uidelicet uersus orientem et uersus circium portalia et portas ut si forte necessitas immineret possit inde transitus haberi, que porte clause permaneant nisi clerici uel eorum nuncii inde transire uelint. Neminem igitur liceat de cetero hoc quod tibi ob communem utilitatem concessimus reuocare.
Actum est hoc .XVIII. kalendas ianuarii anno Domini .MCCXXXVIII.
Sig+num Guilielmi, Dei gratia Gerundensis episcopi. Ego Guilielmus de Montegrino, Gerundensis sacrista, subscribo. Ego Raimundus, abbas Sancti Felicis Gerunde, subscribo. +Ego Bernardus de Monellis, Silue archidiaconus, subscribo. +Raimundus de Monterubeo, Gerundensis archileuita. (s. man.) Ego Bernardus de Albuciano, Bisullunensis archidiaconus, subscribo. Ego Guilielmus de Cartiliano subscribo. (s. man.) Berengarius de Prato. Sig+num Arnalli de Miniana. Sig+num Bernardi de Chexanis. +Berengarius de Locustaria, presbiter et sacrista secundus. Ego Guilielmus de Palacio subscribo. +Ego Arnallus de Oliuis, Gerundensis presbiter et canonicus, subscribo. +Guilielmus de

Arxiu Diocesà de Girona ©

Uillanoua. Ego Bernardus de Saltu, presbiter canonicus, hoc firmo. Ego Bernardus de Belestar, Gerundensis presbiter et canonicus, subscribo. Ego Petrus de Cistella, presbiter canonicus ecclesie Gerundensis, subscribo. Sig+num Raimundi de Cartiliano. +Bernardus de Uillafredario presbiter. Sig+num Guilielmi de Corniliano, Gerundensis presbiter canonicus.
Raimundus de Costa, qui hoc scripsi cum litteris rasis et emendatis in .V. linea, die et anno quo su(s. man.)pra.

463

1242, maig, 23

*Arnau de Navata, senyor de Peralada, reconeix tenir en feu pel bisbe de Girona, Guillem, els masos de Ramon de Palomer (*Palumario*) i Deusalvet de Palomer i Bernat Roig de la vila de Boadella, parròquia de Santa Cecília de Terrades, per raó d'un quart del delme de Sant Esteve de Bas, que ha venut a l'atorgant Guillem de Vilamarí, cavaller, i que aquest ja tenia en feu, pel que fa homenatge.*

Cart., p. 241a. Ed.: MARQUÈS-CONSTANS, *Navata*, p. 235. Reg.: B 578.

Actum est hoc .X. kalendas iunii anno Domini .MCCXL. secundo.
Sig+num Arnalli de Nauata, qui hoc firmo et laudo. Sig+num Guilielmi de Uilamarino. Sig+num Raimundi de Nogeria. Sig+num Arnaldi de Uillamarino pelliparii, huius rei testium.
(s. man.) Petrus Uitalis notarius domini episcopi, qui hoc scripsit die et anno quibus supra.

464

1245, març, 28

Sentència d'Arnau de Miana en la causa entre Guillem de Cornellà, prepòsit de Juny a la seu, i Berenguer de Canelles, home propi seu, per haver aquest casat sense consentiment d'aquell la seva filla Estefania amb el fill de Pere Miró de Garriga; la sentència obliga les persones que surtin del mas de Canelles a redimir-se, i a Berenguer a cabrevar totes les possessions que té per la prepositura i a definir a la seu els habitants del mas de Vilarrasa.

Cart., p. 254 marge - 255 marge (text deteriorat). Reg.: B 579.

Questione mota inter Guilielmum de Corniliano, prepositum mensis Ianuarii agentem ex una parte, et Berengarium de Canellis ex altera, libellum suum Guilielmus de Coneliano obtulit in hunc modum. Ponit Guilielmus de Corneliano, prepositus mensis Ianuarii, nomine suo et ecclesie Gerundensis contra Berengarium de Canellis proprium hominem Gerundensis ecclesie, quod ipse sine consilio suo et eo irrequisito tradidit in uxorem filiam suam cuidam filio Petri Mir de Garriga, qui est alterius iurisdictionis. Unde petit predictus Guilielmus nomine suo et ecclesie Gerundensis mulierem sibi restitui, reducendo eam in manso suo de Canellis, uel quod redirnat eam ab ipso et ecclesia Gerundensi. Item petit eodem modo quod idem Berengarius ostendat sibi posessiones et fines posessionum quas

Arxiu Diocesà de Girona ©

tenet pro ecclesia supradicta et instrumenta inde confecta, et si aliquid aliud tenet pro ecclesia iam dicta, et hoc dicit saluo iure addendi et cetera. Et Berengarius iam dictus litem contestando respondit libello quod erat proprius homo dicti prepositi, uerumtamen dicebat quod aliquis qui exiret de manso de Canellis non debebat se redimere, et ideo Stephaniam filiam suam inconsulto preposito sibi licuit maritare. Et prepositus negauit aliquem posse exire de maso predicto absque redemptione, seu uoluntate prepositi. Respondit etiam dictus Berengarius quod ostenderet que tenebat et qualiter tenebat per prepositiram, et etiam omnia instrumenta de his mencionem facientia. Item Guilielmus de Corniliano secundum libellum obtulit in hunc modum. Ponit Guilielmus de Corniliano quod instrumentum transactionis seu compositionis quod est ab ipso Berengario in iure ostensum et ipsa compositio fuit factum et facta in dampnum et detrimentum ecclesie Gerundensis, eo quod fuit dictum quod dictus Berengarius et sui haberent totum carnaticum et lanam et canabum et linum et milcam decime et alia que in instrumento compositionis continentur que accipi non debent, unde cum in hiis lesa sit ecclesia Gerundensis, et cotidie ledatur, preser~im cum res ille sint spiritualis super quibus transactio interuenire non potest nec debet, et mediante peccunia fuit facta compositio predicta, implorat nomine suo et ecclesie Gerundensis et prepositure predicte beneficium restitucionis et ne in futurum aliquid de predictis recipiat dictus Berengarius, maxime etiam cum dictum instrumentum sit (...) honoribus seu posessionibus de nouo non constituatur capitulo preposituris. Ad que iam dictus Berengarius (...) uerum fore factum in capitulo Gerundensi quod non statueretur de nouo baiulus ab aliquo sine consensu capituli, sed non credebat se baiulum esse de nouo instituendus, cum ipse et antecessores sui (...) que in instrumento composicionis continetur, accipere consueuerunt (...) poterat dictus Guilielmus implorare beneficium restitutionis, cum quadriennium foret elapsum (...) Item tercium obtulit libellum dictus Guilielmus de Corneliano in hunc modum. Ponit Guilielmus de Corneliano quod ecclesia Gerundensis consueuit habere homines (…) unde non potuit dictus Berengarius instituere homines habitantes ibidem qui sint ecclesie Gerundensis et prepositure mensis ianuarii uel quod disinat (...) Et Berengarius memoratus litem contestando negauit omnia que in libello continebantur. Et factis propositionibus ab utraque parte super premissis (...)tionibus testium (...) repertis etiam instrumentis in iure ostensis Arnallo de Miniana, iudex datus a Guilielmo de Corneliano memorato (...) partis utriusque et facta hinc inde renuntiatione et habito prudentum consilio diffinitiue (...) pendente defuncta a peticione a se intentata in primo libello et Guilielmum de Corniliano in eadem condemnauit [p. 255] saluo iure prepositi prelibati contra Stephaniam filiam Berengarii de Canellis condam et omnes alios qui exierint de manso de Canellis uel exire uoluerint absque redemptione. Item condemnauit Petrum de Canellis quod iuret Guilielmo de Corneliano se ostendisse que tenet pro eo et eciam instrumenta de his mencionem facientia et quod ostendat ei cum amplius scierit se tenere pro eo. Item absoluit Petrum de Canellis a restitucione contra se intentata in secundo libello, et in eadem Guilielmum de Corniliano condempnauit, saluo iure prepositi prelibati si aliam actionem intentare uoluerit contra Petrum de Canellis pro his que in libello et etiam in instrumento compositionis continentur. Item in tercio libello sententiando diffinitiue adiudicauit Guilielmo de Corneliano preposito iam dicto quod Petrus de Canellis institueret homines habitantes in manso de Villarasa qui sint proprii ecclesie Gerundensis uel quod diffiniat predictum mansum preposito prelibato et Petrum de Canellis in predictis condempnauit.

Lata fuit hec sententia quinto kalendas aprilis anno Domini .MCCXL. quinto.

Sig+num Arnalli de Miniana.

Arxiu Diocesà de Girona ©

(s. man.) Ego Berengarius de Albera qui hoc scripsi cum litteris suprascriptis in .II. nea et in .IIII. et in et in .XV. et in .XXV., die et anno quo supra. [p. 256a]

465

1249, abril, 16

Gener, fill d'Arnau Gironés, de Dorneny, reconeix ser home propi del bisbe Berenguer de Girona, i que si habités fora de Domeny o de Girona, essent requerit a tornar-hi, i no hi tornés en el termini de set dies, perdria el dret i benefici que té a la parròquia de Sant Feliu de Paret Rufí, i especialrnent el mas que havia estat de Narbona Gironés.

Cart., p. 356b. Reg.: B 580.

Actum est hoc .XVI. kalendas madii anno Domini .MCCXLVIIII.
Sig+num Ienerii, filii Arnaldi Gerundensis de Domeyn, qui hoc firmo firmarique rogo. Sig+num Guilielmi de Sancto Petro, baiuli de Pariete Rufino. Sig+num Arnaldi de Uiridaria de Domeyn, testium.
Sig+num Petri Ferrarii, notarii domini Berengarii, Gerundensis episcopi, qui hoc scripsit die et anno quo supra.

466

(ca. 1250)

Capbreu dels horts novells de la Bisbal, amb els censos que paga cada un.

Cart., p. 367b. Reg.: B 636.

Hoc est caput breue de ortis nouellis. Guilielmus de Catiano tenet .III. ortos et donat solidos .VII. de quaterno. Petrus
Pelliparius, .III. solidos et .VIII. denarios pro duobus ortis. Berengarius Baiuli, .III. solidos et .VIII. denarios pro .II. ortis. Guilielmus Redorta, .III. solidos et dimidium pro .II. ortis. Bonetus Magister, .III. solidos et dimidium pro .II. ortis. Frugellus, .XXI. denarios pro .I. orto. Guilielmus de Aspello, .III. solidos et dimidium pro . II. ortis. Borrazanus, .III. solidos et dimidium pro .II. ortis. Berengarius de Laneriis, .XXI. denarios pro orto. Petrus Maria, .III. so1iddos et diimidium pro .II. ortis. Guilielmus de Figueres, .III. solidos et dirnidium pro .II. ortis. Ferrarius Textor, .III. solidos et dimidium pro .II. ortis. Merchaterius Sala, .XXI. denarios pro orto. Berengarius de Rabiosis, .VII. solidos pro .IIII. ortis. Petrus Gualcherius, .III. solidos et dimidium pro .II. ortis, et donat pro orto qui se tenet cum suis domibus .I. migeriam frumenti. Raimundus de Puteo, .III. solidos et dimidium pro .II. ortis. Cappellanus, .V. solidos et .III. denarios pro tribus ortis et .VI. solidos pro .IIII. ortis. Petrus Saurinus, .VII. solidos pro .IIII. ortis. Arnaldus Ricsendis, .XVIII. denarios pro .I. orto. Guilielmus Catalanus, .VIII. solidos et obolum pro .IIII. ortis et dimidium. Berengarius de Figueriis et frater suus Gilmondus, .III. solidos et dimidium pro .II.ortis. Petrus Stephanus, .X. denarios et obolum pro medio orto. Bernardus Jordanus, .XII. denarios pro medio orto. Petrus Sala, .VII. solidos et .IIII. denarios pro .IIII. ortis. R de (blanc), .VII. solidos et .IIII. denarios

Arxiu Diocesà de Girona ©

similiter pro .IIII. ortis. Petrus Ferrarius textor, .III. solidos et .VIII. denarios pro .II. ortis. Bernardus Iuenus, .III. solidos et .VIII. denarios pro .II. ortis. Bernardus de Laneriis, .II. solidos et .VII. denarios et obolum pro uno orto et dimidio. Gaufredus Columbus, .III. solidos et dimidum pro .II. ortis. Bonetus Bessonus, .X. denarios et obolum pro medio orto. Bernardus Ollarii, .XXI. denarios pro .I. orto. Raimundus Sextellare, .XXIIII. denarios pro uno orto. Strutius, . II. solidos et .II.denarios et pagesam pro uno orto et quarta parte alterius, et pro alio orto .XVIIII. denarios. Guilielmus Gaufridus, .III. solidos et dimidum pro .II. ortis. Berengarius de Podio, .XXI. denarios pro .I. orto. Narbonensis et soror eius Saurimunda, .XXI. denarios pro uno orto. Arnaldus Stephanus, .II. solidos et . II. denarios et pugesa (sic) pro uno orto et quartono alterius. Uitalonus, .II.solidos et .II. denarios et pugesam pro uno orto et quarta parte alterius. Guilielmus Flecarius, .II. solidos et .II. denarios et pugesam pro .I. orto et quarta parte alterius. Raimundus Niela .XXIII. denarios pro .I. orto. Bernardus Montaner, .XXIII. denarios pro uno orto. Siluanus, .IIII. solidos et .IIII. denarios et obolum pro .II. ortis et dimidium. Uitalis de Ruppe, .XII. solidos et .III. denarios pro .VII. ortis. Raimundus Uenrellus et soror sua, .VI. solidos et .V. denarios et obolum pro .III. ortis et dimidium. Bernardus Ferrarius de Uillario cum nepote suo Castilione, .VI. solidos et . III. obolos pro .III. ortis et dimidium. Barulus, .VI. solidos et .III. denarios et obolum pro .III. ortis et dimidium. Petrus Stephanus de Uillario, .VI. solidos et .III. denarios et obolum pro .III. ortis et dimidium. Berengarius de Ruffa, .XXIII. denarios pro .I. orto. Raimundus de Laneriis .XXIII. denarios pro alio orto. Gerundensis Ferrarius, .III. solidos et .VIII. denarios pro .III. ortis. Iohannes Sago, .III. solidos et dimidium pro .II. ortis. Bernardus de Ferigola, .III. solidos et dimidium pro .II. ortis.

467

(ca. 1250)

Memorial dels terminis de cobrament dels censos de la Bisbal.

Cart., p. 373 marge Reg.: B 637.

Hoc est memoriale de censibus exientibus de Episcopali
In festo Sancti Felicis soluunt quolibet anno .CCXL. solidos istius monete de terno pro portis.
Item in tempore post Sanctum Michelem soluitur quolibet anno precium decime carnium.
Item in festo Natalis Domini soluuntur pro pernis quolibet anno .X. solidos et .Vi. denarios et obolum eiusdem monete.
Item in eodem festo, de censibus minutis .XII. solidos minus .II. denarios eiusdem monete.
Item in eodem festo, de censibus orte ueteris .LVIIII. solidos et .I. denarium monete de terno.
Item in eodem festo .XCVIII. solidos monete curribilis de honore Guilielmi de Caciano.
Item in festo Pasche de arietibus .XC. solidos et .VIII. denarios de moneta de terno, de quibus accipit dominus episcopus .XXIIII. solidos et Gilabertus totum residuum.
Item in festo Pentecosthes .XVIII. solidos et .VIII. denarios pro asts, monete cle terno.
Item in festo Sancti Felicis de fexiis condamine .C. migerias ordei et .I. migeria frumenti, Et de alia condamina .XXXII. migerias frumenti. Et apud Fontem Azetum .I. esminam siliginis et .I. quarteriam ordei. Et apud Sanctum Paulum .I. migeriam frumenti.

Arxiu Diocesà de Girona ©

Item de molendino de Raig pro censu .IIII. migerias frumenti.
Item de uino botaggii .XXVI. migerias et quarteria uini.
Preterea precium furni, quod persoluitur in aliquo tempore anni.
Item de manso Salendini in festo Natalis .V. solidos et .IIII. denarios et .I. par caponum.
Item in festo Omnium Sanctorum .LIII. paria et dimidium caponum.
Item in festo Natalis .LXXVI. paria gallinarum.
Item una libra piperis de scribania.
Item in festo Pentecosthes .XXIIII. pullos pro austore.

468

1255, juliol, 16

Clàusula del testarnent de Jusiana, vídua de Pere de Cervera, que institueix a l'església de Sant Daniel un benefici dotat amb tots els béns que té a Setcases, i mana a l'abadessa que doni a l'obtentor aliments i vuit mazmutines cada any per al vestit, amb obligació de celebrar misses per ella, pel seu germà Hug, comte d'Empúries, i pel seu marit, Pere de Cervera; confereix el benefici a Arnau de Mexella, i el dret de presentació dels successors d'aquest a l'abadessa, a la qual substitueix, cas de retard en la provisió, el bisbe de Girona.

Cart., p. 194a. Altra còpia; ADG, Dotalies 4, f. 9. Reg.: B 581.

Quod quidem testamentum fuit factum per manum Petri de Sancta Maria et subscriptum per manum Raimundi de Prato, gerentis uicem Bernardi de Prato, publici scriptoris Sancti Petri de Bisulluno, .XVII. kalendas augusti anno Domini .MCCL. quinto.

469

1256, maig, 26

Arnau de Sant Iscle reconeix tenir en feu pel bisbe Pere de Girona el delme de Sant Iscle del comtat d'Empúries, pel que fa homenatge.

Cart., p. 238a marge inf. Reg.: B 584.

Actum est hoc .VI. kalendas iunii anno Domini .MCCL. sexto.
Testes huius rei sunt Dalmacius de Mediniano, Bernardus de Chexanis, magister Raimundus Iohannis et Poncius de Monteacuto et Guilielmus de Uilanoua.
Sig+num Iohannis de Bisania, notarii domini Petri, Dei gratia episcopus Gerundensis, qui hoc scripsit die et anno quo supra.

470

1256, agost, 7

Arxiu Diocesà de Girona ©

Arnau de Palol, cavaller, reconeix tenir pel bisbe Pere de Girona el delme de Sant Jordi Desvalls, que per ell té Guillem de Reixach, pel qual reconeix haver de fer una béstia d'host, i fa homenatge.

Cart., p. 56b. O.: ADG, *Mitra*, c. 3, núm. 154. Reg.: B 585; MARQUÈS, *Pergamins*, núm. 222.

Actum est hoc .VII. idus augusti anno Domini .MCC. quinquagesimo sexto.
Sig+num predicti Arnaldi de Palaciolo qui hoc firmo. Testes huius rei sunt Raimundus de Uolta de Anglesio et Dominicus Zabaterii de Locustaria.
Sig+num Iohannis de Bisania, notarii predicti domini episcopi, qui hoc scripsit die et anno quo supra.

471

1256, desembre, 27

Ponç Bech, cavaller, reconeix tenir en feu pel bisbe Pere de Girona la meitat del delme de Sant Martí de Pau, que per ell té Bernat de Llançà, cavaller, i una part del de Sant Joan de Palau Saverdera, que per ell té Bernat Bech, fill seu cavaller, pels que fa homenatge.

Cart., p. 241b marge. Reg.: B 587.

Actum est hoc .VI. kalendas ianuarii anno Domini . MCCL. sexto.
Sig+num Poncii Bech, militis, qui hoc firmo et laudo. Sig+num Poncii de Lampadibus, militis, sig+num Petri Sauarres, testium.
Sig+num Iohannis de Bisania, notarius domini Petri, Dei gratia Gerundensis episcopi, qui hoc scripsit die et anno quo supra.

472

1256, desembre, 27

Arnau de Requesens reconeix tenir en feu pel bisbe Pere de Girona una part del delme de Sant Pere Pescador que té en propietat, una altra part que per ell té Eibelina, mare de Bernat i Dalmau de Vilanova, una altra part que per ell té Assalit, cavaller, part que l'atorgant sosté tenir en feu pel comte d'Empúries, situada a l'esmentctda parròqia, indret d'Illes, que per ell té en feu Guillem de Bianya, cavaller, i una tercera part del delme de Ventalló que l'atorgant té en proptetat, per les que fa homenatge.

Cart, p. 241b marge. Reg.: B 586.

Actum est hoc .VI. kalendas ianuarii anno Domini . MCCLX. sexto
Sig+num Arnalli de Rechesen, qui hoc firmo et laudo. Sig+num Bernardi de Urriols, sig+num Bernardi de Fuxano, filii Bernardi de Fuxano, testium.
Sig+num Iohannis de Bisania, notarius domini Petri, Dei gratia Gerundensis episcopi, qui hoc scripsit die et anno quo supra.

Arxiu Diocesà de Girona ©

473

(1256), 1257, gener, 5

El vescomte Guerau de Cabrera reconeix tenir en feu per l'església de Girona 112 cavalleries i certs masos que s'enumeren, situats a la parròquia de Cassà de la Selva.

Cart., p. 23b marge; altra còpia, f. 382r. O. ADG, *Mitra*, c. 4, núm. 9. Reg.: B 402 i 582; MARQUÈS, *Pergamins*, núm. 223.

Nouerint uniuersi quod nobilis uir Geraldus, uicecomes de Capraria, filius nobilis uiri Geraldi condam de Capraria, in presencia plurium inferius subscriptorum recognouit se tenere ad feudum et etiam accepit ad feudum pro ecclesia Gerundensi siue ab ipsa ecclesia in manu et posse domini Petri, Dei gratia Gerundensis episcopi centum et duodecim caualarias quas inquam (sic) recognouit se tenere pro dicta ecclesia, et etiam recepit ab ipsa inter decimas quas idem Geraldus ad sui proprietatem tenet et ab eodem tenentur et alia feuda, quarum inquam quedam tenentur ab ipso et in quibusdam et etiam ipse idem propietarius existit, et etiam inter mansos, bordas et alios honores qui et que inferius exprimuntur, uidelicet mansum Raimundi Dalmacii de Saraniano, mansum Reuelini, mansum Guilielmi de Sudreta, mansum Petri de Ripa, mansum Petri Dalmacii Atgerii mansum Berengarii Giroardi de Ruira, mansum Petri Martini, mansum Barnerii Giroardi et mansum Guilielmi de Aguals et mansatam quam tenent Bernardus Dalmacius de Hospitali, et omnes bordas ac omnes alios honores quos dictus Geraldus de Capraria habet uel habere debet uel tenentur per ipsum in tota parochia de Caciano pro illis duabus partibus decime de Saltu quas bone memorie Geraldus de Capraria condam pater dicti Geraldi assensu et uoluntate episcopi et capituli Gerundensis uendidit elemosine quam Arnaldus de Scala clericus condam incepit et instituit in ecclesia Gerundensi, propter que quidem omnia supradicta recognouit dictus Geraldus uicecomes de Capraria se fore uassallum ecclesie Gerundensis in manu et potestate domini Petri episcopi memorati, et promittendo conuenit quod esset eidem domino episcopo et ecclesie Gerundensi fidelis uassallus et fecit eidem domino episcopo hominium iunctis manibus, osculando manus ipsius domini episcopi secundum mores uassalli, et dominus episcopus recepit eum ad hominem iunctis manibus comendatum, et laudauit ei feuda que per ipsum et ecclesiam Gerundensem tenebat sicut sui antecessores habuerunt et tenuerunt.

Acta sunt hec nonas ianuarii anno Domini .MCCL. sexto, presentibus Guilielmo de Cartiliano, archidiacono de Rogationibus, Raimundo de Albuciano Bisuldunensi archileuita, Arnaldo de Miniana Impuritanensis archileuita, Ermengaudo de Ceruiano precentore ecclesie Gerundensis, Raimundo de Auinione et Bernardo de Uilaerto canonicis ecclesie Gerundensis necnon et presentibus Bernardo de Sancta Eugenia, Bertrando de Uilario, Bernardo de Insula, Petro Simone filio dicti Bertrandi, Bernardo de Pineto, Petro de Torrente et Straderio de Uillarurico et pluribus aliis.

Sig+num Johannis de Bisania notarius predicti domini Petri Dei gratia episcopi Gerundensis qui hoc fideliter translatauit nonis septembris anno Domini .MCCLXX. secundo[p. 24].

Arxiu Diocesà de Girona ©

474

(1256), 1257, gener, 20

Arnau de Prat, corretger de Girona, reconeix ser horne propi del bisbe Pere de Girona, promet fer-li una lliura de pebre de cens, i presta homenatge.

Cart., p. 367b. Reg.: B 583.

Actum est hoc .XIII. kalendas februarii anno Domini . MCCL. sexto.
Sig+num Arnaldi de Prato predicti, qui hoc firmo. Sig+num Poncii de Siluela, sig+num Guilielmi de Stagneolo, sig+num Guilielmi de Sancto Petro, sig+num Raimundi de Banyuls, testium.
Sig+num Iohannis de Bisania, notarius predicti domini episcopi, qui hoc scripsit.

475

1257, maig, 8

El bisbe Pere de Girona i el capítol de la seu firmen al monestir de Sant Pere Cercada i al seu prior Guillem el delme de l'estany de Riudarenes, llegat al monestir per Pere Ramon de Vilademany, llegat que el bisbe Berenguer de Castellbisbal havia confirmat sense consentiment del capítol, a cens de dos parells de capons i prestació d'un aureum *alfonsí per cada nou prior, d'acord amb l'arbitratge donat per Bernat, prepòsit de Sant Martí Sacosta i mestre Ramon Joan, doctor de la seu.*

Cart., p. 357b. Reg.: B 589.

Testes sunt magister Raimundus Iohannis et Compagnonus de Stagneolo, clerici. Totum capitulum firmauit in hoc presenti instrumento.

476

1257, maig, 29

Ramon Guerau, de Girona, fill de Joan Guerau, reconeix tenir en feu pel bisbe Pere de Girona la meitat del delme de Salitja, rebuda de la seva àvia, Adelaida de Llémena, i fa homenatge.

Cart. p. 356a. Reg.: B 590.

Actum est hoc .IIII. kalendas iunii anno Domini .MCCL. septimo.
Testes huius rei sunt Petrus Geraldi, ciuis Gerunde, Dalmacius de Petracisa, canonicus Gerundensis, Guilielmus Gaufredi, Iachobus de Alburnis et Petrus Geraldi.
Sig+num Iohannis de Bisania, notarii domini Petri, Dei gratia episcopus Gerundensis, qui

Arxiu Diocesà de Girona ©

hoc scripsit.

477

1257, maig, 30

Pere de Cornellà, ciutadà de Girona, reconeix tenir en feu pel bisbe Pere de Girona un terç del delme de Salitja que havia estat de Guerau de Salitja, i fa homenatge.

Cart., p. 356a. Reg.: B 591.

Actum est hoc .III. kalendas iunii anno Domini .MCCL. septimo.
Testes sunt Martinus Ermengaudi, Guilielmus Gaufredi, Berengarius de Torrente, Arnallus de Sancto Michaele et Berengarius de Cistella.

478

1257, juliol, 11

Ramon de Rocacorba reconeix tenir per bisbe Pere de Girona el delme de Granollers, pel que fa homenatge.

Cart., p. 241a. Reg.: B 592.

Actum est hoc .V. idus iulii anno Domini .MCCL. septimo.
Testes sunt Guilielmus de Bierto, miles, Berengarius de Rodis, Iachobus de Alburnis et Raimundus de Sancto Martino.
Sig+num Iohannis de Bisania, notarii predicti domini episcopi, qui hoc scripsit.

479

1257, agost, 7

Ramon, fill de Ripoll Pasqual de Crespià, reconeix al bisbe Pere de Girona ser home propi seu i li fa homenatge.

Cart., p. 365ab. Reg.: B 593.

Actum est hoc .VII. idus augusti anno Domini .MCCL. septimo.
Sig+num Raimundi, filii predicti Riuipulli Pasqualis, qui hoc firmo, approbo et concedo.
Testes huius rei sunt Guilielmus de Letone, Arnaldus de Tapiolis, clerici, Raimundus, clericus de Uillafezant, Petrus Arnaldi de Crespiano.
Sig+num Iohannis de Bisania, notarii predicti domini episcopi, qui hoc scripsit die et anno prefixis.

Arxiu Diocesà de Girona ©

480

1257, octubre, 5

Guillem de Mata, cavaller, reconeix tenir en feu pel bisbe Pere de ioza part del delme de la parròquia de Merlant, per la qual fa homenatge.

Cart., p. 238a marge. Reg.: B 594, que per Merlant llegeix Vilarig.

Actum est hoc .iii. nonas octobris anno Domini .MCCL. septimo.
Testes huius rei sunt Berengarius de Pontonibus miles, Bernardus Ferrarii, ciuis Gerunde, Iachobus de Alburnis, Companyonus de Stagneolo, clerici, Raimundus de Cabanellis et Guilielmus de Palacio, canonici Gerundenses.
Sig+num Iohannis de Bisania, notarii predicti domini episcopi, qui hoc scripsit

481

(1257), 1258, febrer, 27

El bisbe Pere de Girona firma a Berenguer de Cassà el mas de Roca que havia estat d'Ermesenda de Roca, situat a la Bisbal, amb homes i dones, per 400 sous bar., i en rep homenatge com a home propi i sòlid.

Cart., p. 365b. Reg.: B 588.

Actum est hoc .III. kalendas marcii anno Domini .MCCL. septimo.
Ego Petrus, Dei gratia episcopus Gerundensis, subscribo. Sig+num Mascharoni de Ortallo, sig+num Iachobi de Areyns, militum, testium huius rei.
Sig+num Iohannis de Bisania, notarii predicti domini episcopi, qui hoc scripsit cum litteris dampnatis in .XXI. linea, die et anno prefixis.

482

1258, octubre, 20

Ramon Oller de Palol es fa home propi del bisbe Pere de Girona amb tots els seus béns, li fa homenatge i li promet cens de dues lliures de pebre.

Cart., p. 357b marge. Reg.: B 595.

Ego Raimundus Ollarii (s. man.) de Palaciolo subscribo. Testes huius rei sunt Raimundus de Fraxino et Poncius de Siluela, scutiferi domini episcopi memorati.
Sig+num Iohannis de Bisania, notarii predicti domini episcopi, qui hoc scripsit.

Amb senyal de carta partida. La signatura de l'atorgant és autògrafa.

Arxiu Diocesà de Girona ©

483

1258, novembre, 17

Brunissendis de Comellà reconeix tenir en feu pel bisbe de Girona Pere la meitat del delme de Comellà tal com l'havien tingut els senyors del castell de Comellà, fa homenatge i en rep la firma per 200 sous melg.

Cart., p. 242a marge. Ed.: CONSTANS, núm. 308. Reg.: B 596.

Actum est hoc .XV. kalendas decembris anno Domini .MCCL. octauo.
Testes huius rei sunt Arnallus de Miniana, archidiaconus Impuritanensis, Raimundus de Basso, abbas Sancti Felicis Gerunde, Bernardus de Urriols, Raimundus de Maura et Raimundus de Podialibus.
Sig+num Iohannis de Bisania, notarius domini Petri, Dei gratia Gerundensis episcopi, qui hoc scripsit.

Amb signe de carta partida.

484

1263, juliol, 20. Barcelona

Acta de la disputa sobre la vinguda del Messies, entre Moisès ben Nahman, doctor jueu, i Pau Cristià.

Cart., p. 40. Ed. VL 13 ap. 57, pp. 332-335.

Hoc est translatum sumptum fideliter a quadam carta sigillo pendenti domini regis munita, cuius series talis est.
Anno Domini .MCCLX. tercio, .XIII. kalendas augusti, presentibus domino rege Aragonum et multis aliis baronibus, prelatis, religiosos, militibus, in palatio domini regis Barchinone, cum Moyses dictus magister iudeus fuisset ab ipso domino rege ad instantiam fratrum predicatorum de Gerunda uocatus, et esset ibidem presens cum multis aliis iudeis qui uidebantur et credebantur inter alios iudeos peritiores, frater Paulus, premissa deliberacione cum domino rege et quibusdam fratribus predicatoribus atque minoribus qui erant presentes, non ut fides domini nostri Ihesu Christi, que propter sui certitudinem non est in disputacione ponenda, deduceretur in medium quasi res dubia est iudeis, sed ut ipsius fidei ueritas manifestaretur propter destruendos iudeorum errores, et ad tollendam confidentiam multorum iudeorum qui cum non possent suos errores deffendere, dicebant dictum magistrum iudeum posse sufficienter respondere ad uniuersa et singula que eis opponebantur, proposuit dicto magistro iudeo se cum Dei auxilio probaturum per scripturas comunes et authenticas apud iudeos ista per ordinem que sequuntur: uidelicet Messiam qui interpretatur Christus, quem ipsi iudei expectabant, indubitanter uenisse; item, ipsum Messiam sicut probatum fuerat, uerum Deum et hominem debere esse; item ipsum uere passum et mortuum esse pro salute humani generis; item quod legalia siue cerimonialia

Arxiu Diocesà de Girona ©

cessauerunt et cessare debuerunt post aduentum dicti Messie.
Cum ergo dictus Moyses interrogatus fuisset utrum ad ista que predicta sunt respondere uellet, dixit et constanter asseruit quod sic, et si esset necessarium remaneret propter hoc Barchinone non solum per unam diem uel septimanam uel mensem, sed etiam per annum unum. Et cum fuisset ei probatum quod non debebat uocari magister, quoniam hoc nomine non debuit aliquis iudeus uocari a tempore passionis Christi, concessit ad minus quod uerum esset ab octingentis annis citra. Tandem fuit ei propositum quod cum frater Paulus uenisset Gerundam causa conferendi cum ipso de hiis que pertinent ad salutem, et inter alia exposuisset diligenter de fide sancte Trinitatis, tam super unitate essentie diuine quam super trinitate personarum, fidem quam tenent christiani, concessit quod si ita credebant christiani sicut ei fuerat expositum, credebat uere ita tenendum esse. Et cum hoc iterum coram domino rege fuisset repetitum, non contradixit sed tacuit, et sic tacendo concessit. Deinde in palacio domini regis fuit quesitum a dicto iudeo utrum Messias qui dicitur Christus uenisset; quo respondente cum assercione quod non, et adiciente quod idem est Messias et Christus, et si posset ei probari quod Messias uenisset, de nullo alio credi deberet nisi de illo, scilicet Ihesu Christo quem christiani credunt, cum nullus alius uenerit qui ausus fuerit sibi usurpare hoc nomen, nec esset qui creditus fuerit Christus, fuit ei euidenter probatum tam per auctoritates Legis et Prophetarum quam per Talmuth quod Christus in ueritate uenerat, sicut credunt et predicant christiani. Ad quod cum respondere non posset, uictus necessariis probacionibus et auctoritatibus, concessit Christum siue Messiam iam sunt transacti mille anni natum in Bethleem fuisse et exinde Rome aliquibus apparuisse, et cum quereretur ab eo ubi est iste Messias quem dicitis natum et Rome apparuisse, respondit se nescire. Postmodum uero dixit eum uiuere in paradiso terrestri cum Elia. Dicebat autem quod, licet sit natus, tandem nondum uenit, quia Messias tunc dicebatur uenisse cum acceperit dominium super iudeos et eos liberabit et iudei eum sequentur. Contra quam responsionem adducta fuit auctoritas Talmuth que manifeste dicit quod etiam eis hodie ueniet, si audierint uocem eius et non obdurauerint corda sua, sicut dicitur in psalmista: *Hodie si uocem eius audieritis* etc. Addebatur etiam quod Messiam natum esse inter homines et eum uenisse inter homines, nec potest aliter esse nec intelligi. Et ad hoc nihil potuit respondere. Item inter probaciones propositas de aduentu Messie adducta fuit illa de Genesi: *Non auferetur sceptrum de Iuda* etc. Cum ergo constet quod in Iuda non est sceptrum neque dux, constat quod uenit Messias qui mittendus erat. Ad hoc respondebat quod sceptrum non est ablatum sed uacat, sicut etiam fuit in tempore captiuitatis Babilonie, et probatum est ei quod in Babilone habuerunt capita captiuorum cum iuridictione, sed post Christi mortem nec ducem nec principem nec capita captiuitatum secundum prophetiam Danielis nec prophetam nec aliquod regimen habuerunt, sicut manifeste hodie patet, per quod certum est eis Messiam uenisse. Ipse tamen dicebat quod probaret quod predicta capita habuerunt post Christum, sed nil potuit hostendere de predictis, immo confessus est quod non habuerunt predicta capita ab octingentis uel quingentis annis citra. Sic ergo patet quod uenit Messias, cum auctoritas mentire non possit. Item cum dictus Moyses diceret Ihesum Christum non debere dici Messiam, quia Messias ut dicebat non debet mori, sicut dicitur in psalmo: *Vitam peciit a te et tribuisti ei* etc., sed debet uiuere in eternum, tam ipse quam quos liberatus est, quesitum fuit ab eo utrum id capitulum Isaie .LIII.: *Domine quis credidit*, quod secundum Hebreos incipit in fine .LII. capituli, ubi dicitur: *Ecce intelliget seruus meus* etc., loqueretur de Messia, quo constanter affirmante quod nullo modo loquitur de Messia, probatum fuit ei per multas auctoritates de Talmuth que loquuntur de passione Christi ac morte quam probant per dictum capitulum quod de Christo intelligitur predictum

Arxiu Diocesà de Girona ©

capitulum Isaie, in quo mors Christi et passio et sepultura et eius resurrectio euidentius continentur. Ipse uero tandem coactus per auctoritates, confessus est quod de Christo intelligitur et exponitur, ex quo patet quod Messias debuit pati et mori. Item, cum nollet confiteri ueritatem nisi coactus auctoritatibus, cum auctoritates non posset exponere, dicebat publice quod ille auctoritates que inducebantur contra eum, licet sint in libris iudeorum antiquis et autenticis, non tamen credebat eis, quia ut dicebat, sermones erant in quibus doctores eorum ad exortationem populi multotiens mentiebantur. Per quod arguebat tam doctores quam scripturas iudeorum. Item omnia que confessus est et que ei probata sunt uel fere omnia prius negauit, et postea redargutus per auctoritates confusus coactus est confiteri. Item cum non posset respondere, et esset pluries publice confusus, et tam iudei quam Christiani contra eum insultarent, dixit pertinaciter coram omnibus quod nullo modo responderet, quia iudei ei prohibuerant et christiani, scilicet Petrus de Ianua et quidam probi homines ciuitatis ei miserant dicere consulendo quod nullo modo responderet. De quo mendacio per dictum fratrem Petrum et per probos homines fuit publice redargutus. Unde patet quod per mendacia a disputacione subterfugere nitebatur. Item cum promisisset coram domino rege et multis aliis quod coram apucis responderet de fide sua et de Iege, cum dominus rex esset extra ciuitatem, Iatenter aufugit et recessit. Unde patet quod non audet nec potest suam erroneam credentiam defensare.
Nos Iachobus, Dei gratia rex Aragonum, Maiorice et Valentie, comes Barchinone et Urgelli et dominus Montispessulani ueraciter confitemur et recognoscimus uniuersa et singula dicta et facta fuisse in presentia nostra et aliorum multorum, sicut superius in hac presente scriptura continetur. In cuius rei testimonium sigillum nostrum ad perpetuam memoriam duximus apponendum.
Sig+num Bn. de Caderita, notarii. Sig+num Petri Carbonelli, notarii. Sig+num Petri de Termino, notarii, huius translati testium.
Sig+num Iachobi de Portu, publici Barcinone notarii, qui hoc translatum scribi fecit et clausit, et cum litteris emendatis in .IIII. et in .IX. et in .X. lineis, quinto kalendas octobris anno Domini .MCCLX. tercio.

485

1264, maig, 6

Arnau de Gualta, fill d'Arnau de Sant Iscle, reconeix tenir en feu pel bisbe Pere de Girona el delme de Sant Iscle del comtat d'Empúries, pel que fa homenatge.

Cart., p. 238a marge. Reg.: B 598.

Actum est hoc .II. nonas madii anno Domini .MCCLX. quarto.
Testes huius rei sunt Guilielmus abbas Uillebertrandi, Berengarius de Cistella clericus et Petrus de Ullinis, capellanus dicti domini episcopi.
Sig+num Iohannis de Bisania, notarius domini Petri, Dei gratia Gerundensis episcopi, qui hoc scripsit.

486

1264, setembre, 8

Arxiu Diocesà de Girona ©

Guillem de Palera reconeix tenir en feu pel bisbe Pere de Girona la meitat del delme de Crespià, i en rep la firma del mateix bisbe..

Cart., p. 174a. Ed.: CONSTANS, núm. 324. Reg.: B 599.

Actum est hoc .VI. idus septembris anno Domini .MCCLX. quarto
Sig+num Guilielmi de Paleria, qui hoc firmauit et laudauit. Testes huius rei sunt Raimundus de Palafolls, Bernardus de Chexanis, Gerundensis canonicus, Petrus de Pontonibus, Guilielmus de Salis et Berengarius de Burdillis.
Sig+num Iohannis de Porchariis, notarius domini Petri, Dei gratia Gerundensis episcopi, qui hoc scripsit.

487

1264, novembre, 4

Dalmau de Biert, fill d'Arnau de Monell, cavaller, reconeix tenir en feu pel bisbe Pere de Girona la part d'una possessió que el seu pare tenia a Bàscara i ell ha heretat.

Cart., p. 92a. Reg.: B 600.

Actum est hoc .II. nonas nouembris anno Domini .MCCLX. quarto
Testes huius rei sunt Guilielmus Gaufridi, Petrus Iazperti, sacrista secundus sedis Gerunde, Companyonus de Stagneolo et Petrus de Balneolis, capellanus domini episcopi.

Sense nota de notari.

488

(1265), 1266, gener, 5

Gaufred de Vilarig, fill de Guillem de Vilarig, reconeix tenir en feu pel bisbe Pere de Girona el delme de Vilarig.

Cart., p. 238a marge. Reg.: B 601.

Actum est hoc nonis ianuarii anno .MCCLX. quinto.
Testes sunt huius rei Berengarius de Iuiano, filius Bernardi de Villaerto, Iacobus de Alburnis, precentor Sancti Felicis Gerunde et Guilielmus Morelli, capellanus domini episcopi supradicti.
Sig+num Iohannis de Porchariis, notarius domini Petri, episcopi supradicti, qui hoc scripsit.

489

(1265), 1266, gener, 9

Arxiu Diocesà de Girona ©

Ramon de Nerós reconeix tenir en feu pel bisbe Pere i per l'església de Girona un quart del delme de Camós, que per ell tenen Pere de Roca, fiil de Ranion de Roca difunt, de Juïgues, i Artau de Romanyà.

Cart., p. 171a marge. Reg.: B 602.

Actum est hoc .V. idus ianuarii anno Domini .MCCLX. quinto.
Testes sunt huius rei Guilielmus de Crexello et Bernardus de Camonibus.
Sig+num Iohannis de Porchariis, notarii domini episcopi supradicti, qui hoc scripsit.

490

1269, desembre, 2

El bisbe Pere de Girona confirma la institució d'un prevere feta per Arnau, clergue de Cervià, a l'església de Santa Maria o Sant Genís (sic) de Cervià, dotada amb una part del delme de Sant Martivell, amb obligació per a cada nou beneficiat de fet al bisbe cinc aurei alfonsins nous i flamejants en recompensa de terços i lluïsmes, i rep per la firma del mateix Arnau 600 sous bar.

Cart., p. 44a I 299ab. Reg.: B 603 i 616.

Quod est actum .IIII. nonas decembris anno Domini .MCCLX. nono.
Testes huius rei sunt Petrus de Podio, capellanus domini episcopi, Petrus de Montecanuto, clericus monasterii Sancte Marie de Letone et Iachobus de Podio, habitans in Gerunda. Ego Petrus, Dei gratia Gerundensis episcopus, subscribo.
Sig+num Michaelis de Ulmo, qui hoc scripsit mandato Bernardi de Uicco, publici Gerunde notarii. Ego Bernardus de Uico, publicus Gerunde notarius (s. man.) subscribo.

491

1270, juny, 4

Dalmau de Darnius reconeix tenir en feu per Pere de Llers, fill de Berenguer, dos masos seus del puig de Godremir, parròquia de Sant Julià dels Torts, on habiten Bernat de Puig i Guillem de Puig, que ha permutat per un quartó del delme de Damius que anteriorment l'atorgant tenia en feu per dit Pere i aquest per Guillem de Montroig i que ha destinat a la dotació d'un benefici. I dit Guillem de Montroig en aquest mateix acte reconeix tenir els masos referits en feu pel bisbe.

Cart., p. 240a marge. O. ADG, *Mitra*, c. 3, núm. 176. Reg.: B 604; MARQUÈS, *Pergamins*, núm. 288.

Sig+num Dalmacii de Darnicibus, qui hoc laudo et firmo. Sig+num Guilielmi de Monterubeo, qui hoc laudo et firmo. Sig+num domini Mascharosii de Ortallo et Bernardi de Avinione, Bernardi Guilielmi de Avinione, Guilielmi de na Gilsen de Petralata et Guilielmi Sardine de Darnicibus, testium.
Bernardus de Fontefrigido qui hoc rogatus scripsi (s. man.). Sig+num Guilielmi de

Arxiu Diocesà de Girona ©

Terrades, notarii domini Petri, Dei gratia Gerundensis episcopi, qui hoc fideliter translataui.

492

1271, octubre, 7

El comte Hug d'Empúries ven a la universitat dels homes d'Ullà les joves que rebia a aquest lloc per raó dels castells de Verges i la Tallada per 300 sous bar., i els autoritza a fer certes pastures als termes d'aquests castells i del d'Empúries.

Cart., p. 42b. Reg.: B 612.

Actum est hoc nonis octobris anno Domini millesimo .CC. septuagesimo primo.
Sig+num Ugonis comitis qui hoc firmo. Sig+num Arnaldi Seguini. Signum N. de Begur, Sig+num Petri de Aquilario, militum. Sig+num Bernardi Strucii de Gerunda. Sig+num Bernardi Strucii de Bisulluno. Sig+num Bernardi Strucii, filii condam Petri Strucionis de Gerunda. Sig+num N. de Bisulluno. Sig+num Andree de Schosa de Bisulluno. Sig+num Bernardi de Rexacho. Sig+num Bernardi, filii Bernardi Caualerii de eodem loco.
Sig+num Raimundi Benedicti, qui hoc scripsit. (s. man.) Raimundus de Serra, gerentis uicem Bernardi de Prato, publici scriptoris Sancti Petri de Bisulluno, qui hoc subscribo.

493

(1272), setembre, 9

Gilabert de Cruïlles reconeix tenir pel bisbe Pere de Girona els delmes de Peratallada, Pals i Cruïlles, pels que fa homenatge.

Cart., ff. 386v-387r. Reg.: B 392, que data de 1202.

Quod fuit actum quinto idus septembris anno Domini millesimo ducentesimo' secundo.
Sig+num Gilaberti de Crudiliis predicti, qui hec firmo et laudo. Testes huius rei sunt Arnaldus de Miniana, precentor Gerunde, Gaufridus de Crudiliis et Guilielmus de Requeseno.
Ego Petrus Capmany publicus domini Gerundensis episcopi notarius hec de notis acceptis in posse Iohannis de Bisania, notarii quondam bone memorie domini Petri, Gerundensis episcopi, assumpsi, scripsi et clausi, cum suprascripto in tercia linea ubi dicitur "uobis".

494

1272, novembre, 2

El bisbe Pere de Castellnou firma a l'altar de Sant Joan de l'església de Sant Feliu de la Garriga la donació que Beatriu Llagostera, d'Albons, ha fet, del delme de Sant Mateu de Canet de Verges.

Cart., p. 42a. Còpia: RC f. 204rv. Reg.: B 605.

Arxiu Diocesà de Girona ©

